

1

ANTONII
AVGVSTINI
ARCHIEPISCOPI
TARRACONENSIS

DE LEGIBVS ET
SENATVSCONSVLTIS

LIBER.



CVM NOTIS FVLVII VRSINI,

MVLTO QVAM ANTEA

emendatius, additis etiam locorum

quorundam notis.

Bibliotheca

Coll. Rom.

Cum duobus Indicibus locupletissimis.

Sep. 11

Soc.



Ex Legato

M. Cozzini



LVGDVNI,
Apud Franciscum Fabrum.

MDCCXII.

Handwritten circular stamp or mark, possibly containing the name "L. M. ...".

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Main body of faint, illegible text, likely the primary content of the document.

Large, very faint and illegible text block in the middle of the page.

Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or footer.



ANTONIVS AVGVSTINVS
FVLVIO VRSINO.

PROXIMIS tuis literis intellexi esse Romæ qui cupiant in vulgus edi quas amico nostro Pyrrho Taro l. C. legendas isthic dederam nostras de Legibus Romanis, & Senatusconsultis lucubrations: eosdemque ais magnopere desiderare, vt si quid illis addendum, vel tollendum putarem, id ego tibi significarem: aut si quod aliud accuratius scriptum exemplar haberem id ad te mitterem. Ego vero etsi hoc tempore nihil minus quam de ista edirione cogitabam, vrgentibus aliis quæ sunt huius nostri muneris propria magis ac necessaria, tamen hoc quid quid est scripti ad te mitto, vt id tu, si videbitur, vel contineas domi, vel illi additum alteri libello edas. Id certe opus olim à me cœptum, deinde propter varias occupationes neglectum plane fuit. Nam illud Pyrrhi nostri exemplar Bononiæ cum essem, scripsi: hoc alterum, quod nũc mitto, post octo, aut nouem annos Romæ inchoaueram, non illud Smyrnæ exemplum sequutus, Nonum prematur in annum, sed manu de tabula, vt aiunt, sublata, non extremam ei manum admoui. Eiusdem argumenti multos conatus vidimus, in manibusque sunt populi, qui partim nimis ieiune atque tenuiter de his rebus agunt, partim quod iuris ciuilis est peculiare ac proprium, non attingunt. An vero hæc nostra cum illis sint conferenda, aut inter illa legi mereantur, tuum erit iudicium, quod ego facio, vt debeo, plurimi.

Vale.



FVLVIVS VRSINVS LECTORI.



INTER omnes, qui Romanas litteras profitentur, satis constat, nullum existere monamentum antiquitatis illustrius Legum tractatione, quibus domina gentium Resp. sapienter olim, ac laudabiliter instituta fuit. Omittam scriptorum testimonia, quae de aliis Romanorū legibus circumferuntur, & Crassi tantum de duodecim Tabulis proferam iudicium Vnus mehercule (inquit ille) duodecim Tabularum libellus, & auctoritatis pondere, & utilitatis vbertate bibliothecas omnium philosophorū superauit. Vtinam vero tam praclarum atque excellens bonum, aut non eripuisset nobis iniuria temporum, aut non dissipasset hominum incuria. In quod quidem incommodum quando culpa vel hac vel illa incidimus, multū sane debemus ductissimis quibusdam viris tum ex nostris, tum ex Transalpinis, qui vetustatis reliquias huiusmodi variis locis dispersas summa cum diligentia parum in vnum quasi corpus collegerunt, partim selectiores quasdam ex eis pristino nitore restituerunt. In quo quidem, & si ad communem litterarum causam tantum omnes contulerint, quantum expeti par fuit ab hominibus excellentis ingenij summaque doctrina excultis, videtur tamen Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis amplius quiddam & perfectius aliis in ea re praestare potuisse: qui praeter multiplicem omnium pene disciplinarum cognitionem, exquisitamq; iuris ciuilis, in quo fere solus excellit, peritiam Roma stitibus iudicandis summa cum laude xy. vir diu viuendo, eam sibi vniversa Romanae antiquitatis supelletillem comparauit, ut ex praestanti talium rerū intelligentia plurimum ornamenti ad Legum Romanarū tractationem asserre potuerit. Hoc igitur usu, atque hoc genere scientia adiutus, cum praclarum hunc de legibus & Senatusconsultis commentarium Tarracone superioribus mensibus ad me misisset, ut ego illum si mihi videretur, cum eruditis quibusdam viris, qui sapius iam editionem eius scripti flagitauerāt, communicarem, ita pro mea in res Romanas propensione, & erga clarissimum virum obseruantia sum eius libri lectio-
ne delectatus, ut tantam studiosis hominis doctrinam tantamque vtilitatem

litatem diutius deberi non sim passus. Itaque feci perquam libenter, ut non solum Leges & Senatusconsulta à viro præstantissimo collecta & restituta edenda curarem, sed ut bene de litteris, quatenus ipse possem, mererer, tabulas etiam omnes tum aeneas, tum lapideas adiungerem, in quibus Leges aliqua, aut Senatusconsulta incisa essent, quod ex hac societate non nihil commendationis ad eum librum accessurum putarẽ, Hoc etiam a multis adductus sum non laudis aliqua cupiditate, quam certe non specto, sed publico studiosorum commodo, ut notas etiam quasdam adycerem, quæ dum liber Augustinianus ederetur, excerpti raptim ex ijs, quæ in id genus antiquitatis erant à nobis vberius iam notata. Ex quibus, maxime vero ex ijs, quæ sunt ad leges xij. Tabularum, & verborum prisca vetustas cognoscitur, & illis temporibus quis usus lingue Latine, quodue scribendi loquendique genus vignerit, aliqua ex parte intelligi potest. Nam antiquissimos Romanos à Numa Rege ad Duilium Consuleni, cui ob primam de Pœnis victoriam naualem, columna rostrata in Foro cum inscriptione, quæ hodie existat in Capitolio, prisca illis composita verbis, posita fuit, constat ita locutos fuisse, vix ut intelligerentur ab ijs, qui postea sunt sequenti. adeo scilicet perpolita, vel potius immutata loquendi ratione, ut Polybius grauis in primis auctor, qui cum Africano superiore vixit, testetur se quo tempore historiam Romanam contexit, vix vnum aut alterum Roma inuenire potuisse, qui quantumvis antiquitatis curiosus, fœdera quadam inter Romanos & Carthaginenses vetustissimis illis concepta verbis intelligeret, ac sibi tunc eam rem scribenti interpretaretur. Et nisi me fallit memoria, videor mihi apud Quintilianum quodam loco legisse, carmina Saliorum, quæ dicebantur ab ipso Numa composita, nonissimis Reip. temporibus vix à suis quidem sacerdotibus satis intellecta fuisse. tanta scilicet antiquarum vocum, & tunc pæne obsoletarum erant obscuritate inuoluta. Hac sane verborum vetustas, priscaque scribendi ratio, quantum licuit ex veteribus, tum scriptorum, tum lapidum, arisque monumentis, restituta est in ijs fragmentis, quæ nostris notis continentur. Aequum est enim eos maxime de Romana lingua, si non ita ut debent, saltem quo possunt modo bene mereri, quibus sub Romano celo nasci, aut excoli contigit: quando id ab externis hominibus, & longe alio sub celo natis factum est, quibus multorum, & quidem luculentiorum Latine lingue Scriptorum restitutio, perpolitioque sine vlla controuersia debetur.

DISPUTATIO DE LEGIBVS
HÆC CONTINET CAPITA.

DE nomine legi.
Cap. 1.
De origine legum.
Cap. 2.

Quid lex sit. 3
Quali sit lex. 4
Quomplex sit lex. 5
De partibus legum. 6
De legum ferenda ratione, & quibus & per quos ferri possint. 7
Quo loco, quo tempore, qua ratione comitia habentur, Curia, Curiata, atque Tributa. 8
De Comitilibus diebus, & tribus undecim. 9
De promulgatione legis. 10
De suadenda, ac dissuadenda lege. 11
De intercessionibus & auspiciis, atque alijs impedimentis susfragiorum. 12
De roganda lege, iudenda, atque vetanda. 13
De toto susfragiorum genere. 14
De conscribenda, conseruanda, & que lege. 16
De abrogatione, & derogatione legum. 17
De iis qui legibus soluantur. 18

Legum nomina, quæ explicantur.

Actia repetundarum pag. 32
Actia de curatione potestatis mandata. ibid.
Actia de Centumviris. 33
Actia de obumbratione. ibid.
Actia Sentia de manumissionum. 34
Actia de Conscriptis. 36
Actia sumptuaria, vel cæbaria. ibid.
Actia de multis. 37
Actia leges. ibid.
Ambitus leges. ibid.
Annalis, vel Annaria. ibid.
Annouana, vel Frumentaria. ibid.
Antia sumptuaria. ibid.
Appuleia de maiestate. ibid.
Appuleia Frumentaria, & Agraria. 38

Aquilia de damno iniuria. ibid.
Atilia Marcia de Tribuniis iuratum. 39
Atilia de tutoribus dandis. ibid.
Atilia de Tribuniis plebis. 40
Atilia de iurisdictione. ibid.
Aurelia de Tribuniis plebis. 41
Aurelia iudiciaria. ibid.
Bæbia de Pretoribus. 42
Cælia repetundarum. ibid.
Cælia & Didia de legibus ferendis. 43
Cælia Metella de fidei iuribus. ibid.
Cælia Tabularia pædunculorum. ibid.
Calpurnia repetundarum. 44
Calpurnia de ambitu. ibid.
Calpurnia militaris. ibid.
Caninia de manumissionibus. ibid.
Canuleia de connubio. 45
Cassia agraria. ibid.
Cassia Tabularia de iudiciis. ibid.
Cassia de damnatis. 46
Cassia de patricijs. ibid.
Cincia munerum, sive de donis & mancipijs. 47
Claudia de tutelis feminarum. ibid.
Claudia de nauibus. 48
Claudia de socijs. ibid.
Clodia Antoniana, sive Frumentaria. 49
Clodia de obumbratione. ibid.
Clodia de collegijs. 50
Clodia de censoria nota. ibid.
Clodia de Villoriatis. ibid.
Clodia de Scribis. 51
Cornelia Bæbia de ambitu. ibid.
Cornelia testamentaria nomenclaria sive de falsa. ibid.
Cornelia de sicarijs, & veneficijs. 52
Cornelia de prescriptione. 53
Cornelia de Tribuniis plebis. ibid.
Cornelia sumptuaria. 54
Cornelia iudiciaria. ibid.
Cornelia de ordine magistratum. 55
Cornelia de soluto legibus. ibid.
Cornelia de edictis perpetuis. 56
Cornelia de capitibus. ibid.
Cornelia de viuijs. 57
Cornelia maceratis. ibid.

Cornelia incerta. ibid.
Decia de Duumviris naualibus. 58
Didia sumptuaria. ibid.
Domitia de sacerdotijs. 59
Dulcia de Tribuniis plebis, & provocacione. 59
Dulcia Metenia fenestris rusticis. 60
Fabia de plagiarijs. ibid.
Falcidia testamentaria. 61
Fannia sumptuaria. 62
Fiaminia Agraria. 63
Frumentaria leges. ibid.
Fufia Caninia de testamentaria manumissione. ibid.
Fufia incerta. 63
Fufia de obumbratione. 64
Furia testamentaria. ibid.
Gabinia tabularia de magistratibus. ibid.
Gabinia de leuationibus. ibid.
Genucia fenestris. 65
Geltia de inofficijs testamento. ibid.
Horatia. 66
Horatia. ibid.
Nortensia. 68
Hostilia de fortis. 70
Iulia. ibid.
Iulia leges. ibid.
Iulia de adulterijs. 71
Iulia de pudicitia. 74
Iulia de mancipijs ordinibus. 75
Iulia ambijus. 80
Iulia sumptuaria. 81
Iulia de repetundis. ibid.
Iulia Agraria. 82
Iulia Induciarum. 84
Iulia de civitate Romana. ibid.
Iulia theatralis. 85
Iulia de sacerdotijs. ibid.
Iulia de patronorum numero. 86
Iulia de legationibus. ibid.
Iulia maceratis. ibid.
Iulia de vi publica. 87
Iulia de vi priuata. 88
Iulia de anæna. ibid.
Iulia peculatus. ibid.
Iulia de residuis. 90
Iulia de tutoribus à profidibus dandis. ibid.
Iulia de bonis erendis. 91
Iulia de fundo dotali. ibid.
Iulia annalis. ibid.
Iulia

<i>Iulia Aficcola.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Semilia.</i>	138	<i>Vellianum.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Iunia leges.</i>	93	<i>Silia.</i>	140	<i>Vintianum.</i>	120
<i>Iunia & Licinia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Sicinia.</i>	141	<i>Vitravianum.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Iunia Narkana.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Sulpicia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vinianum.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Iunia Petronia.</i>	97	<i>Sumptuaria.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Volusianum.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Iunia Velles, vel Vellia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Tabularia.</i>	143		
<i>Letoria.</i>	100	<i>Tarpeia Aesernia de multis.</i>			
<i>Lenia, vel Lenia.</i>	101	<i>ibid.</i>			
<i>Licina.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Theatralis.</i>	143		
<i>Licina & Mucia.</i>	102	<i>Thoria.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Licina sumptuaria.</i>	103	<i>Terentia Cassia frumentaria.</i>			
<i>Linia.</i>	104	<i>ibid.</i>			
<i>Maestatis leges.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Titia.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Manilia, sine Manlia Refcia</i>		<i>Trobonia.</i>	145		
<i>Peducea aliena Fabia de</i>		<i>Tribunaria leges.</i>	146		
<i>colony.</i>	105	<i>Triumphalci.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Manilia, sine Manlia.</i>	107	<i>Tullia.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Matia.</i>	108	<i>Valeria.</i>	147		
<i>Mammia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Varia.</i>	149		
<i>Menia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vatidia.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Menia, vel Messia.</i>	109	<i>Vestibulicia.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Metella.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vellia, sine Vellia.</i>	150		
<i>Metia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vesfima.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Miscella.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Viscella.</i>	152		
<i>Ogulnia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vulvia Annalis.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Orchia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Vocania.</i>	153		
<i>Quinia.</i>	<i>ibid.</i>				
<i>Padia.</i>	<i>ibid.</i>	Leges xij. Tabul. Cap. LV.			
<i>Papia Poppa.</i>	111	De Senatuconsultis.			
<i>Papiria.</i>	118				
<i>Pejolanis.</i>	120	A			
<i>Petilia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Fulvianum.</i>	108		
<i>Petronia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Apronianum.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Plantia, vel Plotia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Articulianum.</i>	109		
<i>Pompeia.</i>	121	<i>Calpurnianum sine Calpurnianum.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Populia, vel Pampilia.</i>	123	<i>Claudianum.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Porcia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Dafonianum.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Pestunia.</i>	124	<i>Iunianum.</i>	210		
<i>Publicia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Lexianum.</i>	<i>eod.</i>		
<i>Pubilia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Libonianum.</i>	211		
<i>Puppia.</i>	125	<i>Macedonianum.</i>	212		
<i>Quintilia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Neronianum.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Regia.</i>	127	<i>Nunianum, vel Numanum.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Remmia.</i>	130	<i>Orphitanum.</i>	213		
<i>Rhodia.</i>	131	<i>Pegavianum.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Rofcia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Pernicianum.</i>	214		
<i>Rupilia, vel Rutilia.</i>	132	<i>Pisonianum.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Sarrata leges.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Plancianum.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Satyra.</i>	133	<i>Rubrianum.</i>	215		
<i>Scantinia, vel Scantia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Sabinianum.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Scribonia.</i>	134	<i>Silanianum.</i>	216		
<i>Sola.</i>	135	<i>Tertullianum.</i>	217		
<i>Sumptuaria.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Trufinum.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Senna, vel Sentia.</i>	138	<i>Turbellianum.</i>	<i>ibid.</i>		
		<i>Turpilianum.</i>	219		

Fului Vrfini' notæ ad
leges & S. C.

Ad leges Remali & Tarj.
130

Ad leges Nume Pempili. 231

Ad leges Sorai Tulli. 234

Ad legem Tribuniciam primâ.
ibid.

Ad leges xy. Tabularum. De
iure privato. 235

De iure publico. 247

De iure sacrorum. 253

Ad legem, sine plebiscitum Si-
lianum. 259

Ad legem Papirianam. 260

Ad legem Platoriam. 261

Ad legem Mamiliam. *ibid.*

Ad legem Agrariam. 263

Ad legem Horatiam, de Ter-
ratia virginis Vestalis. 264

Ad legem Quinctiam. *ibid.*

Ad legem Leteriam. 161

Ad legem Agrariam in enciu
fragmentis. 265

Ad legem Iudiciariam in enciu
fragmentis. 266

Ad legem de Thermenfibus ma-
iuribus Pifidis. 267

Ad legem, sine plebiscitum de
Scribis, Viatoribus, & Que-
stribus. *ibid.*

Ad legem sine decretum de fini-
bus inter Gennates & Pitu-
rios. 268

Ad legem Regiam. *ibid.*

Ad legem patien' faciundo. *ib.*

Ad legem Laurentum. *ibid.*

Ad Senatusconsultum de philo-
sophis & rhetoribus. 269

Ad S. C. de hastis Marcicis.
ibid.

Ad S. C. de mense Augusto. 270

Ad Senatusconsultum de aque-
ductibus. *ibid.*

Ad S. C. Amecitia. 271

Ad S. C. de Teiburtibus. 272

Ad S. C. de ludici Sæcularibus.
ibid.

DISPUTATIO GENERALIS DE LEGIBVS

CONTINET XVIII. CAPITA QVORVM VNVS.

cuivsq; summariis videre licet subiectam, ut uno aspectu

lector totam disputationem habeat.

CAP. I.

LEGIS nomine quid contineatur, & quod ad ius proprie referatur, A legendo id est diligenter, & diligenter legenti ducitur, non à legendo eam scriptam.

CAP. II.

Iustitiz fruendz causa leges constitutur, & Reges. Quod à Deo manarunt, & illarum honor est iustitia. A Regibus eadem & sapientibus Dei ministris latz.

CAP. III.

Variz & variorum legis definitiones, leges Romanorum aliter definiuntur & plebiscita continent. Quid lex & plebiscitum differant, de privilegiis. Hæc leges & rogationes elle.

CAP. IV.

Quz in lege requiruntur & quz sit eius virtus & finis. Respub. premio & poena continetur. Legum multitudo frequentia & mutatio vitanda.

CAP. V.

Lex multiplex statuum respectu. Recip. lege.

à loco, vel modo rogandi ad sacra ad magistratus pertinentes: de comitiis de iudiciis, de aliis rebus late sunt, ad mores, ad crimina ad sedulosos legislatores ad rem militarem spectantes conumerantur.

CAP. VI.

Tres legis partes, Proemium, capita, finis & earum exempla. Certis capitibus quo ad numerum non constabat. Tria in functione requiri.

CAP. VII.

Legis ferendz ratio. Rogantes & iubentes ferre videntur. Qui populum, qui plebem iure rogare poterat. Quid cum populo, quid cum paribus agere: & qui poterant, qui non: & de tribus pop. Rom oratoribus, Senatoribus, Equitibus, & Plebe.

CAP. VIII.

De tribus comitiorum generibus Centuriatis, Tribuitis, & vnde dicta. De loco tempore & ratione ea habendi. Quis ea edicebat, per quas personas celebrantur. Quis ordo. Quz inter ea differen-

tia. De suffragiis quzdam & Tribu prerogativa.

CAP. IX.

De diebus festis, profectis, intercessis, fastis, nefastis, comitialibus, comperendinis, fastis, præharibus. De feriis statuis, concessis, imperatiis & nundinis.

CAP. X.

Quo modo & quare lex trinitudo promulgabatur.

CAP. XI.

De legis suasionè ab autore, & dissuasionè ab eo qui intercedebat, & forma legis ferendz.

CAP. XII.

De intercessione & interpellatione comitiorum. De auspiciis & obnuntiationibus. Quando & quomodo ea fiebat & habebantur. Comitiorum vitia intercessio- num exempla.

CAP. XIII.

Rogationis (quz & interrogatio) appellatur formula duplex, & quod de vna tantum fiebat.

CAP. XIV.

Tria suffragiorum genera, voce, manu aut pedibus, & tabellis. Qualis fuit & quorum vsus vniuscuiusque verba solemnia suffragiorum voce & tabellis. De testulis, siellis, pontibus, cistis, & cistellis, & quatio- ne sortium, sortitione.

CAP. XV.

Quomodo in legem irabatur & sacramento leges confirmabatur, illiusq; forma.

CAP. XVI.

Leges late in ar. incidebantur & figebantur. De XII. Tab denominatione & earum custodia de Aedilibus & eorum munere.

CAP. XVII.

Quid sit abrogatio, quid derogatio, quid obrogatio de vtilitate, honestate & necessitate abrogandi. De mutatione, legum & Rempub. nouis non esse oncrandam.

CAP. XVIII.

Qui legibus soluebantur & quomodo: quodque non omnibus, sed quibusdam tantum per privilegium.



ANT. AVGVSTINI
 ARCHIEPISCOPI TAR-
 RACONENSIS
 DE LEGIBVS ET SENATVS-
consultis liber.

CAP. I.

De nomine legis.



LEGIS nomen late patet. neque enim solùm populi plebisve iussa & scita, seu cuiuscunque potestatis decreta, verum doctrinarum etiam præcepta, & quamcunque conuentionem atque conditionem significat. Hinc leges prædiorum ac mancipiorum; hinc Manilianæ Censoriæque leges; hinc testamentorum, locationum, venditionumque; leges manant. Artifices quoque, astrologi, ac medici suas leges & institutiones habent. Sed in his omnibus trãslatio genere vitur. Legis enim nomẽ propriè ad ius iustitiãmq; refertur. Cuius nominis origo à legendo, hoc est deligendo, ducitur; quod vt Varro ait, & verbum ipsum legendi, cum ad scripturam refertur, quod ab oculis litteræ singulæ deligantur; & legati, quod vt publice mittantur deligi soleant; & leges, quod lectas oporteat ad populum ferri, à legendo dicte sunt. A Græcis νόμος *nomos* & νόμιμος *nomimos*, quod ius suum vnicuique tribuat, dicitur: idque non minus legis proprium, quàm delectum esse, Cicero scribit. Neque illos audio, qui ab eo quod scriptura contineantur, leges à legendis legum tabulis dictas putant: id enim magis conseruandæ memoriæ causa post legem acceptam fit, quàm quod legi sit necessarium. *Lex est, inquit Cicero, recta ratio imperandi aique prohibendi; quam qui ignorat, is est iniustus, sine est illa scripta vsspiam, siue nusquam.*

Læum debe-
 re. D. de seru.
 vrb. prædi. l.
 is qui duo. de
 ser. rus. præd.
 l. legem. Co.
 de pac.
 l. Lucius. p.
 Lucius. D. h.
 deic. lib. Cj.
 cetero. & Te-
 rent. sæpe. in
 Varro.
 Varro lib. v.
 de lingua La-
 tina. Vid. l.
 qui mitran-
 tur. D. ex qui.
 cau. mai. l.
 qui pendem-
 tem. de act.
 em. Cicer. ll.
 i. de legib.
 c. lex. distin.
 s. l. d. ll. s. e-
 tym. ca. j.
 Cic. eo. lib. i.
 Adde Arist.
 li. 10. cap. 9.
 Eubic.

CAP. II. De origine legum.



IXIMVS de nominis origine, nunc de ipsius legis ini-
 tio videamus. Fruendæ iustitiæ causa, vt idem scribit, &
 bene morati Reges, & leges constitutæ sunt. Reges qui-
 dem, dum à bonis iustisque viris ius suum consc. qui aduer-

Cl. lib. 2. c. 68
 Vide Aphrb.
 in progymn.
 contra tyrann.
 num.

1.3. D. de legib.
 Demosth. in Aristog. 1.
 Plutar. in lib. de principis doct.
 Vide Nouel. 72. Auth. vt hl qui obli. In prin.
 Plato in Minoc. & lib. 1. de legib.
 Cicero Philli. 11. & de natura deor. lib. 1.
 P'ao in M. 1. noc. & lib. 1. de legib. Arist. lib. 2. Politic. vid. c. 1. dist. 7.
 a Vide lo seph. lib. 3. An siquis & con era Appion. lib. 1.
 b Diod. Si. eu. li. 2. Dibi. Stob. cap. 61.
 c Plutar. in lib. de princ. doct.
 l. 2. In prin. de orig. lat.

sus potentiores populus desiderabat: leges autem, dum si minus boni Reges iudicēs ve contigissent, legibus quæ semper vna eadēque voce loquerentur, ad æqualitatem perueniret. Demosthenes melius diuinum inuentum, donūque esse significat: & Plutarchus legem omnium reginam, ipsis quoque Regibus imperare: per quos Deus bona omnia fruenda ceteris concessit, quorum finis est iustitia; quæ non solum Dei cōmes est, verum etiam Deus ipse iustitia appellatur. Itaq; bonas principum leges à Deo inuentas esse Plato significat. Et Cicero legem alio loco à numine deorum tractam rationē appellat; alio Zenonem refert naturalem legem diuinam appellasse, rectā imperatē, prohibentēmq; contraria. Legis quoque latores omnes constat patrios deos suarum legum auctores dixisse. ^a Et vt Moysen præteream, qui solus à Deo optimo maximo leges duabus tabulis scriptas accepit, ^b Zaleuci & Charonda leges nil aliud initio iubent, quàm vt Dei, à quo bona cuncta procedunt, religio ab omnibus colatur. Deum bonis præbisset; viris amicū ac beneuolum esse; malos, criminibusque vllis obnoxios odisse. Quibus iudicant hoc verum legum initium esse. ^c Sed quoniam Reges sapientēsque viri deorum ministri sunt, & deorum in terris personam sustinēt; eorum leges alicubi primæ acceptæ sunt. Romulum quidem certè, qui Vrbem condidit, constat primum leges tulisse Romanis, quas Curiatas Pomponius appellauit. Tulerunt ceteri quoque Reges; & exactis Regibus, Consules, Dictatores, Tribuni, & qui nomen omnibus præripuerit, Decemviri legibus conscribendis creati, qui decem tabulis ex Solonis, aliisque Græciæ legibus sumptis, duabūsq; aliis adiectis duodecim tabularum leges ediderunt. secutæ deinde sunt multarum quoque legum rogationes, de quibus postea latius scribemus. Hic itaque est fons & origo Romanarum legum, vt ille, de quo antea scripsimus, omniū nationum.

CAP. III. *Quid lex sit.*

1.1. & 1. C. de legib.



Vide Aphh. in progym. de legislatio.

Vid. Arist. J. l. 3. c. 6. de rep. Cic. lib. 1. de legib. d. 1. Cic. lib. 1. de legib. & Phil. lib. 11. Idē lib. 1. de legib. & lib. 1. de nat. deor.

NUNC videamus, quid lex ipsa sit. Et Papinianus Demosthenis definitionem secutus legem esse scribit, commune præceptum, virorum prudentium consultum, delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur, coercitionem, impositionem denique; Reipublicæ communem. Quæ definitione quatuor legis propria expressa sunt. Debet enim lex coli ab omnibus, utpote de omnibus generatim scriptas; debet prudentium virorum consilio promulgari; supplicia denique vitiiis, præmia virtutibus deferre: quibus rebus, quod postremo scriptum est, eueniet, vt totius Reipubli. vinculum esse videatur. Chryssippi definitio à Marciano relata non minus laudem legis expressit, quam vt quænam lex ipsa esset explicaret. Diuinarum humanarūque rerum reginam legem appellat, duccem, principē, atque præsidem bonis malisque rebus iudicādis, iuris iniuriarū; regulā; quæ homines qui natura duce ciuili iure censentur, quid agere eos oporteat, doceat; à quibus abstinere debeāt, coercet. A Cicero multo modis legis definitio tentata est: summā rationē inuicem in natura, libro primo de legibus; alio loco rectam, & à numine deorū tra-

ctant

Etiam rationem appellat, honesta imperantē, prohibentemque contraria, alio æternum quid dā, quod vniuersum mundum regeret, imperandi prohibendiq. sapientiā, item rationem inentēmq. sapientiā ad iubendum & deterrendum idoneam, iustorum iniustorumq; distinctionem, ad antiquissimam & rerum omnium principem naturam expressam. Sed illa omnium breuissima descriptio est, libro secūdo de natura deorum: *Lex est inquit, recti præceptio, prauitque depulsio.* Ex quibus omnibus apparet, prudentissimos viros non multum à iuris, iustitiæ, & iurisprudentiæ definitionibus decessisse. *Ius est, inquit apud Vlpianum Celsus, ars boni & æqui. Iustitiam namque colimus, & boni & æqui notitiam profitemur, æqui ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu pœnarum, verum etiam premiorum quoque exhortatione efficere cupientes: veram (nisi fallor) philosophiam non simulat affectantes.* Iustitiam idem Vlpianus definit, constantem & perpetuam voluntatem esse ius suum cuique tribuendi: Iuris præcepta honestè viuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere: Iuris vero prudentiam diuinarum atque humanarum rerum notitiam, iusti atque iniusti scientiam. Cicero quoque legem cum iure gentium, quod nonnunquam etiam naturale dicitur, confundere videtur. Id enim est quod naturalis ratio inter omnes homines constituit. Quamobrem illorum magis sententiam probo, qui leges Romanorum alia ratione definiendas esse putauerunt. *Lex est, inquit Iustinianus, quod populus Romanus Senatorio magistratu interrogante veluti Consule constituebat, aut quod Scætrino placet: Lex est quam populus centuriatis comitiis sciuerit, aut quod Capito existimauit, Lex est generale iussum populi aut plebis rogante magistratu.* Hac definitione plebiscita comprehenduntur, quæ ab illis reiciebantur: priuilegia tamen à Capitone reiecta, in illis continentur. Sed cum & plebiscita & priuilegia legis nomine appellari constet, de eis nonnihil dicemus. *Plebiscitum est, inquit Iustinianus, quod plebs plebeio magistratu interrogante veluti Tribuno constituebat.* Sextus Pompeius, *Scita plebis appellantur ea, quæ plebs suo suffragio sine patribus iussit, plebeio magistratu rogante.* Plebis appellatione sine patriciis & senatoribus cæteri ciues significantur, populi verò appellatione omnes ciues continentur. Neq; solum illa plebiscita sunt, quæ plebs in discordia fecit, sed vt omnia quæ Tribunus rogabat, & plebs sciscebat, non Hortensia solum, sed aliis quoque legibus Horatia & Publilia, iussum est omnes tenerent. Hac Cicero solet Tribunicias leges appellare, illas quæ à populo iussæ sunt Consule rogante, Consulares. Constat autem Tribunos neque patricios vocare potuisse, neque ad eos de re vlla referre. Illud itaque inter plebiscita & cæteras leges intererat, quod hæc à plebe, illa à populo rogabantur, hæc Tribunus tribunicis comitiis, illas Consul, alijsve ex maioribus magistratibus centuriatis, tributis, curiatisve comitiis ferebant, hæc plebem tantum olim tenebant illa semper omnes. Post legem Hortensiam sine controuersia plebiscita pro legibus haberi cœperūt: & ita factum est, quod Pomponius scribit, vt inter plebiscita & leges, species constituendi interesset, potestas autem eadem esset. Huiusmodi sunt Aquilia lex, Sempronix, Apuleix, Clodix, quas modo plebiscita, modo leges appellari videmus. Hæc de plebiscitis.

l. i. D. de iust. & iurc.

I iustitia. co. iu iust. co. tit. in prin. l. omnes populi. D. de iust. & iur. in iust. de iur. natur. p. i. & de ter. diu. p. singulorum.

In iust. de iur. nat. p. lex. Boet. in Top. Cic. lib. j. Vide ea. ad d. 2.

Au. Gell. lib. 10. cap. 20. l. i. D. ad l. A. quod illi minij ius in fin. de captiuis l. v. de legat. in iust. de iur. nat. p. plebiscitum. Vid. ea. ad d. 2.

Lplebs. D. de veris. sig. d. p. plebiscitum. Gell. lib. 10. c. 20.

Vid. l. 2. p. deinde cum esset de orig. in l. 3. Ad A. quod d. p. plebiscitum. Cic. p. Sextio & de leg. Ag. Vid. e. quod d. 2. dist. G. lib. 11. ca. 17. d. p. deinde.

Gell. lib. 10. cap. 20.

Se. Póp. ver.
p. 100. Vid.
ca. p. Iulie
ij. dist. in.
Cic. lib. 1. de
legib.

Sex. Pomp.
ver. rogatio.

Gell. lib. 10. c.
10.

Liv. li. 7. & 9.

Liv. Litus sin
gulare. D. de
legib.

De privilegii illud sciendum est, veteres priua dixisse, quæ singula: eaque privilegia vocasse, quæ de singulis leges latæ essent, siue id populus, siue plebs sciuisse. De his Cicero legem illam finxit, PRIVILEGIA NE INROGANTO: quam ex Duodecim transtulisse se ait, eaque privilegia tolli, quod maiores in priuatos homines leges ferri noluerunt, id est enim, inquit, privilegium, quo nil iniustus, cum legis hæc vis sit, scitum & iustum in omnes. Sextus tamen Pompeius rogationem videtur hac eadem definitione comprehendisse: Rogatio, inquit, est cum populus consultitur de vno pluribusve hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de vna pluribusve rebus, de quibus non de omnibus sancitur. Nam quod in omnes homines resve populus sciuit, lex appellatur. Itaque Gullus Aelius ait inter legem & rogationem hoc interesse, quod inter genus & speciem. Sed & in sanctione legis Regiæ Vespasiani, leges, rogationes, plebiscita, Senatusque consulta res esse separatas apparet. Cæteri rogationem eam esse dicunt, cum populus aut plebs rogatur, velint iubeantne illud aut illud fieri: siue id ad singulos, siue ad vniuersos pertineat. Itaque omnia plebiscita & priuilegia leges esse, ac rogationes fuisse. Et licet dixerimus privilegia in duodecim tabulis prohibita fuisse, lata tamé sunt pleraque, cum eisdem tabulis contineretur, vt quod postremum populus iussisset, id ius ratumque esset. Huiusmodi sunt Gabinia, & Manilia de Cn. Pompei imperio, Pedia de Cæsaribus interfectores, Hirtia contra Pompeianos, Clodia contra Ciceronem, quæ iure singulari propter aliquam vtilitatem introductæ sunt. Sed de privilegiis in Duodecim, de plebiscitis in Hortensia, Horatia, & Publilia plura scribemus.

CAP. IIII. Quæ sit lex.



c. vic. dist. 4.

Aphth. in
programm. de
legislatione.
Hermog. lib.
1. de iuen.
Quincti. lib.
2. ca. 4.
Viden. Postu
nati. lib. 1. Fabius maior
declam. 144.

ONSEQUENS est, vt qualis esse lex debeat cognoscamus. Qua in re non contemnenda est Isidori regula: vt lex honesta sit, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta, hoc est, non obscura, non capitiosa, nulli priuato commodo, sed communi ciuium vtilitati conscripta. Ab his non longe discedunt rhetores, cum de legum susceptione ac diluacione præcipiunt. *Vitium legis*, inquit Quintilianus, aut in verbis aut in rebus est. in verbis queritur, an satis significent, an sit in his aliquid ambiguum. in rebus, an lex sibi ipsa consentiat, an in præteritum referri debeat, an in singulos homines. Maxime vero commune est querere, an sit honesta, an vtilis. Iustum, piuum, religiosum, cæteraque his similia honesto completimur. Iusti tamen species non simpliciter excuti solet. Aut enim de ipsa queritur, vt digna ne pæna, vel premio sit: aut de modo præmij pænaque, qui tam maior, quam minor culpari potest. Vtilitas quoque interim natura discernitur, interim tempore, quædam an obtineri possint, ambigi solet. Ne illud quidem ignorare oportet, leges aliquando totas, aliquando ex parte reprehendi solere. Hæc Fabius dilucide de vitiiis, virtutibusque legis. Sed mihi in hac re animum intendenti duæ res potissimum considerandæ esse videntur: an leges, de quibus ferendis agimus, de e. t. ius Reipub. constitutione sanciantur: an vero vnum atque alterum articulum con-

tinent.

tincat. illo casu legislatorem oportet omnia genera rerum publicarum, omnes qualiscumque Reipublice mutationis & conseruationis modos diligenter perscrutari, ciues suos suamque Rempub. nosse, & ad illu statum perducere, qui ad bene beateque viuendum quam proxime accedat, aut quantum humano ingenio, & prouidentia fieri potest, quadiu-tilissime salutaribus hisce legibus cōseruetur. quæ omnia Aristotelis præceptis sunt consentanea, si de singulis rebus ferantur, tum illa solum, quæ antea retulimus, etsi semper animaduertenda sunt, plus tamen momenti habent. Verum enim vero respiciendum in leuibus quoque rebus est, vt ad virtutem omnes leges accommodatz sint: ex hac enim felix ille status nascitur. Hanc alij iustitiam, alij æquitatem, multi honestatem, felicitatem alij, beatam alij vitam appellant. Ex hac ciuium salus, incolumitas Reipub. æterna libertas, gloria decusque perpetuum cinitati legumque latori nascitur. Quamobrem non satis probamus illorum sententiam, qui putant leges factas esse, vt earum metu humana coerceretur audacia. Contra enim Plato legis putat esse persuadere, non omnia vt æ minis cogere. & Diodorus barbarorum leges reprehendit, quæ magis punire quam docere videantur, ac Xenophon Persarum instituta maxime laudat, quod non vt ceteri de pœnis criminibus ex legibus imponendis, solliciti sint, sed multo magis caueant, vt ne qua crimina apud ipsos reperiantur. Legis tamen virtutem esse non negamus, vt punire nihil minus, quam imperare, vetare, & permittere possit: illas tamen optimas esse leges dicimus, quæ ad bene beateque viuendum sint accomodate. cui rei necessarium nonnunquam est pœnis ac ac multis vti: ne impunita crimina delinquendi cupiditatem improbis augeant. Ac Plato inferorum pœnis, quæ in sceleratos inferuntur, non contentus, similes exogitauit. Nos Ciceronis hac in re moderationem probamus, vt noxæ pœna par sit, & in suo vitio quisque plectatur. vis capite, avaritia multa, honoris cupiditas ignominia sancitur. Sed etsi lex seuerè scripta sit, iudex benigna interpretatione vtatur necesse est. Estat Martiani elegans admonitio in leuioribus causis prouiores ad lenitatem iudices esse debere, in grauioribus pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis exequendam. Sed cum Rempublicam his duabus rebus contineri, præmio & pœna à Solone & Platone vsurpatum fuerit, & de pœna dixerimus satis: de præmio idem Plato secundus est, qui Reipublicæ salutem ex harum rerum ordine consistere putat: vt animi bona præ ceteris omnibus honoribus adficiantur, tum corporis, postremo fortunæ. Huins generis sunt quæ militibus, quorum opera imperatores victoriam adipiscuntur, donantur: quæ trium liberorum causa, vt ab Lycurgo & Augusto in aunitas multorum munerum data est: quod Hippodamus rem vtilem Reipublicæ inuenienti, pollicebatur: quodque magistratibus atque iudicibus, ne quæstui potestatem ac iudicia habeant, promitti oportere Aristoteles putat. Idem ait quarumcumque legum laetoribus vtile esse, vt præmia suppliciaque iuste proponere possint, diligenter animaduertere, quid rerum homines sponte quidque inuiti contrahant & Papinianus Demosthenem secutus, vt antea scripsimus, legem coercionem appellat delictorum, quæ sponte vel ignorantia

Arist. lib. 1.
 Rhe. ca. 4. &
 lib. 3. Politic.
 ca. 7. & lib. 4. ca.
 1. & lib. 1. ca. 9.
 & lib. 6. ca. 5. &
 lib. 7. ca. 1. item
 lib. 10. ca. 9. Eth.
 Plato lib. 1. de
 legib. Aristot.
 eisdem locis.
 Cice. lib. 1. de
 legib. & p. 10
 Cluen. Diod.
 lib. 3. b. lib. 10.

c. d. lib. 4.

Cie. lib. 1. de
 legib.
 Diodo. Sicul.
 lib. 1. biblioth.
 Xenoph. lib. 2.
 de Cyril. vici.
 Adde Isoct.
 in Areopag.
 Legis. D. de
 legib. c. vlt. 3.
 dist. Quinct.
 lib. 7. cap. 5.
 Diod. lib. 2. &
 3. biblioth.
 lib. 1. operis. C.
 de pœn.
 Plato lib. 12.
 de legib.
 Cie. lib. 3. de
 legib.

Isteus apud
 Stob. cap. 46.
 3. perspicuend.
 d. D. de pœn.

Cie. in Epist.
 ad M. Brut.
 Plato lib. 1. de
 legib.

Polyb. lib. 4.
 histot.
 Arist. lib. 1. ca. 7
 de rep. Ethic.
 lib. 6. de varia
 histot.
 Arist. lib. 3. ca.
 6. de Rep.

Idem lib. 4.
 cap. 7.
 Idem lib. 4. ca.
 1. & 4.

1. & 1. D. de
 legib.

l. v. spicand
dum, in fine.
D. de per n.
l. aut facte. c.
tit.

Cicero. lib. 1. in
fin. de legib.

Isoer. in A.
reopg.

Thucyd. a.
pud Stob. c.
41.

contrahuntur. Marcianus, *Delinquitur, inquit, aut proposito, aut impetu, aut casu, & Claudius Saturninus. Aut facta, inquit, puniuntur, aut dicta, aut scripta, aut consilia. Hæc quatuor genera consideranda sunt septem modis, Causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu.* Quæ omnia in præmiis quoque considerabuntur. Sed vt ad illa reuertamur: non dubium est quin vitiorum emendatricem legem esse oporteat, commendatricemque virtutum, vt Cicero scribit; quo fit, vt ab ea viuendi doctrina ducatur. Quamobrem cum Isocrates, quæ in legibus bene constitutis spectanda sint, Nicoclem docuisset (sunt autem hæc, vt omnibus iustæ atque vtilis essent, & inter se consentientes; quæ dubitationis minimum, litium celerrimam compositionem haberent) addit laborum præmia, calumniarumque pœnas vt illa expetant, has; omnes auerferent. Illud eiusdem oratoris laudandum, quod putat legum multitudinem atque frequentiam, & vt arbitror, crebram earum mutationem, signa esse mali status Reipublicæ; propterea quod dum delicta, quali aggeribus coercere nitimur, leges circumulantur. Non itaque porticus legibus implendæ, sed ciuium animi iustitia imbuendi sunt. Quod bene instituti paucis legibus obtemperant: mali omnes leges facile contemnunt. Arcefilaum dixisse ferunt, vbi plurimæ leges & medicamenta forent, illic morborum & iniusticiæ plurimum esse. Itaque idem Isocrates in Panathenaica quæ laudat, quæ pauca sint, & apta, laudat item cognitione faciles, iustas, vtilis, & inter se consentientes, ad publica instituta, non ad priuata commoda factas: quales, inquit, esse decet, in Republica bene constituta.

CAP. V. *Quotplex sit lex.*



Arist. li. 1. ca.
10. & 11. & 12.
arist. Rhet. de
lib. 1. ca. 6. E.
thic.

Arist. lib. 1. c.
E. arist. Rhet.
& lib. 1. c. 10.
Erbic. & li. 1.
c. 5. Politic.

Polyb. lib. 6.
Vide Cicero.
Phillipp. 1.

Plura in vita
Solon. & Lio
gentia.

VIDETUR quid sit lex, qualisque esse debeat: nunc quotplex sit, cognoscamus. Id vero multiplex est. Nam si legem pro iure naturali, vel gentium, vel ciuili accipiamus, vt philosophi solent; easdem tres differentias legum recipiemus; si ad singulorum populorum, aut regum rerumve publicarum iusta respiciamus; in tot genera leges diuidemus, quot rerum quoque publicarum sunt. ea autem sunt sex, si Aristotelem sequamur: Regis, tyranni, optimatum, paucorum insolentia, reipublicæ, & populorum tres probandæ, tres reliquæ improbandæ sunt. Tyranni enim, paucorum, & populi status iniquus est, cæterorum æquus. Omnium optimus regius, & huic par, vel fortasse melior, quod magis est perpetuus ex omnibus mixtus: qualis Romanorum, vt Polybio videtur, fuit. Eiusdem vero Reipublicæ leges varias appellationes accipiunt, vel ex auctoribus, ac legumlatoribus, vt Solonis ac Draconis Atheniensium, & omnes fere Romanorum, quas hoc libro persequemur, aut à tabulis in quibus scriptæ vel incisæ sunt, vt Duodecim tabularum, & Draconis ac Solonis à *ἑσπερ* & *ἠσπιδ*: aut ab eo quod iubetur, vt Ostracismus, vel *οὐραγία*, *θερα*, vel *ἀγυρὸς* *εἰς* apud Græcos; apud Romanos Agrariæ, Sumptuariæ, Frumentariæ, Fenebris, Muneralis, Vicefima, Regia, Maiestatis, Ambitus, & alia id genus; quæ suis locis referentur: à loco vel modo rogandi vel auctoritate, *πῆρ* *αἰ* Lycurgi, Romanorum Sacratæ leges & Rhodia de iactu: item Curiatæ leges, curiatis comitiis lætæ, de quibus paulo post scripturi

scripturi sumus. huc accedit quod antea scripsimus de plebiscitis ac priuilegiis, quæ à generali lege populi Romani differunt. item quod de Tribunicis & Consularibus à Cicerone vsurpatum retulimus, quod à Tribunis vel Consulibus promulgarentur. mixtarum quoque rerum nomina habent lex Satyra, & lex Iulia Miscella. Sed vt omnium legum Romanorum, de quibus scribere aggredior, nomina recensentur, eas in aliquot classes atque centurias describamus. ita enim fiet, vt omnia legum genera, ac totius pene iuris notitiam prægustemus.

Ac principio sunt quædam leges, quæ de toto iure feruntur; vt Regiæ, quas Romulus & cæteri Reges tulere vno libro collectæ à Sexso Papirio qui liber ius ciuile Papirianum appellatur. Item duodecim tabulæ, quas Decemuiri exactis Regibus ex Græcis legibus magna ex parte descriptas tulerunt. Quas vero per partes plerique magistratus promulgarunt, in nouem classes conscripsimus. Aut enim ad facras res pertinent; aut ad magistratus; aut de comitiis, de iudiciis, de aliis rebus ciuilibus latæ sunt; aut ad morès; ad omnium hominum crimina; ad seditiosos legislatores, ad rem militarem spectant.

De rebus sacris præter illas quas Numa Pompilius Pomponis filius Rex tulit, in quibus Pompilium de Vestalibus, Posthumiam de sacrificiis numerauimus; Licinia de Decemuiris sacris faciendis; Ogulnia, Domitia, & Iulia de Sacerdotiis, Papiria de consecratione fuerunt. De magistratibus multo maior est numerus. quarum alix ad omnes, vel ad plures; alix ad singulos pertinent. Ad omnes Iulia annalis, Cornelia de ordine magistratuum, Gabinia Tabellaria de magistratibus mandandis; Valeria, Duilia, & Horatia de prouocatione, Cassia & Sentia de patriciis adlectis, Æbutia de magistratibus. Ad multos, Sempronia & Trebonia de prouintiis Gabinia de legationibus, Iulia de liberis legationibus, Latoria de plebeiis magistratibus. Ad singulos pertinent Regia de potestate imperatoris; Licinia de Consulibus plebeiis; de Censoribus etiam ex plebe Publilia; Æmilia & Clodia de Censoribus, Platoria de Pratore urbano, Babia de quatuor prætoribus; Duilia, Valeria, Horatia, Sicinia, Atinia, Aurelia, Trebonia, Cornelia de Tribunis Plebis, siue de Tribunitia potestate; Atilia, Martia de Tribunis militum; Æbutia de Centumuiris, vel Decemuiris; Decia de Duumuiris naualibus, Clodia de Scribis Quæstoribus. Tam uero de comitiis per multas leges fuisse accepimus; Æliam & Clodiam de obnuntiatione; Fusiam de auspiciis, Cæciliam & Didiam, atque Liciniam & Iuniam de legibus ferendis, Papiriam Tabellariam de legibus, Mæniam item de legibus, Corneliam de legibus soluto; Hortensiam de nundinis, Pupiam de Comitibus; Gelliam & Iuliam & Papiriam de ciuitate Romana, Liciniam & Mæciam de ciuibus regundis, Maniliam, Corneliam & Sulpiciam de libertinorum suffragiis, Mariam & Semproniam de suffragiis, item Semproniam de ciuibus Romanis. Ad iudicia pertinent Iudiciales leges, Sempronia, Seruilia, Liuia, Plautia, Cornelia, Aurelia, Pompeia, Iulia, Cassia Tabellaria. De Centumuiralibus iudiciis Æbutia Cornelia de edictis perpetuis; Tarpeia, Æterna, & Papiria de multis, Hortensia de nundinis factis; Iulia de patronorum nume-

Cic. in Senia
& de leg. agr.
Viden. e. que-
dam dist. ij.

Is. in prin &
p. fuit autem.
D. de ori. iur.

ca. l. p. exactis

ro; Vatinia de alteris consiliis. De aliis rebus civilibus, Canuleia de connubio, Papia de nuptiis, Iulia de fundo dotali, & Iulia Miscella. De tutelis Atilia, Iulia, & Titia de tutoribus dandis, Claudia de tutelis feminarum, Lectoria de curatoribus. De testamentis Fufia, Caninia, & Glitia, de postumis Iunia Velleia, de mulierum hereditate Voconia, de quarta portione Falcidia. de manumissionibus Ælia Sentia, Fufia Caninia, Iulia, Iunia Norbana, Iunia Petronia, Vestibulicia, Viscelia: de libertate Scribonia; de rebus creditis Iulia; de sponsione Titia, Publicia, & Cornelia; de nexu Petilia, Licinia de alienatione in fraudem, Iulia de bonis cedendis, Atinia de vfucapionibus, Manilia de quinque pedibus, Thoria de agris & pascuis, Quintia de aquz ductu, Rhodia de iactu. Adde his Papiriam nummariam. Clodiam de victoriatibus, Manliam de vicefima, & Vicefimam hereditatium. Nunc de his que ad mores & disciplinam pertinent videamus. Quarum principatum obtinent Sumptuariz, Orchia, Fannia Didia, Licinia, Cornelia, Antia, Æmilia, Iulia; Muneralis Cincia, Funeris Duilia, Menenia, Genutia; Claudia de nauibus, Mævia de funeribus, Iulia de pudicitia; item de maritandis ordinibus; Oppia de ornamentis mulierum, Theatralis Roscia, Iulia de ludo vel sponsione Cornelia, Publicia, Titia, de collegiis Clodia, de fullonibus Cæcilia Metella. Nunc ad criminum coercitionem veniamus. Ac de maiestatis & perduellionis crimine leges fuerunt Varia, Apuleia, Cornelia, Iulia, item Tabellaria Cælia. de parricidiis Pompeia, de sicariis & veneficis Cornelia. de vi, Plautia, & Pompeia, de vi publica & priuata, Iulia, de adulteriis & stupro, Iulia, de impudicis Scatinia, de iniuriis Cornelia, de damno iniuria, Aquilia repetundarum Calpurnia, Acilia, Seruilia, Cornelia, Iulia, Ambitus Petilia, Cornelia & Bæbia, Calpurnia, Pompeia, Iulia, Tullia, Fabia, Manilia, Licinia. Testamentaria Cornelia, de plagiariis Fabia; de annona Iulia, item peculatus, item de residuis; de calumniatoribus Remnia, de damnatis Cassia. Per seditionem ac vim latæ leges permulæ sunt. Nam cum mixta Respublica esset, quotiens plebs in seditiosos Tribunos plebis inciderat, aut in alios populares viros; in malum illum Reipublicæ statum inclinabat, in quo populus tyrannidem exercet. Quotiens optimates plus nimio poterant, & aut ex nobilibus inter se aut cum popularibus contentiones aut ex tyrannidis cupiditate priuata commoda legibus in speciem popularibus persequerentur, Rempub. ad paucorum, atque ad extremam ad vnus potestatem perduxerunt. Populares leges Agrariz Cassia, Licinia, Liuia, Flaminia, Semproniz, Apuleia, Seruilia, Iuliz. Frumentariz Semproniz, Apuleia, Liuia, Ferentia, Cassia, Octauia, Clodia. Tabellariz Gabinia, Cassia, Papiria, Cælia. De plebiscitis Hortensia, Publilia. de Tribunis plebis, quæ antea relaxatæ sunt in classe de magistratibus. de connubio Canuleia; de Consulibus & Censoribus ex plebe Licinia & Publilia; Icilia de Auentino, Porcia & Semproniz de ciuium libertate, Manilia de colonia deducenda, Licinia & Sulpitia de ære alieno, Clodia de Censoria nota, item de obnuntiatione: aliquot iudiciales, & de suffragiis ac ciuibus, atque aliz id genus. In Sullæ tyrannide, Valeria de imperio Sullæ. Cornelia de proscriptione, item de Tribunitia potestate

In C. Cæsaris, Hirtia contra Pompeianos: In Augusti, Pedia contra percussores, Papia de caducis, Regia de imperio. Infinitum esset omnia persequi, quæ per vim aut fraudem facta fuerunt simulatione legum terendarum. Itaque ad rei militaris leges perueniamus, quæ pauce admodum sunt. Cornelia de captiuis, Iunia & Sempronia Militaris, Maria, Porcia, Triumphalis, Hæc sunt dicta de legum diuisione: quam non ignoro posse easdem varie diuidi, & multis modis immutari.

CAP. VI. De partibus legis.



ED tempus est vt de partibus legis aliqua dicamus. Sunt autem hæc in omnibus fere legibus Romanorum: Proœmium, capita, & sanctio. Quod si Satyra lex sit, aut de vniuersa Repub. lata, fieri potest vt sapius & proœmium & sanctio repetantur, quod tunc non simplex lex sit. Sed & posset sine proœmio ac sanctione, aut cū altero ex his, lex esse. Nos vero vt in aliis rebus, quod frequentius accidit, sectamur. Animaduerti itaque ante omnia scribi solere quis legem rogauerit, quis iusserit, quo loco, quo tempore, quæ tribus, qui vir primum suffragium tulerit: vt ex Frontino libro secundo de aquæductibus exemplum sumamus ex lege Quinctia: T. QUINCTIUS CRISPINVS COS. POPVLVM IVRE ROGAVIT POPVLVS QVE IVRE SCIUIT IN FORO PRO ROSTRIS AEDIS D. IULI P. R. K. IULIIS TRIBVS SERGIA PRINCIPIVM FVIT PRO TRIBV SEX. TERENTIVS L. F. VARRO.

Similibus verbis vsus est Cicero in Antoniana prima *Cedo illa legitima: CONSULES POPVLVM IVRE ROGAVERVNT (hoc enim à maioribus accepimus ius rogandi) POPVLVS Q. IVRE SCIUIT? Qui populus? quo iure?* Et in tabula octava Corneliz de viginti Quæstoribus. PRINCIPIVM FVIT PRO TRIBV. ita intelligendum est. & in prima Thermentium Pifidarum maiorum. C. ANTONIVS M. F. CN. CORNE... C. FUNDANIUS C. F. TRIBV. PLVB DESS. PLEBEM... PREIMVS SCIUIT. Est autem hoc plebiscitum, quod Tribuni plebem rogauere, plebesque sciuit illo loco, illo die, illaq. Tribus principium fuit, & pro tribu, id est in tribu, ille vir primus sciuit. Sic apud Ciceronem in Planciana: *Quod primus sciuit legem de publicianis si in eo crimen est, quia suffragium tulit, quis non tulit publicanus? si quia primum sciuit utrum id fortis esse vis an eius qui illam legem ferebat? si fortis nullum crimen est in casu: si Consulis splendor etiam Plancij, hunc à summo viro principem ordinis iudicatum.* Et in oratione ad Pontifices de Sedulio similia dicuntur. Crederem post hæc laudem & causam legis ferendæ conscribi; quod Cicero significare videtur. Tamen sine proœmio & hoc ipsum priuilegium, & lex illa Quinctia initium sumpsere. QVICVNO POST HANC LEGEM ROGATA RIVOS, & in plebiscito. QVEI THERMESSES MAIORES PEISIDAE FVERVNT. Quæ verba primi capituli sunt. Id in multis legibus vsurparum, apparet ex faceta illa Glauciz adnotatione ad populum: vt cum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderent: si esset DICTATOR CONSVL PRAETOR MAGISTER EQVITVM: ne laborarent, scirent nihil ad se pertinere: sin autem QVE-

Vide Liu. lib.

Cic. lib. 1. & 2. de leg.

Cic. pro Rabio. Posth.

CVNQVE POST HANC LEGEM: viderent ne qua noua quæstione alligarentur. Capita vero interspatiis tantum distincta semper vidi, sed in lege Manilia, Roscia, Peducaæ apud Hygium Gromacium de constitutionibus limitum singulis capitibus additur eorum numerus in hunc modum.

K.L.III.QVAF COLONIA HAC LEGE DEDVCTA.

K.L.III.QVI LIMITES DECIMANI.

K.L.V.QVI HAC LEGE COLONIAM DEDVXERIT.

Quibus notis significatur caput legis tertium, quartum, quintum; quod Terentianus & Probus interpretantur. Numerorum quoque ratio ad totam legem referri debet; vt capite quinto legis Iulix de adulteriis, aut capite tertio legis Aquiliz: non ad numerum tabularum, in quas longiores leges diuisuntur. Tot vero capitibus singulæ leges constant, quot visum his est qui leges conscripserunt, totam legem concipi posse. Et in epistula quadam M. Calij ad Ciceronem referunt vnum & centesimum caput legis Iulix de repetundis. Extrema legis pars sanctio appellatur, quam in area tabula legis Regix de imperio Vespasiani interitam agnoscimus; in qua hæc verba scripta sunt.

SANCTIO

SI QVIS HVIVSCE LEGIS ERGO ADVERSVS LEGES ROGATIONES PLEBISVE SCITA SENATVSVE CONSVLTA FECIT FECERIT SIVE QVOD EVM EX LEGE ROGATIONE PLEBISVE SCITO S. VE C. FACERE OPORTERIT NON FECERIT HVIVS LEGIS ERGO ID EI NE FRAVDI ESTO NEVE QVID OB EAM REM. PVVLO DARE DEBETO NEVE CVI DE EA RE ACTIO NEVE IVDICATIO ESTO NEVE QVIS DE EA RE APVD SE AGI. SINITO. De hac sanctione Papinianus libro secundo definitionum ita scribit: *Sanctio legum, quæ nouissime certam pœnam irrogat his qui præceptis legis nõ obtemperauerint, ad eas species pertinere nõ videtur, quibus ipsa lege pœna specialiter addita est.* & Iustinianus, *Ideo muros inquit, sanctos dicimus quia pœna capitis constituta est in eos qui aliquid in muros deliquerint. Ideo & legum eas partes quibus pœnas constituimus aduersus eos qui contra leges fecerint, sanctiones vocamus.* & Vlpianus, *Proprie, inquit, dicimus sancta, quæ neque sacra neque profana sunt: sanctione enim quadam confirmata: vt leges sanctæ sunt: sanctione enim quadam sunt subnixæ. & interdum, inquit, in sanctionibus adicitur, vt qui ibi aliquid commisit, capite puniatur.* M. Cicero ad Atticum libro tertio: *Scis Clodium sanxisse, vt vix, aut omnino non posset nec per senatum neque per populum iusfirmari sua lex. Sed vides, inquit, nunquam esse obseruatas sanctiones earum legum quæ abrogarētur, nam si id esset, nulla fere abrogari posset. neq; enim vlla est qua non ipsa se sepiat difficultate abrogationis. Sed cum lex abrogatur, illud ipsum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat.* Et in calce Verriuz de signis: *Nisi legum sanctionem, pœnamque recitarem; tabularum mihi potestas facta non esset.* Idem pro Balbo Cornelio: *Sacro sanctum esse nihil potest, nisi quod populus plebsve sanxisset. Deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut obsecratione & consecratione legis, aut*

pœna,

l. sanctio. D. de pœn.

In Instit. de rer. diuin. p. sancta.

l. sacra. p. pro pœn. D. cod.

pœna, cum caput eius qui contra facit, consecratur. Denique Sext. Pompeius ita scribit: *Satura est cibi genus ex variis rebus conditum, & lex multis aliis confersa legibus.* Itaque in sanctione legum adscribitur. *NE VE PER SATVRAM ABROGATQ AVT DEROGATO.* Ex his omnibus apparet, tria esse quæ in sanctione scriberentur: vt cæteris legibus contrariis solutus esse videretur, qui eam legem seruaret aut ferret: pœna aduersus eos qui contra legem facerent: cautio ne abrogari aut derogari ei legi vnquam posset. Sunt etiam alix partes legis, cum in eis, de quibus mentionem sæpe fecimus, tabulis aeneis lex inciditur, de qua re postea dicemus.

CAP. VII.

De legis ferendæ ratione, & à quibus & per quos ferri, possit.



NUNC de legis ferendæ ratione videamus. Quæ in re à quibus, quo loco, quo tempore, quoque modo dicendum erit. A quibus duplicem habet significationem: nam & qui rogant, & qui iubent, ferre legem videntur. Iam verò id ipsum quoque ad plebiscitum & legem referri potest. Itaque videamus qui populum, rogare possint, mox qui plebem, deinde populi plebisque partes discutiemus. Hoc igitur principio constituimus, illum ferre ad populum, ac rogare legem posse, qui cum populo agere potest. Agere enim cum populo est rogare quid populum, quod suffragiis suis aut iubeat aut vetet. Legem vero esse constat, quod Populus Romanus senatorio magistratu interrogante, veluti Consule, constituebat. vel generalè iustum populi rogatè magistratu. At cū populo agere, & cum patribus, id est comitia & senatū habere licet Consuli, Prætorij, Dictatori, Magistro equitum. Senatū habere etiam possunt Tribuni plebis, Interrex, Præfectus vrbi, & Præfectus feriarum Latinarum causa: item extraordinario iure & leges ferre & senatū habere potuerunt Tribuni militum, qui pro consulibus creati sunt, ac Decemviri legum ferendarum causa, Triumviri quoque Reipub. constituendæ causa creati. Interregem leges ferre potuisse crediderim. atque interregis lex Valeria de L. Cornelij Sullæ imperio fuit. & à Cicerone illis verbis significari potest: *ETIQUÆ QUÆM PRODUNT PATRES CONSVLVM ROGANDORVM ERGO, Adderem Regem & Tribunum Celerum, item Imperatorem, post legem regiam, qua populus ei & in eum omnem potestatem transtulit.* De legibus Iulij, quæ ab Augusto latæ sunt, vt de legibus Regum nulla dubitatio est. Tribuni illa esse dicitur, qua Reges exacti sunt, Tribunicia mque Pomponius appellat. Magistri equitum legem, nullam inuenio: Dictatoris Hortensia fuit: Prætoris Aurelia Iudiciaria, Ex his apparet neque Censorem, neque proconsulem, neque Aedilem Curorem, neque Quæstorem urbanum, neque Præfectum vrbi, et si senatorij magistratus essent, rogare populum potuisse. Tribunos vero Plebis neque aduocare patricios, neque ad eos referre de re vlla potuisse, Lælius Felix scripsit. Quibus verbis senatū quoque habere negaretur: contra tamen ex Cicerone & Varrone constat. Itaque id tantum iuris illi habuerunt, vt plebem iure rogarent, plebisque sciti au-

Gell. lib. 13. c. 15.

In Instit. de iure natur. p. lex.

Gel. lib. 10. c. 20.

Cicer lib. 1. de legib.

Gel. lib. 4. c. 7. & 8.

Cic. 20. lib. 3.

L. D. de com. sit. prin.

L. 1. ad le. Iust. de adul.

L. 1. in prin. de orig. iur. p. 12. ad. ed.

Gell. lib. 13. c. 7.

Cic. 20. lib. 1. de legib.

Gell. lib. 14. c. 7. & 8.

tores essent: & cum Dictator, Consul, Prætor aberant aut consuluerât; tum Tribun. ple. senatus consulendi ius erat. At verò an alij plebeij magistratus plebem rogare possent dubitamus. Nam licet Sextus Pompeius & Iustinianus generaliter de magistratibus scripserint: nullum habeo eius rei antiquitatis exemplum. Hanc etiam ipsam Tribunalium potestatem, vt legem rogare possent, Sulla abtulit, vt in Cornelia de Tribunalibus dicemus; sed Cne. Pompeio Consule restituta est. De plebiscitis an tenerent omnes vetus erat quæstio, de qua variis locis dicturi sumus. Ex his igitur constat, qui populum, quippe plebem iure rogare legemque ferre potuerint. Populum verò solum legum potestatem habuisse, vt creationis magistratum, & aliorum iudiciorum publicorum, item belli, pacis, fœderis ac sociorum Polybius scribit. Nam senatus ærarij, vectigalium, legationum, consiliorum, & auxiliorum curam habebat. Consulibus in bello fere omnia, in pace omnium rerum cura, atque leuiorum administratio & imperium, ac populi & senatus iussorum executio competebat. Qua de causa ex tribus mixtis generibus Reipubl. constare ciuitatem Romanam dixit. Apud Liuium tamen reperio in legibus magistratibusque rogandis vsurpatum, vt priusquam populus suffragium iniret, patres auctores fierent. quod Cicero non vno in loco significat. Itaque non facile concessum id populo est, vt solus leges iuberet. sed tamen nimis leuis hæc patrum cautio esse videbatur, cum id quod futurum esset, in eorum potestate nõ foret. Sed de his in Mænia & Publilia videbimus. De plebe pauca dicemus. Inter omnes constat tres populi Romani ordines fuisse, Senatores, Equites & Plebem. Senatores fuerunt iam inde à Romulo, & ab illis orti maiorum gentium patricij, & qui à cæteris Regibus aut ab L. Bruto minorum gentium adlecti sunt, & à Cæsare, & ab Augusto, & Claudio, & qui in magistratu Curuli, aut Tribunali Plebis plebeij, aut equites fuerunt, senatum constituebant: si modo ætate senatoria essent, & si à Censore in senatum lecti forent. Equites principio, quod equo mererent, postea Iudices à indicando dicti ad extremum annulis & censu distinguebantur à plebe.

Si quadringentis sex septem millia desunt.

Plebs eris

vt ait Horatius.

Plin lib. 9. c. 1. & 2.
Horat. lib. 1. epist. 1.

Suet. in Aug. Liuius lib. 1. Dionys. lib. 6. h. h. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

lib. 1. del. 1. plebs. D. de verbos. sign. in Instit. de iure nat. p. plebiscitum.

Senatores ab equitibus lato clauo, & cæsi, olim octingentorum millium, postea duodecies sestertium. At plebs, quæ pedibus crebatur, in quinque classes describatur, quarum prima centum milibus æris, secunda septuaginta quinque, tertia quinquaginta, quarta viginti quinque, quinta vndecim millibus, exceptis capite census & proletariis, qui multo minoris crebatur. Horum omnium descriptio Censorum fuit: ad quos ea pertinent quæ Cicero eleganter collegit: CENSORES POPVLI AEVITATES SOBLES FAMILIAS PECVNIASQVE CENSENTO VRBIS TEMPLA VIAS AQVAS AERARIVM VECTIGALIA TVENTOR POPVLIQVE PARTES IN TRIBVS DISTRIBUTVNTO EXIN PECVNIA AEVITATES ORDINES PARTIVNTO EQVITVM PEDITVMQVE PROLEM DESCRIBVNTO. Quod ad leges sciendas attinet, plebis appellatione sine senatoribus & patricijs cæteri ciues significantur. Itaque equites quoque continentur.

CAP. VIII.

Quo loco, quo tempore, qua ratione comitia haberentur, centuriata, curiata, atque attributa.

DIXIMVS quæ ad personas eorum qui populum ac plebem rogabant, pertinebant, quæque populi & plebis esset differentia, & quæ huius loci visa sunt. Nunc de loco & tempore, & cæteris quæ necessaria erant ad leges recte atque ordine iubendas, videamus. Et cū leges aut centuriatis comitiis, aut curiatis, aut tributis fieret; de his ipsis tribus comitorū generibus est videndum. Nā & persona, & locus, & dies, & modus comitorū legitimus; is etiam legibus legitimus paucis exceptis est. Et si lex est, quam populus centuriatis comitiis, aut maiore magistratu rogante tributis tulerit, & plebiscita, quæ sciuerit tributum plebs, leges curiatarum, quæ curiatis comitiis placuerunt: quod erit in comitiis vitij, legi quoque noccat necesse est. Principio igitur Consules edictum proponebant, quo edicebant, quis dies comitiis centuriatis futurus esset, & in eo cauere solebat, ne quis magistratus minor de celo seruasse vellet. Calabantur autem, & conuocabantur comitia curiata per licτόrem curiatim, centuriata per cornicinē. ex quo vtraque calata comitia appellabantur: eratque genus testamenti vnum, quod calatis comitiis in concione populi fieret, alterum in procinctu, tertium per familiarum emptionem. Tributa comitia plebis per viatorem Tribuni calari solere crediderim. Centuriata intra pomerium fieri nefas erat, quia exercitum extra urbem imperari oporteret, intra urbem ius non esset. Itaque in Campo Martio haberi, exercitumque imperari præsidij causa solitum, quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus. *Maiores vestri* (inquit apud Liuium Consul in Concione) *ne vos quidem, nisi cum aut vexillo in arce posito comitorum causa exercitus edictus esset, aut plebi concilium Tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, temere coire voluerunt.* Consilij verbum hoc loco ad tributa comitia, nisi fallor, refertur. Nam vt Lælius Felix scribit: *Qui non vniuersum populum, sed partem adesse iubet; non comitia, sed consilium edicere debet. Tribuni neque aduocant patricios; neque ad eos referre de re vlla possunt.* Locus autem tributorum comitorum tum in foro Rom. tum alibi tam intra, quam extra pomerium fuit. Curiatorum vero in comitio, quæ pars etiam fori erat, esse solebat, vt Varro significat. Erat igitur & in conuocando, & in loco habendorum comitorum differentia, quam diximus. Sed & in descriptione ac ferendorum suffragiorum ordine illud intererat, quod ipsis fere nominibus significatur. Centuriata enim à centuriis dicuntur. etenim per centurias diuisi cines in singulis classibus coibant, censēbatur, ac suffragia ferebant. Singularum classium censum antea retulimus. Aetate quoque distinguebantur; vt partim iuniorum, partim seniorum centuriæ in singulis classibus forent. Ita fit, quod idem Lælius scribit, vt cum ex censu & aetate suffragium feratur, centuriata comitia sint. Et Cicero: *Ferri de singulis, nisi centuriatis comitiis noluerunt. Descriptus etenim populus censu, ordinibus, aetate, plus adhibet ad suffragium auxiliij, quam fuisse in tribus conuocatus.* & de aruspicum responsis: *Eandem do-*

Boeth. lib. 4.
Toplc. C. 11.

Gell. lib. 14.
c. 14.

Idem lib. 15.
cap. 17.
In Instit. de
testam. in pr.
Gell. d. 17.
in fine.
Viden. Cicer.
lib. 1. de nat.
deor. & lib. 2.
& 1. de diuin.

Liu. lib. 19.
Sex Pdp. ver.
luffi dies.
Macrob. lib.
1 Saturna.
Gell. d. 1. cap.

Liu. lib. 1.
Dionys. lib.
4 antiqu.

Gell. lib. idem.
Cice. lib. 1. de
legib.

num populus Romanus, cuius est summa potestas omnium rerum, comitijs centuriatis omnium aetatum, ordinumque suffragijs eodem iure esse iussit, quo fuisse. Ordinibus vero in his comitijs distinguebatur populus. & suffragium ferebat: propterea quod equitum centuriæ ab alijs separatæ sua quoque suffragia ferebant. In cæteris comitijs neque census, neque ordinis, neque aetatis distinctio erat, sed fuscæ tribus, aut curiæ conuocabantur. Lælius tamen, cum ex generibus omnium suffragium feratur, curiata comitia: cum ex regionibus & locis, tributa fuisse scribit. Non satis clare rerum differentiam explicat mihi visus est. Id nos facere conabimur, quantum post tot sæcula licebit, & in magna multorum varietate, qui curiam cum tribu, & curiata cum tributis comitijs confuderunt.

Liu. lib. 1. Cl.
pro Mursua
Diony. lib. 4.
antiq.
Gell. lib. xv.
cap. 17.

Lib. 4. de lin.
lat.

Varroni loca fuerit intra urbem comitium & curiæ. Comitium ab eo dictum, quod coibant eo comitijs curiatis & litium causa. Curia duorum generum: nam & ubi curarent sacerdotes res diuinas, ut curia veteres; & ubi senatus humanas, ut curia Hostilia, ab Hostilio rege ita appellata. & alio loco: Curia, ubi senatus Respub. curat, & ubi cuncta sacrorum publica, ab his curiones. Addit Sex. Pompeius: Nouæ curiæ proxime computum Fabricium edificatæ sunt: quod patrum amplæ erant veteres à Romulo factæ, ubi is populum, & sacra in partes triginta distribuere, ut in his ea sacra curarent, que quando ex veteribus in nouas euocarentur; septem curiarum per religiones euocari non potuerunt. Itaque Foriensis, Raptæ, Velientis, Velitiæ res diuine fiunt in veteribus curijs, & alio loco: Curia etiam nominantur in quibus vnusquisque partis populi Romani quid geritur: quales sunt hæc, in quas Romulus populum distribuit numero triginta (quibus postea additæ sunt quinque) ut in sua quisque curia sacra faceret, seriasque obseruaret. his curijs singulis nomina curiarum* virginum imposita esse dicuntur, quas virgines Romani de Sabinis rapuerant. Lilius scribit, ut Sabinis aliquid daretur, Quirites à Curibus appellatos Romanos; & cum populum in curias triginta diuideret Romulus; nomina Sabinarum curijs imposuit. His familiae sunt quæ Pomponius scribit: Romulum traditur populum in triginta partes diuisisse. quas partes Curias appellauit; propterea quod tunc Republicæ curam per sententiæ partium earum expediebat: & ita leges quasdam & ipse curiatis ad populum tulit. Dionysius libro secundo antiquitatum, & Plutarchus in Romulo in tres partes populum esse diuisum scribunt, quas Tribus ea de causa dictas, eisque præfectos Tribunos appellatos. Earum partium denas partes curias esse, & præfectos Curiones. Curias in decurias diuisas, præfectos earum Decuriones; agrumque Romanum in triginta etiam partes esse diuisum, exceptis sacris & publicis locis, aut ad ea pertinentibus. Atque Appianus libro tertio bellorum ciuilium. Curias, inquit, Romani tribus aut plebem per partes diuidentes solent appellare, ut Græci quas *σπαρτιας* vocant. Ex his igitur apparet curiam aut locum significare, quo vel senatus haberetur, vel eurentur sacra; aut vnã ex triginta partibus, in quas Romulus populum diuisit. Si nihil horum Romanæ tribus sunt, verum non erit easdem curias & tribus esse: quamquam Sex. Pompeius, cum centumvralia iudicia interpretatur, in eum errorem inciderit: & Pedianus quæ de nominibus curiarum dicta sunt, ea ad tribus transferat, in Prætura vna. Plutarchus vero in Romulo negat curias nomen Sabinarum habere

Lib. 5. de lin.
lat.

Viden. Plut.
in Romul.
Liu. lib. 1.

L. 1. in princ.
de orig. iur.

Vide D. l. ij. p.
eisdem temporibus.

habere, cum locorum pleræque habeant nomina: ac Varro apud Dionysium libro secundo, curias ante raptas Sabinas, à principibus alias viris appellatas, alias ab aliis rebus atque personis scribit. Sed quando quæ de curiis dicuntur à veteribus, collegimus; quæ de tribuum origine, nomine, atque vi scripta sunt, referamus. *Ager Romanus*, inquit Varro, *primum diuisus in partes tres, à quo tribus appellata Tatiensium, Ramnensium, Lucerum; nominata à Tatio, Romulo, & Lucumone. Ab hoc quoque quatuor partes vrbis tribus dictæ, & ab locis Suburana, Esquilina, Collina, Palatina. quinta quod sub Roma Romilia; sic reliquæ tribus ab his rebus, de quibus in tribuum libris scripsi.* Sex Pompeius, *Vrbanas*, inquit, *tribus appellant, in quas vrbs erat dispersita à Seruio Tullio Rege, Suburana, Esquilina, Collina, Palatina.* Liuius à Varrone & Dionysio, & à se ipso diuersus est; quod Romulum tradit centurias tres equitum conscripsisse, Ramnenses ab Romulo, Tatienses à T. Tatio, Luceres incerta origine dictas. Seruium vero Tullium quadrisariam vrbe diuisa, regionibus collibusque, quæ habitantur partes, tribus eas appellauit, *vt ego*, inquit, *arbitror, ab tributo.* nam eius quoque æqualiter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est. Neque hæc tribus ad centuriarum distributionem, numerumque quidquam pertinere. Alio tamen loco tres antiquas tribus Ramnenses, Tatienses, Luceres singulos augures habuisse fatetur. *Rusticæ tribus*: inquit Plinius, *laudatissima eorum qui rura haberent. urbana vero, in quas transfervi ignominia esset, desidia probo. Itaque quatuor solæ erant à parribus vrbes, in quæ habitabant, Suburana, Esquilina, Collina, Palatina, Nundinis vrbes reuisitabant.* Pomponius verò, *Dicti*, inquit, *Tribuni, quod olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur; vel quia Tribuum suffragio creabantur.* Hoc tamen ipsum de Tribunis Varro aliunde deducit: *Tribuni militum*, inquit, *quod terni tribus tribubus Ramnium, Lucerum, Tatiensium olim ad exercitum mittebantur. Tribuni Plebei, qui ex Tribunis militum primus Tribuni Plebei facti, qui plebem defenderent in secessione Crustumerina.* Pedianus libro secundo Verrinarum ita scribit: *Tribus urbana, rusticaque omnes triginta quinque numerantur: ex quibus aliquam necesse est cuiusque ordinis fuerit, ciuis Robtineat. Moris autem fuit, cum aliquis ciuis Romanus ostendendus esset; aut à prænomine, aut à nomine aut à cognomine, aut à cognatione aut à tribu in qua censeretur, aut à curia, aut à censu, vt si erat senator, equeve Romanus, significaretur.* M. Tullius in quatuordecima sexta: *Nam quispiam est vestrum, qui tribum non habeat? certe nemo. Atqui illum quinque & triginta a tribus patronum adoptarunt.* Idem Pedianus, libro tertio: *Principio tres fuerunt tribus, Tatiensis à Tatio, Ramnensis à Romulo, Luceres à Lucumone, siue Lucretino, siue à lupo asylo; post de nominibus Sabinarum plures fuerunt; postremo triginta quinque factæ.* obtinuerunt autem nomen aut à tributo dando, aut quia primo tres fuerunt: Vnde etiam tribuni dicti, Dionysius libro quarto refert Ser. Tullium vrbem in quatuor illas tribus diuisisse, cum antea tres essent; agrum autem Romanum in viginti sex, si Fabius sequendus sit, aut si Cato vel Venonius in vnam & triginta tribus. Cuius opinio omnem tolleret controuersiam, nisi contraria esset Liuius, qui multarum tribuum tempus quo additæ fuerunt, dilucide refert, quod ipsum

Lib. 4. de lin. Lat.

Liui. lib. 1. & 10.

Plin. lib. 17. ca. 3. hist. nat.

l. 1. p. eisdem temp. tribus, de orig. int. Lib. 4. de lin. Lat.

Liv. lib. 1. 6.
7. 8. 9. & 10.
Flor. lib. 19.

Cel. lib. 6.
cap. 17.

Plin. lib. 3. c.
1. 1. 1. & 1. D.
de offi. Praef.
vig.

V. den. Cic. in
epist. ad Len-
tulum vlt.
Liv. lib. 1.

magnam ostendit tribuum & curiarum differentiam: cum alteræ à Romulo ad Ciceronem triginta semper fuerint: alteræ siue à Romulo, siue à Servio initium sumpserint, multis modis variæ creuerint: ut nominum differentiam prætereamus, tam quod curiæ & tribus appellentur, quam quod singulæ sua nomina habeant: ut Æmilia, Næcia, Horatia, Publilia, Voltinia tribus: Faucia, Foriensis, Rapta, Tifata, Titia, Veliciensis, Velitia, curiæ. Et sane siue ab eo Rege, siue ab alio tempore tribus initium sumpserit, nihil aliud significabant, quam locorum diuisionem, vrbis quidem in quatuor partes, cæterorum locorum in vnâ & triginta, quas rusticas tribus appellabant. Recte igitur Lælius dicebat, cum ex regionibus & locis suffragium ferretur, tributa comitia esse. Eodem nomine, quo quatuor vrbanas tribus, regiones quatuor vrbis Varro appellat, licet Plinius & Paulus quatuordecim regiones fuisse Augusti tempore scribant. Distinguntur itaque tribus à centuriis quod centuriæ personarum sint, ætate & censu distinctæ, tribus autem regionum atque locorum tam vrbano, quam rusticorum descriptione, in quibus censi, suffragium singuli in sua tribu ferunt fuisse, ut Cicero ait, conuocati. Curiæ ab vtriusque distabant, quod neque ætate & censu distinguebantur, ut centuriæ & classes, neque regionibus ac locis, ut tribus. Quod itaque ex generibus omnium suffragium ferri, comitiis curiatis dicitur, & per licitorum curiatim calari ea comitia, aperte significatur nullam fieri solitam locorum, census, aut ætatum distinctionem, suffragiumque latum ex generibus omnium, id est, ut arbitror, ex omnibus permixte ordinibus. Quod Dionysius libro nono clarius quam Lælius explicat. Alia differentia horum comitorum ex oratione ad Pontifices Ciceronis, & de lege Agraria ad populum elici potest. In altera enim, *Si patricius nemo relinquitur, breui, inquit, tempore populus Romanus nec Regem sacrorum, nec Flamines, nec Salios habebit, neque ex parte dimidia reliquos sacerdotes, neque auctores centuriatorum & curiatorum comitorum: auspiciaque populi Romani si magistratus patricij creati non sint, intereant necesse est.* In altera Curiatæ, inquit, lege magistratus non datur, cui nullis comitiis ante sit datus. *Maiores de omnibus magistratibus his vos sententiam ferre vouerunt. Nam cum Centuriata lex Consulibus ferebatur, cum curiatæ cæteris patricijs magistratibus: tum iterum de eisdem iudicabatur, ut esset reprehendendi potestas. si populum beneficij sui peniteres. Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriatæ & tributa: curiatæ tantum auspiciorum causa remanserunt. Hic autem Tribun. Ple. quia videbat potestatem neminem iniussu populi aut plebis posse habere, curiatæ eam comitiis, quæ vos non initis, confirmatis tributa, quæ vestra erant, sustulit. & postea Consulibus, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet: hic vetas intercedendi potestatem, eademque potestatem Decemviris constituit, quam si lata lex esset. Sini igitur Decemviri neque veris comitiis, hoc est populi suffragijs, neque illis ad speciem, atque ad vsurpationem vetustatis per triginta lictores auspiciorum causa adumbratis, constituti. Ex his verbis apparet longam esse curiatorum comitorum à cæteris differentiam: tum quod his magistratus Ciceronis ætate non dabantur, illis dabatur: tum quod hæc auspiciorum causa ad speciem & vsurpationem antiquitatis: illa autem essent vera comitia: in illis omnes suffragium ferebant;*

in his

in his non triginta curiæ, sed pro triginta curiis triginta nonnumquam lictores: illis olim dabantur sine potestate magistratus, curiatis comitiis magistratus confirmabantur. Verba Messalæ in libro de auspiciis hæc sunt *Patriciorum auspicia in duas sunt potestates diuisa: maxima sunt Consulium, Prætorum, Censorum; reliquorum magistratuum minora sunt auspicia: ideo illi minores, hi maiores magistratus appellantur.* Minoribus creandis magistratibus tributis comitiis magistratus, sed istius curiata datur lege, maiores centuriatis comitiis fiunt. L. Iulius libro nono. *L. Papirius cursor Dictator C. Iunium Bubulcum Brutum Magistrum equitum dixit: atque ei legem curiatam de imperio ferenti, triste omem diem diffudit: Quod Fauca curia fuit principium duabus insignis cladibus, capta vrbis, & Cauding pacis, quod vtroque anno eiusdẽ curia fuerat principium. Macer Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit. Dictator postero die de auspiciis repetitus pertulit legem, & profectus est.* Gellius de iuris consultorũ sententia: de his eisdẽ comitiis curiatis ita scribit: *Per Prætores adoptio, per populum arrogatio fit. Arrogatur hi, qui cum sui iuris sint, in alienã sese potestatem tradunt, eiusque rei ipsi auctores fiunt, idque non temere fit. nam comitia arbitris etiam Pontificibus præbentur: quæ curiata appellantur. Arrogatio dicta, quia per populi rogationem fit. Eius rogationis verba sunt hæc: *Velitis iubeatis, vt i. L. Valerius L. Titio tam iure, legeque filius fiet, quam si ex eo patre, matreque familias eius natus esset: vtique, ei vita, necisque in eum potestas fiet vt i. patri endo filio est* (sic enim legendũ, nõ in vulgari libris pariendo filio.) Hoc ita, vt dixi, ita vos Quirites rogo. De eadem arrogatione Cicero in eadem illa oratione ad Pontifices: *Credo, enim inquit, quanquam in illa adoptione legitime factum est nihil, tamen te esse interrogatum, anclor ne esses, vt in te P. Fonteius vita necisque potestatem haberet vt in filio, Quæro, si aut negasses, aut tacuisses, si tamen id triginta curiæ iussissent, num id iussum esset ratũ? Certe non. & paulo antea dixerat: quo die de te lex curiata lata esse dicatur, aude negare de celo esse seruatiũ? & de aruspicum responsis. Tum leges Iulias contra auspicia lasas & hic, & in cõtionibus dicebat, in quibus legibus inerat curiata illa lex, quæ totũ eius tribunatum continebat. Denique legis curiatae mentio fit à Tacito libro 2. Annalium: *Quæstores, inquit, Regibus etiam tunc imperantibus instituti sunt, quod lex curiata ostendit, ab L. Bruto repetita.* Item Pomponius Romulum tradit curiatas leges tulisse de triginta curiarum sententia. Capta quoque vrbe L. Iulius ait lib. 5. comitiis curiatis reuocatum de exilio Furium Camillum, legem curiatam latam; eumque Dictatorem esse dictum, vt auspicia in exercitu habere posset. & decem Tribunos primum comitiis curiatis creatos Cicero in Cornelianã, & Dionysius libro 6. auctores sunt. Sed Lectoria postea lege comitiis tributis cæteri creati sunt. Illud etiam animaduertũ, tributa comitia in plebis potestate fuisse centuriata, & curiata patrum ac patriciorum fuisse videri. Coniecturam facio tum ex his omnibus quæ antea retuli, tum ex his quæ L. Iulius libro 111. scriptum reliquit. Interroganti Tribuno cur plebeium Consulem fieri non oporteret; vt fortasse vere, sic parum vtiliter in præsens certamen, respondit Consul, quod nemo plebeius auspicia haberet; ideoque Decemuiros connubium**

Gell. lib. 11. cap. 14.

Lib. 5. cap. 19.

Vide L. D. de adop.

Vid. L. in suis. in fine. de lib. & potu.

Vid. Appian. lib. 3. Dionys. li. 46.

Adde lib. 1. epi. ad Actus.

Vide L. D. de offi. Quæst. Viden. Cic. in Corne. apud Alfo.

Adde eund. L. lib. 6. ad finem.

de. pro Do-
mo. & de lo-
g. Agra.

1 lu. lib. 3.
Idem lib. 1.

Idem lib. 1.

Pedian. lib. 2.
Vetr.

De ouili Stra-
bo lib. v.

diremisse, ne incerta prole auspicia turbarentur. Ea de causa centuria-
torum & curiatorum comitorum auctores nō etiam tributorum, Pon-
tifices Cicero appellat. & in concione ad Quirites, *Curia*, inquit, *que*
non initis, confirmavit, tributa, que vestra erant, subtulit. Et in legibus,
quæ de plebiscitis lata sunt, scriptum est, vt quod tributum plebs iustif-
icet, populum teneret. Et in lege Lætoria, vt plebei magistratus tributis
comitiis fierent. de qua lege cum Dionysius lib. x. scribere cœpisset,
quid inter curiata & tributa comitia interesset explicauit. *Namque illis,*
inquit, patres auctores fuere, item auspiciato per curias suffragia serun-
tur, tributis nihil horum erat expectandum, sed tributum ineunt suffragia.
Iam vero operæpretium est maximam centuriatorum comitorum ab
aliis differentiam in medium proferte: quod ad suffragiorum vim co-
gnoscendam necessarium est. Ab Romulo traditum est, & cæteri Re-
ges seruarunt, vt viritum suffragium eadem vi eodemque iure om-
nibus daretur. Primus Ser. Tullius gradus suffragiorum fecit, vt neque
exclusus quisquam suffragio videretur, & vis omnis penes primores ci-
uitatis esset. Equites enim primi vocabantur, dein de octuaginta primæ
classis centuriæ peditum, quos centum milibus. tris centuri dixerunt. Ibi
si variaret, quod raro incidebat, secunda classis vocabatur, nec fere vn-
quam ad infimos peruentum est. hæc Lilius de centuriatis. & Diony-
sius libro 1111. *Cum ad populum,* inquit, *tres maxima res pertinerent: vt*
magistratus crearent, leges iuberent atque retarent, ac de bello decernendo
constituerent, idque curiatis comitiis facerent, in quibus paria suffragia
pauperum & locupletum erant: hi vero pauci, illi plures essent, omnia in e-
genorum potestate fuerunt. Ser. tamen Tullius id subtulit: & primas equi-
tum centurias decem & octo peditum octuaginta ad suffragia vocabat. Qui-
bis consentientibus, relique classes non inibant suffragia si variarent, inibat,
quoad septem & nonaginta centuriæ consentirent. Idem ait lib. vii. Tribu-
taque comitia à Coriolani iudicio primū capisse. A Scenius vero de præro-
gatiua ita scribit: Prærogatiua sunt tribus, quæ primæ suffragiū ferunt an-
te iure vocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis cōcordia popu-
puli firmaretur, bina omnino de iisdem cādi datis comitia fieri: quorum
tribus primæ prærogatiuæ dicebantur, quod primæ rogarentur, quos
vellent Consules: fieri secundæ iure vocatæ, quod in his sequente popu-
lo (vt sæpe contigit) prærogatiuarum voluntatem, iure omnia comple-
rentur. Lilius lib. vicelesimo septimo: Galeria iuniorum, quæ forte præro-
gatiua erat. Q. Fuluium & Q. Fabium Consules dixerat: eodemque iure vo-
catæ relique inclinassent, ni Tribuni plebis se interposuissent. Idem lib. vice-
lesimo sexto: Cum comitia Consulibus rogandis Fuluius haberet, prærogati-
ua Veturia iuniorum declarauit T. Manlium Torquatam, & T. Otacilium.
Manlius petiit, vt centuriam quæ tulisset suffragium, renocari iuberet, oculo-
rum valetudine excusans. Denique centuria petiit à Consule, vt Veturiam
seniorum citaret: velle se cū maioribus natu colloqui. & ex auctoritate eo-
rum Consules dicere: citatis centuriæ senioribus datum secreto in ouili cum
his colloquendi tempus, seniores de tribus consulendū esse dixerunt. seniori-
bis dimissis iuniores suffragium ineunt, M. Marcellū. & M. Valeriū Consules
dixerunt, auctoritate prærogatiuæ omnes centuriæ secutæ sunt. Itē Cic. in
Planc. Vna centuria prærogatiua, quæ vnus tribus pars est, tantū habet au-
toritatis,

Horitatis, vt nemo eam prior tulerit, quin renunciatus sit. & pro Murena: Tanta illis comitiis religio est, vt adhuc semper omen valuerit prerogatiuum. Et altera in Anto. oratione: Ecce Dolabella comitorum dies sortitio prerogatiue, quiescit. renunciat, tacet. prima classis vocatur, renunciat, deinde vt assolet, suffragatum secunda classis vocatur, quae omnia, citius sunt facta, quam dixi. Confecto negotio bonus augur. Alio die, inquit. Idem Liuius lib. xxiiii. Cum sors prerogatiue Anienis iuniorum exisset, eaque T. Otacilium & M. Aemilium Regillum Consules diceret; tum Q. Fabius oratione ea est usus, vt prerogatiua iuniorum in suffragium renouaretur: ea suffragium inuenit, creatique in ea Consules Q. Fabius Maximus quartum, & Marcus Marcellus tertium: eosdem Consules cetera centuria sine variatione vlla dixerunt. Haec omnia exempla centuriatorum comitorum sunt: in quibus initio classibus tantum, & centuriis distinguebantur; postea etiam tribubus. nam in vna tribu ex omnibus quinque classibus censentur. Denique enim centuriae in singulis tribubus fuere. Ita Galeria iuniorum centuria est primae classis ex tribu Galeria; Veturia iuniorum, Anienis iuniorum, ex tribu Veturia, & Anienis: & à Cicerone centuria tribus portio vocatur. Tribus vero comitiis non eadem classium distinctio erat, neque eadem prerogatiua centuriarum, sed tribuum. Mutatam autem fuisse rationem centuriatorum comitorum post expletas quinque & triginta tribus, quae initio ad centuriarum distributionem non pertinebant, Liuius auctor est. Nec mirari inquit, oportet hunc ordinem, qui nunc est, post expletas quinque. & xxx. tribus, duplicato earum numero centuriis iuniorum, seniorumque ad institutam ab Ser. Tullio summam non conuenire. Haec nos pluribus verbis de comitorum differentia: tum quod non essent omnibus obuia, tum quod ex his legum constituendarum ratio magna ex parte perspicitur. Si quid vero deest (deesse enim multa fatemur) ea ex his quae in singulis legibus perscribentur, & ex libris de comitiis Nic. Gruchij, cognoscere plenius licebit.

Liub. i.

CAP. IX. De comitialibus diebus, & tribus nundinis.



NUNC de comitialibus diebus, & tribus nundinis, postea de suadenda, roganda, & iubenda, aut antiquanda lege dicemus. Apud Romanos dies omnes aut festi, aut profesti, aut intercisi erant. Festis fiebant sacrificia, epulz, ludii feriz. Profesti aut fasti erant, aut comitiales, aut comperendini, aut stati aut preliares. Feriarum publicarum genera quatuor: Statiuz, conceptiuz, imperatiuz, nundinz. *Dies falli*, inquit Varro, per quos Praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari. *Comitiales dicti*, quod tunc, vt issest populus, constitutum est ad suffragium ferendum; nisi si quae feriz concepta essent, propter quas non liceret, vt *Compitalia*, & *Latina*. Contrarij horum vocantur dies nefasti, per quos dies nefas fari Praetorem dicitur, DICO, ADDICO. Itaque non potest agi. *Comitiales sunt*, inquit Macrobius, quibus cum populo agi licet. *Fastis lege agi potest, cum populo non potest, comitialibus vtrumque potest*. Extant eadem de re non inelcantes Ouidij versus:

Macrob. II. p.
 Satur. c. 16.
 Lib. 1. p. 28.

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur:

Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Et postquã intercefos declarasset: de comitialibus & nundinis ita lusit:

Est quoque, quo populum ius est includere septis:

Est quoque qui nemo semper ab orbe redit.

Si quis tamen scire velit, qui nam in singulis mensibus dies fasti, nefasti, intercisi comitiales essent; quoque die statiuę ferię, ludi, nundinę, aliaque id genus cognitione digna: fastos adeat nuper ę ruinis Romę erutos, atque editos. Qui vero dies comitalis non erit; idem dies legitimus legi ferendę non erit; quę comitiis ferri ac iuberi debet.

C A P. X.

De promulgatione legis.

Macrob. lib.

ROMVLGANDA autem lex, & scribenda antea erat, vt trinis nundinis proposita legi posset ab iis qui in vrbem ę rusticis tribubus ac municipiis veniebāt. Nam Rutilius apud Macrobiũ scribit Romanos instituisse nundinas, vt octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die, intermisso rure ad mercatum, legesque accipiendas Romam venirent: & vt scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quę triiũdino die proposita à singulis atque vniuersis facile noscebantur. Vnde etiam mos tractus, vt leges trinundino die promulgarentur. Cicero in Antoninum lib. 1. & 5, contra legem Cęciliam & Didiam fieri significat, si ante perlatę sint, & in 25 incisę, quam aut promulgatę, aut scriptę fuerint. Enumerat Quinctillianus libro secundo institutionum, quę contra legem dici possint. *Aut enim, inquit, de iure dubitari potest eius qui rogat; vt de P. Clodij, qui nõ rite creatus Tribunus arguebatur, aut de ipsius rogationis, quod est varium. siue non trino forte nundino promulgata, siue non idoneo die, siue contra intercessionem, vel auspiciam: aliudve quid, quod legitimis obstat; dicitur lata esse, vel ferri: siue alicui mamentium legum repugnare.* & quę sequuntur. De eadem promulgatione, & tribus nundinis, & à Cicerone pro Flacco, & libro tertio de legibus, & à nobis in Cęcilia & Didia dictum est. Quibus etiam locis cognoscitur, non eandem semper promulgandi formam fuisse.

C A P. XI.

De suadenda, ac dissuadenda lege.

ROMVLEGATA rogatione suadere legem auctores solebant, dissuadere qui intercedebant, aut quorum res agebatur. Idem Fabius eodem libro: *Legum laus, & vituperatio maiores inquit, vires desiderat. Apud Gracos maior legum ad indicem vocabatur: Romanis pro concione suadere, ac dissuadere moris fuit.* Extant apud Ciceronem vtriusque rei exempla præclara. Nam legis Manilię de Cn. Pompei Magni imperio contra Mithridatem suasio; dissuasio autem legis Agrariz Rulli, quo pacto fierent, satis ostendunt. Apud Liniũ multarum legum contentiones videmus inter optimates ac populares, item omniũ optimam legem Oppię abrogationem, quã M.

Li. lib. 34.

Cato

Cato maior dissuasit, neque obtinuit: Eiusdem Ciceronis lex efficta est de legibus ferendis in hæc verba. PROMVLGATA PROPOSITA IN AERARIO COGNITA AGVNTO. NEC PLYSQVAM DE SINGVLIS REBVS SEMEL CONSVLVNTO. REM POPVLYM DOCENTO. DOCE-RI A MAGISTRATIBVS PRIVATISQVE PATIVNTOR. His verbis apparet, quid seruari soleret, dum lex ferretur. Promulgabatur lex a legis auctores, proponebatur in arario; cognoscabatur ab omnibus autem de singulis rebus populus consuleretur; docebatur legis sententia tam à magistratibus, quam à priuatis, qui aut pro lege aut contra legem dicere vellent: tum populus rogabatur de singulis & suffragia ferrebat, nisi intercessum esset. Idem Cicero pro Flacco: *O morem praclarum, disciplinamque quam a maioribus, accepimus. si quidem teneamus: Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet, summta concione, distributis partibus, tributim & centuriatim discriptis ordinibus, classibus, etatibus; auaritis auctoribus, remultos dies promulgata, & cognita, iuberi, vetarique voluerunt.*

Cic. lib. 3 de legib.

CAP. XII.

De intercessione, & auspicijs, atque alijs impedimentis suffragiorum.




VNC de intercessione, & alijs impedimentis videamus; qui intercedere possent, & quomodo intercessio fieret. Ex libro Messalæ de auspicijs constat Consulem omnibus magistratibus & comitiatum & concionem auocare posse; Prætozem cæteris præter Consulẽ; minores magistratus nemini comitiatum, aut concionem auocare posse; sed qui eorum primus vocat ad comitia, is recte agit. Multi magistratus simul concionem habere possunt, simul cum populo agere non possunt. *Prætoriorum maxima auspicia sunt Consulis, Prætoris, Censoris. Neque tamen eorum omnium inter se eadem, aut eiusdem potestatis: quod collegæ Censores & Consules aut Prætores non sunt; Prætores & Consules collegæ sunt. Ideo neque Consules aut Prætores Censoribus; neque Censores Consulibus aut Prætoribus turbant aut retinent auspicia. At Censores inter se, rursus Prætores Consulesque inter se, & vitiant, & obstruunt. Prætor etsi collegæ Consulis est, neque Prætozem, neque Consulẽ iure rogare potest: quia imperiũ minus Prætor, maius habet Consul & à minore imperio maius, aut à maiore collegæ rogari non potest; neque in comitijs in auspicio esse debent. Cæteri minores magistratus appellantur; de quibus in edicto Consulũ, quo edicunt quis dies comitijs centuriatis futurus sit: NE QVIS MAGISTRATVS MINOR DE CARLO SERVASSE VELIT. Hæc Messala. Ex quibus duo genera interpellandi comitia cognoscimus: alterum cum collega collegæ parisi inaperij turbabat aut retinebat auspicia; alterum cum maior magistratus minori comitiatum auocabat, tertium (quod verè or ne idem sit cum primo) quotiens de cælo per collegam seruabatur. Id obnuntiare tum dicebatur, cum ei qui cum populo agere volebat, id renuntiabatur. Negabant enim augures fas esse agi cum populo, cum de cælo seruaretur. Quamobrem cum Cicero Clodij legem impugnat, quæ vetabat, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi*

Idem cap 14.

Vide Liv. lib. 3.

Cic. p. Dom. Idem post reditum in Sena. & in Plin. 100.



liceret. de cælo seruaret: tulisse ait; ne auspiciis obtemperaretur; ne obnuntiare consilio, aut comitiis, ne legi intercedere liceret. Sed hæc in *Ælia* & *Clodia* de obnuntiatione dicemus. Legem tamen Tullianam, qua de intercessione agitur referamus. **VIS IN POPVLO ABESTO. PAR MAIORQVE POTESTAS PLVS VALETO AST CVI TVRBASITVR IN AGENDO FRAYS ACTORIS ESTO. INTERCESSOR REI MALAE SALVTARIS CIVIS ESTO QVI AGENT AVSPICIA SERVANTO. AVGVRI PVBLICO PARENTO.** Qua lege primum vis tollitur: neque enim aliter intercessio iuuare Rempublicam potest. *Querunt quid sit* (inquit idem Cicero Philippica prima) *cur bonis Tribunis plebis leges malas metuamus? Paratos habemus qui intercedant, paratos qui Rempublicam religione defendant. Negligimus ista, & nimis antiqua, & stulta dicimus. Forum sepietur, omnes clauduntur aditus, armati in praesidiis multis in locis collocabuntur. Quod erit ita gestum, id lex erit, & in quinta: Omnes fori aditus ita septi, vt etiam si nemo obfaret armatus, tamen nisi sepiis reuulsis introiri in forum nullo modo posset. sic vero erant disposita praesidia, vt quo modo aditus hostium prohibetur castellis & aggeribus; ita ab ingressione fori populum, Tribunosque plebis propulsari videres. Hoc remedio intercessiones excludebantur. Ex vero erant legitima, si par aut maior potestas prohibuisset. Parendum autem erat intercessori: quod impediri bonam rem melius esset, quam cõcedi malæ. Si vero intercederetur, aut turbaretur, & seditio esse cõperat; licebat agenti cum populo consilium dimittere. Itaque vim quærebat, qui permanebat, quod Ciceronis lege præclare vetatur. Dat etiam ea lex potestatem cuiuscumque ciui, vt rei malæ intercedat. quod et si speciem habeat iustitiæ, multorum malorum causa esse potest. facile enim fiet, vt optimis quibusque rebus intercedatur. De auspiciis, constat veteres auspiciis seruatis leges ferre solitos; nihilque nisi auspicato facere, quæ rata esse vellent. Quæ vero auspicia, & quo pacto haberentur centuriatis comitiis, ad Varronem in calce libri quinti de lingua Latina eum qui discere velit, allego. Ridicula sane fuit Tiberij Gracchi optimi viri religio qui in Sardinia recordatus est, se Romæ comitiis Consularibus, cum semel auspicato pomerium transisset, deinde intraret urbem senatus habendi causa, in redeundo cum idem pomerium transiret, auspiciari esse oblitum, ac tabernaculum vitio cepisse. Itaque quod vitio creati essent Consules, idque rescissent, magistratu se abdicauerunt. In commentariis augurum scriptum erat, Ioue tonante, fulgurante comitia populi habere nefas. Id non male Cicero interpretabatur Reip. causa constitutum fuisse: vt multas comitorum non habendorum causas haberent. nam comitorum solum vitium est fulmen. Erat etiam omnibus commodum, ne aut in campo, in magnis imbribus omnes essent, aut patet legem præferrent. Vitium quoque faciebat comitiis morbus, qui ea de causa comitalis dicebatur. Cato apud Sex. Pompeium: *Si cui seruo aut ancilla dormienti venit, quod comitia prohibere solet; ne id quidem tibi auspicianti domi vitium fuit.* Is morbus & maior, & imitanda dicitur. Sed vt ad intercessionem reuertamur; intercedi non solum poterat cum lex ferebatur, sed & cum priuati dicebant; hoc est, dum suaderetur, dum litella deferretur (vas erat sortibus necessarium) dum æqua-*

Cice. lib. 3. de legib.

Donatus in Andriæ. ver. ea. lege atque omne. Cice. lib. 3. de diu. Cic. lib. 1. de natur. deor. & lib. 1. & 1. de diuinis. & lib. 1. ad Qu. Fr. Epist. 1.

Cice. lib. 1. de diu. & in Va. tin. & Philip. 6.

Gell. lib. 11. c. 17.

C. apud Alc. in Cornelia. na.

bantur

banrur fortes, dum fortitio fiebat, quæ nam tribus prærogatiuam ferret. His peractis, cum id solum supererat, vt populus sententiam ferret, iubebat vnumquemque is qui legem ferebat, discedere. quod verbum non id significat, quod vulgo vt de eo loco discederet, vbi lex ferebatur, sed vt in suam quisque tribum discederet, in qua erat suffragium laturus. erat enim in concione populus, vt semper, confusus. Hoc verbo vsus est, ni fallor, Cicero libro tertio de legibus: *Lex recitata est, inquit, discedite & tabellam iubebo dari.* Recitabatur autem lex a præcone, cui verba ab scriba, vt fit subiiciebantur. Qui intercedebant, vetare solebant, ne præco, neve scriba suum officium facerent. solus C. Cornelius Tribunus plebis cum eadem ratione legem ferre impediretur; ipse codicem in quo lex scripta erat, cœpit recitare: quæ res seditionem concitauit, & periculum capitis Cornelio creauit. sed Cicerone patrono absolutus est. Nullus erat intercedendi finis, nisi intercessio remitteretur. id apparet ex Liuiio, de abroganda lege Oppia, frequentia & precibus mulierum remissam intercessionem. A. Gabinius Trib. Pleb. cum legem ferret, vt extra ordinem Cn. Pompeio bellum aduersus piratas decerneretur; L. Trebellius eius collega intercesserat; ac senatui promiserat moriturum se antequam lex perferretur. Inuocare tribus Gabinius cœpit, vt Trebellio magistratum abrogaret; sicut Ti. Gracchus Tr. Pleb. M. Octauio collegæ magistratum abrogauit. Perstabat Trebellius in intercessione, Gabinius in abrogatione: postquam decem & septem tribus rogationem acceperant, remisit intercessionem, vnam enim mentem esse populi videbat. Hæc Cicero & Peditanus in Corneliiana.

Arde Liu. lib. 2.

Liu. lib. 34.

idem lib. 3.

CAP. XIII.

De roganda lege, iubenda, atque vetanda.



D rogationem ipsam ventum est, quam non pessime interrogationem Iustinianus appellat. Illis enim verbis concipitur, quibus interrogatur populus, velint ne & iubeant: Sed melius est vt rogentur, quo solum verbo veteres vsi sunt. *Velitis iubeatis, vt M. Tullio aqua & igni interdictum sit? Velitis iubeatis, vti L. Valerius L. Titio tam iure legeque filius fiet, quam si ex eo patre matreque familias eius natus esset? vti que ei vita necisque in eum potestas fiet, vti patriendo filio est? Hoc ita vt dixi, ita vos Quirites rogo.* Item illa apud Liuium de vere sacro: *Rogatus in hac verba populus est, Velitis iubeatis hoc sic fieri, si res populi Rom. Quiritium ad quinquennium proximum, sicut velim eam, salua seruata erit bisce duellis. datum donu diui populus Romanus Quiritium, & cætera.* Alia rogatio est quæ ab his omnibus longe differt: *De Campanis qui ciues Romani erant, senatus censuit, vti plebs scisceret, quod senatui visum foret.* L. Atilius Tribunus plebis ex auctoritate senatus plebem in hæc verba rogauit: *Omnes Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, qui se dederunt in arbitrium dittonemque populi Romani, Fulvio Proconsule, quaque vna secum dederunt, agrum, vrbemque, diuina, humanaque vnsiliaque, siue quid aliud dederunt; de his rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites. Plebs sic iussit. Quod senatus maxima pars censeat, qui assident. id volumus, iubemusque.*

In Inst. de iure nat. p. lex. Cic. p. domo Gell. lib. 5. ca. 19.

Liu. lib. 22. Adde lib. 30. & 32.

Liu. lib. 16.

Erat autem legibus cautum (quod Ciceronis effectam legem interpretando dicebamus) ut rogationes de pluribus rebus diuiderentur; nec plus quam de singulis rebus semel rogaretur, ne populo necesse esset in coniunctis rebus compluribus, aut id quod nollet accipere; aut id quod vellet repudiare. Itaque pluribus de rebus vno sortitu referri ex lege Cæcilia & Didia non poterat.

Cice pro domo, & lib. 1 de legib.

CAP. XIV.

De toto suffragiorum genere.



DE suffragiis vero multa essent dicenda, quæ nos plane ignoramus. Nam neque id veteres scripserunt; quod suis temporibus res nemini esset incognita; neque nos omnia colligere potuimus, quæ literis singuli mandarunt. Dicam tamen quædam illustriora cætera minutiora diuinare liceat; aut negligere. Ac quidem suffragiorum genera erant tria: Voce, manu aut pedibus, & tabellis. Voce in comitiis, ac consiliis ante leges Tabellarias populus Romanus vsus est: voce & pedibus senatus. Tabella iudicum fuit, eaque triplex: Absoluerendi, condemnandi, & quæ non liquere inscribebatur. At in comitiis punctis suffragia singulorum significabantur: quo verbo Cicero in Planciana, & pro L. Muræna vsus est. item testulis & sitella vsos Lilius indicat libro xxv. Leges Tabellariæ quatuor tantum fuerunt. prima de magistratibus mandandis Gabinia; altera Cassia de populi iudiciis, excepto perduellionis; tertia Papiæ Carbonis de legibus iubendis atque vetandis: postrema Cælia perduellionis. Ante Carbonem itaque voce suffragia ferebantur. Quid autem in suffragio, vel voce, vel tabella dato contineretur; obseruatum est, legibus iubendis VTI ROGAS, vetandis ANTIQVO dictum, scriptumque esse. Lilius libro sexto: *Cum uti rogassent, prima tribus dicerent. & lib. xxx. De pace uti rogat & omnes tribus erant iusserunt. & xxviii. Omnes tribus uti rogasset, iusserunt.* Idem lib. viii. *M. Flavius Trib. plebis tulis ad populum, ut in Tusculanos animaduertere tur. Tribus omnes præter Polliam antiquarunt legem. Polliæ sententia fuit: puberes verberatos necari, coniuges liberosque sub corona lege belli venire. in cuius rei memoriam nulum ferre ex Pollia tribu candidatum Papiam solitum ferre.* Cicero libro primo ad Atticum: *Cum dies venisset rogationi ex S. C. ferendæ, concursabant barbati iuuenes; & populum ut antiquaret, rogabant. Piso autem Consul lator rogationis, idem erat dissuasor. Opera Clodiana pontes occuparunt. Tabellæ magistrabantur, ita ut nulla daretur VTI ROGAS. Illic tibi rostra Cato auolat, accedit Hortensius & Fauonius. Hoc concursu optimatum comitia dirimuntur.* Idem libro tertio de legibus, *Vos denique, ut video, legem antiquastis sine tabella.* Improbatur idem Cicero omnes leges, quæ post illas Tabellarias late sunt quæ tegunt omni ratione suffragium ne quis inspiciat tabellam, ne roget ne appellat. *Pontes etiam lex Mavia, inquit, fecit angustos; quæ si opposita sunt ambitiosis, non reprehendo.* De his ipsis pontibus præter illud Cæpionis contra Saturninum; Macrobius verba referemus. Sed id ipsum Cæpionis attente considerandum est. *Senatus decreuit, si L. Apuleius Saturninus legem frumentariam de se-*

A sco. lib. 1. Ver. A. C. NL. Cice. lib. 1. de legib.

V. R. A.

Val. Max. lib. 3. cap. 10.

V. R.

Ad Hist. lib. 1.

de semisibus & trientibus ad populum ferat, aduersus Remp. videri eum facere. Saturninus ferre cepit; collegę intercedere: ille nihilominus cistellam derulit. *Cæpio* *Quæstor* *urbanus* cum *viris* bonis impetum facit, pontes distulbat, *cistas* de *ciuit*; impedimento est, quo *secus* feratur *lex*, accersitur *maiestatis*. *Macrobij* illud: *His ne tam doctis viris adimere vis in verborum Comitijus ius suffragandi, & tanquam sexagenarios, maiores de ponte decies? Et* *Onidius* ait.

Pars putat, vs ferrent iuuenes suffragia soli:

Pontibus infirmos præcipit asse senes.

Quæ de *cistis* & *cistella*; eadem de *fitella* antea dicta sunt ex *Liuiio* & *Cicerone* in *Corneliana*: *Dum fitella defertur, dum equantur sortes, dum sortitio fit. Equantur sortes, vt ex* *Asconio* in *Miloniana* cognoscimus, cum *pila* in quibus nomina inscripta sunt vel *tribuum*, vel *centuriarum*, vel *curiarum*, publice equantur. *Sortitio* autem fit vel *prærogatiuæ*, vel cum totidem punctis paria *suffragia* sunt, vt *Cicero* in *Planiana* scribit. *Vrnam* *Virgilius* *fitellam* appellat:

Quæstor Minos, vrnam mouet.

id aptius fait his, quorum cineres *vrna* tegebat. *M. Varro* libro tertio de re rustica, finxit se *comitijs* *Ædiliis*, posteaquam *suffragium* tulisset, dum diriberentur *suffragia*, in *villam publicam* venisse. in ea *Ap. Claudium* *augurem* sedentem inuenisse in *subsellis*, vt *Consuli*, si quid vsus posceret, præsto esset. *Eam villam* ædificatam a maioribus scribit, vt eo succederent è campo *ciues*, vbi *cohortes* ad delectum *Consuli* adductæ considerent, vbi *arma* ostenderent, *Censores* *censo* admitterent *populum*. Et cum multa retulisset se locutum more *dialogorum* de *villa* & *auibus*: *Clamor*, inquit, *fit in campo, Nos athletæ comitijs cum id fieri non miraremur propter studia suffragatorum; narrat* *Pantuleius* *ad tabulam* cum diriberent, *que*dam deprehensum *tesserulas* conicientem in *loculum*: eum ad *Consulem* tractum a *fautoribus* competitorum. *Tum* *Pauo* surgit, quod eius *candidati* *custos* dicebatur deprehensus. *Pauo* post venit *apparitor* *Appio* a *Consule*, & *augures* ait *citari*. ad *extremum* redit *Pauo*; & si *vultis* inquit *anchoras* *tollere*, *lathe* *tabulis* *sortitio* *fit* *tribuum*: ac *capti* *sunt* a *præcone* *renuntiari*, quem *quæque* *tribus* *fecerint* *Ædilem*. *Appius* surgit, vt *ibidem* *candidato* *suo* *gratularetur*, ac *discederet* *in* *hortos*. & post pauca: *Nos hæc, at strepitus* a *dextra*; & *ecce* *etiam* *te* *candidato* *nos* *ter* *designatus* *Ædilis*. *cui* *nos* *occurrimus*, & *gratulati* *in* *Capitolium* *prosequimur*. *ille* *inde* *eundo* *suam* *domum*, *nos* *nostram*. *Hæc* *Varro*, qui nobis *imaginem* *quandam* *comitijs* *expressit*. *Cui* *nos* *quod* *addamus*, *nihil* *habemus*.

CAP. XV. De iureiurando.

IVRARE in leges sæpe obseruatū est, quod *Saturninus* in lege *Agraria* cauit. ea enim lege iubebatur, vt qui in eam non iurasset, ei aqua & igni interdiceretur. Et in *Sacris* *legibus*, quibus *Tribunos* in *sacro monte* creauerunt, si *Dionysio* credimus, ne *populo* *Roliceret* eam *legem* *abrogare*; iurare omnes *ciues* iubebantur se suosque *liberos* *eis* *legibus*

Macro. lib. 6. Satur.

Ouid. lib. 1. Fast.

Plin. de vicijs illust.

Appian. lib. 1. civil.

Dionys. lib. 6. antiqu.

perpetuo vsuros. Id si fecerint, propitios habeant: si sefellixerint, auersos deos. Liuius eiusdem sacramenti mentionem facit libro tertio: Tribunos vetere iure iurando plebis, cum primum eam potestatem creauit, sacrosanctos esse. Constat Qu. Metellum Numidicum in exilium iuisse, quod noluisset in Apuleiam Agrariam, de qua dicebamus, iurare. Itaque tum iurandum erat, cum legibus cauebatur vt iurarent. Athenien- sium generale sacramentum erat, vt omnes leges seruarent. Apud Cen- sores Romani, & cum in bellum exercitus educeretur, sacramento se multis modis obligabant. Sed tamē Dion libro xxxviii. solitos fuisse dicit leges sacramento confirmare; & in Iuliam Agrariam Qu. Metellum Celerem Catonem minorem, & M. Fauonium Catonis imita- torem iurare noluisse; quoad pœnas veriti postero die ne vltima pate- rentur, iusiurandum præstitissent.

CAP. XVI. De conscribenda conseruandaque lege.

RELIATAM legem in æs incidi, atque conseruari oportebat. Cicero Philippica prima: *Quod erit ita gestū, id lex erit, & in æs incidi iubebitur*: Et Ouidius libro primo fabularū: *— nec verba minantia fixo*

Ære legebantur. — Plautus vrbane in Trinummo. *Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam. ea misera etiam ad patriam sunt fixa clauis ferreis, vbi malos mores affigi nimio fuerat æquus.* Plinius quoque irridet senatusconsultum de liberto Claudij Cesaris nimis scrupuliter factū, in quo vt in æs incideretur, idque æs figeretur ad statuam loricateam diui Iulij: *Sic quasi fœdera antiqua, inquit, sic quasi sacra leges censebatur.* Hinc Vennlei Saturnini verba intelligemus: *Qui tabulam, inquit, æream legis, formamve agrorum, aut quid aliud continentem refixerit, vel quid inde immutauerit, lege Julia peculatus tenetur.* Cicero quoque vehementer queritur Antonium falsas leges C. Cesaris nomine & falsa decreta in æs incidēda, & in Capitolio figenda curasse. Æs vero, quod aptum esset & legentibus, & incidentibus quærebatur. Itaque in tot tabulas, quot commodum erat, scabatur. Sic Duodecim tabularū lex appellatōne accepit: non quod duodecim leges essent, sed quod totidem tabulis conscriberetur. Numæ Regis legum tabulæ referuntur a Sexto. Pompeio ex secūda tabula secūda lege, vel secūda legis. Laudatur a Suetonio Vespasianus, quod restitutionē Capitolij agressus ærearum tabularum tria millia, quæ simul conflagrauerant, restituenda suscepit, vndique inuestigatis exemplaribus. *Instrumentum, inquit, imperij pulcherrimum ac vetustissimum, quo continebantur pæne ab exordio vrbis senatusconsulta & plebiscita de societate & fœdere ac privilegio cuiusq; concessis.* Extant adhuc aliquot ex his tabulis, quas ad calcem huius libri diligenter perferri curauimus. *Segnius enim irritans animos demissa per aures, vt optimus poeta scribit, quæ sunt oculis subiecta fidelibus.* At Cicero legum custodiā nullam haberi quæritur; easque leges esse, quas a paritores voluerint a librariis peti; publicis literis consignatā memoriā publicā non esse. Græcos vero laudibus effert, apud quos diligētius Nomophylaces creētur; quibus ipse Censores substituit. Sane apud Aristotelem

Illo. lib. 69.
Appian. lib.
1. ci. u.
Sob. cap. 11.
Liu. lib. 41.
Polyb. lib. 6.

Act. 4. scen. 3.

Plin. lib. 8. epistol.

I. quæ tabulæ
ad l. Iul. pecul.

Cic. Philipp. 3.

l. 1. p. ex æstis.
de orig. iur.

Sext. P. 6. ver.
Reus.

Morat. in ar.
ge poetic. in
Inst. de gra.
d. b. in fin.
Cic. lib. 3. in
fin. de legib.

Aristotelem longe maior eorum potestas est, quam vt custodes tantum tabularum sint. Pomponius id munus *Aedilibus plebeiis* dedit: *Vt essent*, inquit, *qui adibus praesent, in quibus omnia scita sua plebs defererebat, duos ex plebe confstauerunt, qui etiam Aediles appellati sunt.* Liius nō plebiscitorum sed senatusconsultorum conseruandorum causa creatos scribit vt ad eadem Cereris deferrentur, quae antea arbitrio Consulū supprimebantur, ac vitiabantur. Dionysius neutrum scribit: sed eorum munus esse, vt Tribunis subministrarent; iudiceque essent quarundam cōtrouerfiarum; tum etiam sacra & publica loca, item annonā curarent. Varro quoque *Aediles* esse dicit, qui *aedes* sacras, & priuatas curarēt. At Sext. Pompeius, *Aedilis*, inquit, *initio dictus est magistratus; qui adim non tantum sacrarum, sed etiam priuatarum curam gerebat. Postea hoc nomen ad magistratus relatum est. Dicitur est autem Aedilis, quod facili ad eum plebi aditus esset.* Haec varie ab his traduntur. nos caetera persequamur.

Arist. libr. 4.
ca. 14. & libr.
5. cap. 8. de
Rep.
l. 2. p. itemq.
vt essent. de
orig. iur.
Liu. lib. 3.

Dionys. lib.
6.

CAP. XVII.

De abrogatione & derogatione legum.

DIXIMVS initio de nomine atque origine legum; item quid lex esset, & qualis, & quōduplex; partes quoque legis perfecti sumus. iam quo pacto leges Romanorum fierent, accurate (ni fallor) percipimus, cum a quibus, & per quos, quo loco quo tempore, qua ratione comitia haberentur, centuriata, curiata, atque tributa tradiderimus: de comitialibus diebus, de tribus nundinis, & promulgatione legis, de suadenda ac dissuadenda lege, de intercessione, & auspiciis, atque aliis impedimentis suffragiorum, de roganda denique lege, iubenda, atque vetanda, totoque ipso genere suffragiorum, de iureiurando, & de conscribenda, conseruandaque lege Nunc de abrogatione & derogatione legum, & de his qui legibus soluebantur. dicendum est. Qua in re videndum erit, an praeter nunquam id fieri; vel si fieri oportet, quando oporteat; quod ipsum multiplex est; tum de modo atque ratione tractabimus, quaeque his erunt consentanea. Sed principio videamus quid ipsa abrogatio ac derogatio sit. *Derogatur legi*, inquit Modestinus libro septimo regularum, *aut abrogatur. Derogatur legi, cum pars detrahitur; abrogatur legi, cum prorsus tollitur.* Cicero libro secundo de inuentione: Indignum esse de lege aliquid derogari, aut legem abrogari, aut aliqua ex parte commutari. Est etiam abrogandi verbum, quod magis ad abrogationem, quam ad derogationem pertineat; *Obrogare est*, inquit Pompeius, *legis prioris infirmenda causa legem aliam ferre. Opponitur enim rogationi rogatio; derogatione vero, de ea rogatione quid tollitur; abrogatione antiquatur atque amouetur quod rogatum erat.* Cicero lib. 3. ad Atticum omnia haec in sanctione quadā abrogationis legis Clodiae ita scripta refert. Si QUID IN HAC ROGATIONE SCRIPTVM EST QVOD PER LEGES PLEBISVE SCITA PROMVLGARE ABROGARE DEROGARE OBROGARE SINE FRAVDE SVA NON LICEAT NON LICVERIT QVOQVE SI QVI PROMVLGAVIT ABROGAVIT DEROGAVIT OBROGAVIT QVE EAM REM POENAE MVLTAEVE SIT. E. H. L. N. R. Liu. quoq; ele-

L. derogatur.
D. de rebus.
signif.

ganter verbis antiquandi & abrogandi libro vicesimo secundo vñsus est *Plebiscitum*, inquit, quo *oneratus magis, quam honoratus sum, primus antiquo, abrogoque*. Magis proprie Iulianus in libris Digestorum: *Quid inter est*, inquit, *suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Quare rectissime etiam illud receptum est, vt leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur. Lex aut rogatur, id est fertur*, inquit Vlpianus in fragmentis; *aut abrogatur, id est prior lex tollitur; aut derogatur, id est, pars primæ legis tollitur; aut subrogatur, id est, adicitur aliquid primæ legi; aut abrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege*. Cum hæc ita se habeant, illud videamus, an leges abrogari vtile, honestum aut necessariū sit. Et Charondas, ne suæ leges abrogari possent, laqueum parari voluit ei qui abrogationem suadere vellet, vt si non obtinisset, moriendū ei esset. Is ea animi constantia atque adeo pertinacia fuit, vt cum legem tulisset, ne quis cum telo in forum veniret, & casu gladiū in foro habere postea visus fuisset; neque abrogari legē, neque legibus solum se passus est, eodemque gladio se interemit. Ab Hierocle eadem lex de laqueo summis laudibus efferretur. *Oportet enim leges, inquit, alteros deos esse putare: ad earum iussa se omnes formare atque instituire. Et qui abroget, aut deroget, obuiam eundem est. Nam legum contemptio & antiquatio nihil boni ciuibus adfert. Nil igitur temere nouum recipiatur*. Aristoteles cum in hanc quaestionem incidisset, multa pro abrogatione argumenta proposuit; quibus cum quæ ex altera parte dici possent, retulisset, controuersiam in aliud tempus dirimendam reliquit. Capita autem argumentorum contra abrogationem sunt hæc. Non dubium est, quin res nouas in Republicam introducentes, Reipublicæ commutationi obnoxij sint: Hippodami autem lex, quæ præmium nouam rem licet commodam ciuitati repenti dabat; item illæ quæ abrogare leges volunt eadem periculo valde proximæ sunt. Præterea magno detrimento Resp. afficitur, si ciues facile leges abrogare soleant. Neque ita commodum est, aut vtile illud nescio quid, quod in veteri lege aut deest, aut melius esse potuit, corrigere ac mutare; atque damnosum & inutile, vel potius perniciosum est, consuetudinem inducere legibus non parendi, & arbitrato singulorum facile mutandi. Neque enim verum est, vt in cæteris artibus ac disciplinis, si quid noui melius reperiatur, accipiendum esse. leges enim moribus sæpe ciuitatis comprobantur; mores autem sæpe mutari nequeunt: cæteræ disciplinæ à diuturnis moribus nihil, aut parum roboris accipiunt. Huc etiam pertinet, quod M. Cato Contra abrogationem legis Oppij dicebat: *Quam accepistis, iussistis suffragiis vestris legē, quam vsu tot annorum & experiendo comprobastis; hanc vt abrogetis, id est, vt vnam tollendo legem, cæteras infirmetis? Quid attinebit vniuersos rogare leges, quas vox abrogare, in quos late sunt, possint? Enumerat idem Aristoteles sæpe ciuitatibus nocuisse legum morumque mutationem non solum magnam & apertam, sed quæ tacite obrepisset inimmo quoque neglecto. Neque etiam deest qui putet, satius esse Republicam minus bonis legibus, modo firmis vt, quam bonis, quæ non ita firmæ, fixæque sint. Fertur etiam Atheniensium sacramentum fuisse, vt leges minime quisquam abrogari sineret, sed potius solus & cum cæteris legum*

vltor

I. de quibus
D. de legib.Diodor. libr.
ca. biblioth.

Stobz. c. 37.

Aristot. lib. 1.
ca. 6. Polit.

Lia. lib. 34.

Aristot. lib. 1.
ca. 7.Thucy apud
Stob. cap. 46.
Idē Stob. lib.

vltor effct. Quod si vera est illorum definitio, qui putant legem esse rationem summam insitam in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria; aut iustorum iniustorumque distinctio, ad illam antiquissimam & rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguuntur, quæ supplicio improbos afficiunt, defendunt ac tuentur bonos; aut si qua alia ratione definire velimus, quæ nos antea retulimus: hæc ipsa naturæ iura diuina quadam prouidentia inter homines constituta, semper firma atque immutabilia permanere debent. Sed etsi lex iuxta, honesta utilis & Reipub. accomodata esse debet, si quis ei legi contrariam tulerit, iniustam, turpem, atque inutilem Reip. ferat necesse est; aut non legem abrogare dicetur, sed tunc primum legem conscribere. Quid? quod tum de legibus iudicare oporteat, cum promulgantur; receptis vtendum est, & non de ipsis, sed secundum ipsas, iudicare debemus, etiam si duræ sint, & non nemini acerbæ. *Nulla lex, inquit Lilius, satis commoda omnibus est. id modo quaritur, si maiori parti & in summam prodest. Non possunt omnes articuli singillatim aut legibus aut senatus consultis comprehendi, inquit Iulianus: sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet. Iudicis officium est, inquit Aristot. quod lege comprehendi non potest, ex bono aut æquo discernere.* Illæ optimæ leges sunt, quæ minimum iudicibus relinquunt. Omnes tamen de omnibus rebus definire nequeunt. Quæ in re non legis aut auctoris vitio peccatur: sed ita rerum natura fert, vt de quibus leges fiant infinita sint. Infiniti autem nulla comprehensio est. Ad æquitatem ergo iudicium hæc referenda sunt: non leges accusandæ, neque nouis legibus Reipubl. oneranda, neque veteres facile abrogandæ sunt. Huc accedunt, quæ ante oculos habemus rerum Romanarum exempla; tam illa vetera, quam recentiora: quæ omnia recte ab antiquissimo poeta vno versus comprehendebantur:

Moribus antiquis res stat Romana virisque.

Quem quidem versus Ennius vel breuitate, vel veritate, vt Cicero lib. quinto de Republica dicebat, tanquam ex oraculo quodam esse estatus videtur. Cum enim à moribus & institutis antiquis recessum est, cum leges improbissimus quisque mutare est ausus; tum libertatem & cæterarum prouinciarum imperium amiserunt. Præclare Tacitus flagitiis primum postea legibus laborasse Reipubli. finem æqui iuris Duodecim tabulas fuisse. *Nam secute leges, inquit, etsi aliquando in maleficos ex delicto, sapius tamen diffensione ordinu, & adipiscendi illicitos honores, aut pellendi claros viros, aliaque ob praua per vim lata sunt.* Tribonianum silentio præcreamus, in quem Virgilianum carmen in ore omnium habetur. Fixit enim leges pretio, si Græcos audiamus, atque, quod nobis magis perniciosum fuit, veteres nouasque refixit. Hæc contra abrogationem. At vero non minus multa sunt, quæ nos abrogare ac derogare legibus suadeant, & vt Androcles dicebat, vt marinos pisces sale, oleas oleo; ita leges legibus condiendas. Aristoteles quidem optimum esse ait in omnibus disciplinis melioribus institutionibus vt: neque dubium esse legum ferendarum, ac Reipublicæ instituendæ atque administrandæ disciplinam quandam esse. Tum veterum leges simplices, duræ, ac

Cicer lib. 1.
de legib.

In Instit. de
iure nat. p.
sed natura-
lia. l. pen. D.
de iust. & iu-
re. ca. 1111 dif-
4.
c. in istis cad.
dist. l. pro spe
vit. D. qui. &
à quib.
Vidend. l. y-
stas contra
Alcib.
Liu. lib. 14.
Vid. l. ius pla-
rib. D. de iu-
stis & iure.
In que le-
ges.
l. & ideo. Lu-
possum. D.
de legib.
Arist. Institutio
lib. 1. Rhet. &
lib. 1. Ethic.
cap. 9.
Idem lib. 7.
Polit. cap. 4.

Aug lib. 1 de
ciu. Dei. ca. 1.

Corne. Tacit.
lib. 1. lib. 101.

lib 4 Anei.
Suid & Her-
manop.

Aristo. lib. 1.
Rhetor. cap.
21.
Idem lib. 2.
Polit. cap. 4.

barbaræ fuerunt, quas nisi mutare liceret, multum ab humanitate discederemus. Iam vero nihil ita accurate scribitur, quin multa desint, multa minus recte tradantur, in legibus præsertim, quæ ad ea quæ frequenter & facile, non perraro accidunt, conscribuntur. Platonis vero sententia mihi omnium optima visa est: ut legibus caueatur, ne iuniorum quisquam quærere audeat, rectene, an contra leges constitutæ sint; sed omnium vna vox sit optimas esse, à Diis emanasse, illis esse obtemperandum: Seniores si quid excogitauerint, magistratibus indicent: deque his rebus cum inter se verba faciant, adolefcens interfit nemo. Hoc temperamento multis malis medebimur, quæ antea recensebamus, tam his quæ à malis legibus, quam his quæ temporum vitio, atque ex mala consuetudine mutandi, & non obtemperandi manarent. Illud negare non possumus, ius illud, quod semper æquum ac bonum est mutari non posse, neque debere, ut est ius naturalis, quod gentium quoque appellamus: veluti erga Deum religio, ut parentibus & patriæ pareamus. Quod vero omnibus aut pluribus in quaque ciuitate vtile est, quod ius ciuile dicitur; id sæpe mutari solet vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata, id si omnibus aut pluribus semper vtile est, mutari quidem non debet. Mutatur autem quod vtile esse desit, quodque inutile videtur. Apud Liniū is qui abrogationem legis Oppiæ sua debet, quando & quæ leges abrogari possent, his verbis ostendit: *Ego enim quemadmodum ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, sed perpetua vtilitatis causa in æternum late sunt, nullam abrogari debere fateor, nisi quam aut vsus coarguit, aut status aliquis Republica inuilem fecit: sic quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales, ut ita dicam, & temporibus ipsis mutabiles esse video: Quæ in pace late sunt, plerumque bellum abrogat; quæ in bello, pax, ut in nauis administratione alia in secunda alia in aduersa tempestate vsui sunt.* Quod ait, aut vsu, aut statu Reip. commutato inutilem legem fieri; cum his consentit quæ Aristoteles scribit libro quarto de Rep. vsu plerumque euenire ut Resp. ex legibus non sit popularis, moribus tamen & viuendi ratione ut popularis administraretur; vel contra: propterea quod in rerum publicarum mutationibus, quæ paulatim ac sensim accidunt, eisdem omnes legibus sæpe vtuntur; sæpe eas euertunt ac mutant. Ex his ergo apparet, quando, & quas leges abrogare liceat. Quod ipsum ad derogationem quoque trahitur. Forma vero eadem est, quam legibus iubendis fore diximus, eo solum excepto, quod cum moribus abrogatur, is modus necessarius est, qui in cæteris rebus quæ vsu introduci solent.

CAP. XVIII. De iis qui legibus soluebantur.



his qui legibus soluebantur, breuiter agendum; quod in Cornelii Julia Annali, & Regia de iis multa dicemus. Est autem alterum genus ex his, cum in eisdem legibus aliquis nominatim excipitur; ut in ea lege, qua peregrini Roma eiiciuntur, Glucippus excipitur. & in illa Pompeii de iure magistratum, eo capite quo à petitione honorū absentes summebatur, Cæsar exceptus est lege ià in æs incisa, & in ærarium cōdita, ut Suetonius scribit. Alte-

I. iura. I. ex
his. I. nam ad
ca. & seq. D.
de legi. Plato
lib. 2. de le-
gib.

I. ius plurib.
D. de iust. &
iure. p. sed
naturalis. in
instit. de iure
nat.
L. i. in fine &
3. D. de iust.
& iur.
d. p. sed. na-
turalia. I. de
quib. de legib.
L. i. lib. 14.

Cicer. in A-
garia in se-
natu.

Suero. in G.
Cæsar. opp.
17.

bit. Alterum cum quis legibus soluebatur lege aut senatusconsultos quod initio per populum tantum fiebat; post ea senatus ad populum ferri iubebat, neque ferebatur: ad extremum ne in frequenti quidem senatus id agebatur, neque vt ad populum ferretur, scribebatur. Id C. Cornelius legelata coercuit, licet intercessionem eidem rogationi abstulerit. Huic persimilis est rogatio, quæ priuilegium appellatur. vtrumque enim ius singulare est, quod contra tenorem rationis, vt Vlpianus scribit, propter aliquam vtilitatem auctoritate cōstituentium introductum est. De vtroque illa etiam quæ optimus declamator tractat, intelligi possunt: *Negant, inquit, rogationem esse recipiendam, quæ ad singulos homines pertineat. ego porro hoc in eo iure, quod perpetuum, & in omnia tempora scribitur existimo esse seruandum. Quoties ad præsens tantummodo tempus rogatio fertur; ne ferri quidem nisi de singulis potest. Quod si hanc tollimus consuetudinem, nec duces ad exercitus ducemus, nec provincias decernemus, nec imperia prorogabimus, omnia enim ista rogationibus ad singulos pertinentibus consumuntur.* Hi vero omnes quos legibus solui diximus, non omnibus legibus solutos esse credamus; sed illis tantum quæ rogatione aut senatusconsulto continerentur. Solus princeps legibus solutus dicitur ab Vlpiano libro tertio decimo ad legem Iuliam & Papiam: quod ad omnes referri plerique voluerunt. Ego vero ad illas solum leges Iuliam & Papiam respexisse Vlpianum crediderim. Ita enim in lege Regia Vespasiana scriptum est; vt nō ad omnes referatur, sed ad eas, in quibus scriptum esset, ne Diuus Augustus, Tiberiusque Julius, & Ti. Claudius Cæsares tenerentur. **VTIQVE QVIBVS LEGIBVS PLEBISVE SCITIS SCRIPTVM FVIT NE DIVVS AVG. TIBERIVSVE IVLIVS CAESAR AVG. TIBERIVSQUE CLAVDIVS CAESAR AVG. GERMANICVS TENERENTVR IIS LEGIBVS PLEBISQVE SCITIS IMP. CAESAR VESPASIANVS SOLVTVS SIT.** Adicitur etiam esse, quod ex legibus principem facere oporteat, ne omnibus esse solutū, vt vulgo putemus. **QVAEQVE EX QVAQVE LEGE ROGATIONE DIVVM AVG. TIBERIVMVE IVLIVM CAESAREM AVG. TIBERIVMVE CLAVDIVM CAESAREM AVG. GERMANICVM FACERE OPORTVIT EA OMNIA IMP. CAESARI VESPASIANO AVG. FACERE LICEAT.** In his omnibus, quæ de legibus soluendis, & priuilegiis diximus, modus adhibendus est; vt non sine magna vtilitate concedatur. Alioqui omnia illa mala euient, quæ ex legum abrogatione oriri solere dicebamus. Nihil enim interest abrogetur ne lex, an facile legibus ciues soluantur. Legum quoque distinctio, est vt temporum & hominum adhibenda.

Alex in Cor.
ne.

l. ius singu-
lare. D. de le-
gib.
Fabius dcl.
c. 14.

l. princeps. D.
de legib.



A C I L I A.

REPETUNDARUM.



SCONIVS Pedianus libro secundo in Verrem scribit Man. um Acilium Glabriorem legem Aciliam tulisse de pecuniis repetundis seu crissimam; in qua ne comperendinari quidem reum liceret. Hunc autem & Asconius, & Cicero significant eius Glabrioris fuisse patrem, qui Cn. Pompeio Magno, M. Licinio Crasso Consulibus Prætor huic eidem repetundarum iudicio præerat tum, cum Verres accusatus est. Et cum idem Cicero in Sextiana Consulare fuisse hanc legem dicat; latam esse existimo anno post Urbem conditam sexcentesimo tricesimo octavo, eodem Manio, & Caio Porcio Catone Consulibus. Ciceronis verba sunt de hac lege ad Glabriorem Prætozem: *Fac tibi paterna legis Acilia veniat in mentem, qua lege populus Romanus de pecuniis repetundis optimis iudiciis seu crissimis que iudicibus usus est.* Et in Prætura urbana: *Ego tibi illam Aciliam legem restituo; qua lege multi semel accusati, semel dicta causa, semel auditis testibus condemnati sunt.* Ex his verbis apparet, quod antea ex Peditano retulimus de comperendinatione. Nam cum veteres tertium diem perendinum appellarent, comperendinare reum vsurpabant, cum causa iterum cognoscebatur, quasi in perendinum diem differrent cognitionem. Hoc itaque repetundarum reis ab Acilio ablatum est; itaque semel dicta causa aut absoluebantur, aut condemnabantur. Hanc legem C. Seruilius Glaucia Tribunus plebis abrogauit, qui primus tulit, vt idem Cicero scribit, vt comperendinaretur reus. *namque antea, inquit, aut iudicari primo poterat, aut amplius pronunciari.* Amplius autem pronuntiabatur, cum iudices non liquere dixissent, eaque pars, in cuius oratione obscuritas videbatur fuisse, iterum causam dicebat.

hic. in orat.
pro L. Mure.

Aciliam vero hoc quoque sustulisse Pedianus ait, vt neque comperendinare, neque ampliari liceret; Seruilia vtrumque reddidit. De repetundis autem, & in Calpurnia, quæ antiquior hac est, & in Cornelia, Seruilia & Iulia, quæ hodie obtinet, plura scribemus.

Æ B V T I A.

DE CURATIONE POTESTATIS MANDANDA.

Cicero in orat.
pro L. Mure.



ÆGES veteres sunt. (inquit Cicero Consul in P. Seruiliū Rullum Tr. Pl.) *neque ex Consulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed Tribunicia, vobis maioribusque vestris vehementer grata atque incunda. Licinia est lex, atque altera Acbutia, quæ non modò eum qui tulcrit de aliqua curatione ac*

tione ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, ad fines excipit, ne ipsa potestas, curatio uel mandetur, De hac lege nihil amplius accepit. De Licinia suo loco.

ÆBVTIA

DE CENTVMVIRIS.



GELLIVS libro sextodecimo scribit irrisum fuisse iurifconsultum, qui duodecim tabularum antiquitatem contemnebat, nisi quid in legis actionibus Centumuiralia causarum lege Æbutia lata compositum esset. Ex his Gellij verbis crederem Centumuiralia iudicia hac lege fuisse constituta. Horum nomen à centum & quinque uiris, qui plerasque res priuatas iudicabant, ductum est. Cum enim quinque & triginta tribus essent, terni ex singulis tribubus electi sunt: Centumuiros tamen dicebantur. His omnibus Decemuiros, qui stlitibus iudicandis dicebantur, præterant. Ad centum uiros pertinebant iudicia usucapionum, tutelaram, gentilitatum, adgnationum, alluionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stlicidiorum, testamentorum ruptorum atque ratorum, aliarumque rerum innumerabilium. De querela inofficiosi testamenti, multis exemplis constat, cognitionem Centumuirorum fuisse. Augustus centumuiralem hastam, quam Quæstura functi cogere solebant, Decemuiris commisit, ut Suetonius scribit. Pomponius tamen significare uidetur Decemuiros stlitibus iudicandis, ut hastæ præessent, fuisse institutos, quod mihi minus probatur. vel ipsum enim nomen docet litibus, non hastæ solum constitutos, & antiquius nomen est, quam Augusti hastæ. Stlitibus autem, ueteres pro litibus dicebant, ut stlata nauis pro latis, & stlocum pro loco. Primos L. Cornelius Sulla hasta usus est. eum C. Cæsar, & Triumuiros imitati sunt: posteriores hastam fiscalem introduxerunt. Ad Decemuiros quoque pertinuisse, ut: de libertate ciuium Romanorum cognoscerent, ex oratione pro A. Cecinna cognouimus.

Sex. Pomp.
ver. centum-
uiralia.
Cic lib. de
Orat.

L. qui rep-
diantis. D. de
inoff. testam.
L. maximum.
C. de libet.
pæd. ult. C.
de per. here.
Cic. lib. 1. & 2.
de Orat. Quin
stl. sepe.
L. 2. p. deinde
cum esset. D.
de orig. iur.
Cic. in Orat.
Dion lib. 14.
Quin stl. lib.
1. cap. 6.
Sex. Pomp.
ver. stlata.
C. de stl. in R.
& iure hastæ
hic lib. 2.

ÆLIA

DE OBNUNTIATIONE.



HÆC lex ab aliquo Tribuno Plebis lata est, post annum sexcentesium Urbis conditæ, de qua Alconius in Pisoniana, Obnuntiatio, inquit, qua perniciosi legibus resistebatur, quæ Ælia lex confirmauerat. P. Clodius lege ut ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo seruaret; sublata fuit. Cum enim auspicia de cælo seruando fierent, & fas non esset cum populo agi, cû de cælo seruaretur, si quis resistere legi cuperet, ne à populo acciperetur, comitiis obnuntiabat de cælo seruare sc. Itaq; lata lege, ut comitiis diebus fas non esset de cælo seruare; tota obnuntiandi intercedendæque ratio peribat. Inspecante & iacente te (inquit Cicero Pisoni) à P. Clodio fatali portenti prodigioque Reipubli. lex Ælia & Fusia euerfa est, propugnacula muriq; tranquillitatis atque otij

Cic. pro do-
mo & de A-
rup. respons.
& in Vau.

& postea: *Centum prope annos legem Æliam & Fufiam tenueramus; quas leges aufus est non nemo improbus, potuit quidem nemo vnquam conuellerre. Idem post reditum in Senatu: Quo inspectante atque sedente legē Tribunus Plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur; ne obnuntiare consilio, aut comitiis; ne legi intercedere liceret; vt lex Ælia, & Fufia ne valerent; que nostri maiores certissima subsidia Reipublicæ contra Tribunicios furores esse voluerunt. Idem de Prouinciis consularibus: Vobis stat uendum est legem Æliam maneri; legem Fufiam non esse abrogatam no omnibus factis legem ferri licere, cum lex feratur, de calo seruari, obnuntiari, intercedi licere. In Vatiniana quoque, & libro secundo ad Atticum eiusdem legis mentio fit. Sed ex suprascriptis satis apparet, & quo tempore lata & quanto tempore abrogata sit, & quid ea contineretur. Si quid autem deest; id in Clodii, & Fufis & in Duodecim dicitur.*

ÆLIA SENTIA
DE MANUMISSIONIBVS.



S Ex Ælio Catulo, C. Sentio Saturnio Consulibus hanc legem esse latam arbitror, post Romam conditam anno septingentesimo quinquagesimo sexto, quo anno Tiberius adoptatus est ab Augusto, vt Paterculus libro secundo scribit. Cuius sex capita animaduerti.

I.

Primum de dediticiis libertis: vt qui seruus publice vincus, aut notis inustus, aut publice verberatus fuisset, si non annitteretur, dediticiam libertatem consequeretur; neque vnquam ad ciuitatem Romanam perueniret. Id Suetonius in Augusto, & Iustinianus libro primo institutionum scripserunt: *Nam qui manumittebantur, modo maiorem & iustam libertatem consequerentur, & fiebant ciues Romani: modo minorem, & Latini ex lege Iunia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebat ex lege Ælia Sentia dedititij. Quem locum Theophilus omnium optime interpretatur, vt ex Caio & Paulo cognouimus. Eandem interpretationem recipiunt Vlpiani verba libro primo ad legem Æliam Sentiam: Verum est, cum qui in carcere clusus est, no videri neque vincus, neque in vinculis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita. Dedititiorum numero sunt (inquit Vlpianus in fragmentis) qui penæ causa vinculi sunt à domino; quibus ve stigmata inscripta fuerunt; qui propter noxam torti, nocentique inuenti sunt; quine traditi sunt, vt ferro, aut cum bestiis depugnarent, vel in custodia coniecti fuerunt; deinde quoquo modo manumissi sunt: idque lex Ælia Sentia facit. Dedititij à veteribus dicebantur, qui aut sponte iua deditioem fecissent, vt Campani apud Liuium libro septimo: aut cum bellum à sociis aut fœderatis timeretur vt apud Florum libro quadragesimo nono de Carthaginensibus. Extat apud eundem Liuium lib. 1. Collatinorum deditioem vetus formula hæc. *Rex interrogauit: Estis ne vos legati oratoresque missi à populo Collatino, vt vos, populumque Collatinum dederetis? Sumus. Est ne populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditis ne vos, populumque Collatinum, urbem, agros, aquas, terminos, delubra, & tensilia, diuina, humanaque omnia in meam, populique Romani iurisdictionem? Dedimus. Et ego recipio.* Hoc caput, cum dedititij nulli essent, ciuitate Romana*

In Instit. de
libertat. p. vi
tim.

Caio lib. 1.
Instit.
Pauli lib. 4.
Sentent. de
manumiss.

1. verp. D. de
verb. sign.

1. de iur. C. de
dedit. libert. &
d. p. vlt.
1. in fraud.
C. de iur. ma.

Romana

Romana omnibus data, ab Iustiniano abrogatum est.

Alterum caput erat, vt manumissiones in fraudem factæ non valent, vno excepto herede. Namque is qui soluendo non est, potest ex hac lege seruum instituire cum libertate, qui ei necessarius heres hat, vt Iustinianus eodem libro, Paulus libro primo ad legem Æliam Sentiam scripserunt. Idem ait libro quinquagesimo septimo ad edictum, ita denum hanc legem conseruare libertatem, si nemo alius ex eo testamento hæres esse potest. Itaque si seruo liber homo, aut is cui libertas ex fidei commissio debetur, sublititus sit; a secundo gradu incipiendum erit. Ceterum quoque libro vicesimo nono Digestorum scribit hac lege caueri, vt si duo, pluresve ex eadem causa heredes scripti sint, vti quisque primus scriptus sit, heres sit. Idem Vlpianus in fragmentis confirmat; cumque seruum x x . annis minorem, & qui in ea causa sit, vt dedititius fieri debet, ciuem Romanum & heredem fieri.

Eadem lege domino viginti annis minori non aliter manumittete permittitur, quam vindicta, si apud consilium iusta causa manumissionis adprobata fuerit, vt Iustinianus ait, à quo permultæ manumissionis iustæ causæ enumerantur. Lælius Felix libro primo ad Quintum Mucium relatus apud Gellium libro quindodecimo: *Qui non vniuersum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non comitia, sed consilium edicere, inquit, debet.* Quibus verbis constat consilium significare eos, qui vt de causis manumittendi cognoscere, cum Prætor aut Præside conuenerant. Vnde etiam consiliarij, adfessoresque appellati postea sunt, qui ad huiusmodi consilia deligerentur. *In consilium adhibentur* (inquit Vlpianus in fragmentis) *Romæ quinque Senatores, & quinque equites Romæ in provincia viginti recuperatores ciues Romani.* Eadem lege cautum esse ait, vt minor triginta annorum seruus vindicta manumissus ciuis Rom. non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit: testamento vtro manumissus perinde haberi, atque si domini volûtate in libertate esset, Ideoque Latinus esse. De vindicta autem in Iunia Nôrbana lege dicemus.

Alio capite prohibetur patronus adigere iurcurtando, ne nubat liberta, vel liberis tunc libertus. Nam & ipse liberi eius patronatus perdunt, vt Paulus ait libro secundo ad eandem legem, qua de re Terentius Clemens libro quinto ad legem Iuliam & Papiam, & Vlpianus libro quattodecimo ad Sabinum scripsere. Id iusiurandum lege Iulia de maritandis ordinibus reuocatum constat.

Eadem lege prohibentur patroni liberos obligare, vt mercedem operarum præstent oneranda libertatis causa. Non tamen prohibentur hac lege patroni à liberto mercedem capere, sed eos ita obligare, quod idem Clemens libro octauo refert. Idem ait, quod Paulus quoque libro secundo scribit. *Qui stipulatus est à liberto centum operas, aut in singulas aureos quinos dari, non videtur contra legem stipulatus, quia in potestate liberti est operas dare.* Huc etiam pertinet, quod Iulianus ait apud Vlpianum libro vndecimo ad legem Iuliam, non dari contra tabulas testamenti liberto filio bonorum possessionem, cuius pater donum, munus, operas liberto reuendiderit: quod facile credimus à Prætoris edictum fuisse. Eius enim verba apud Paulum relata sunt libro quinquagesimo nono ad edictum.

II.

I. i. C. qui manum poss.
In Inst. quib. ex caut. man. n. h. in prin.
I. si quis soluendo. l. & z. D. de hered. inst.
I. qui soluendo. co. tit.

III.

d. tit. quib. ex caut. eadem lege.
Vide Dion. lib. 11.

D. & Cod. de adfessor.

IV.

l. adigere. L. qui cotta. de iure patron. l. quæritom. l. qui & à quib. l. pp. si quon. de iur. & legi.
d. l. adigere. in fine.

V.

l. vlt. qui de à quibus. d. l. adigere.
Iulianus. de bono liber.

V 3.
 l. cipe, de ver
 bo. sig.
 l. sciendum
 est, eo. tit.
 Vid. Dion. li-
 bro 35.

l. si patronus
 de bon. libet.

Illud etiam huius legis est, quod multis locis proditum est, de ingrat-
 tis libertis in seruitutem redigēdis. Ita enim Paulus scribit lib. l. xxiii.
 ad edictum: *In lege Ælia Sentia filius heres post libertum patrum, vt
 ingratum accusare, non etiam si heredi heres extiterit.* Et ex contrario li-
 bertus, si patronus eum non aluerit, potest ex hac lege libertatis causa
 imposita non prestare; hereditateque legitimam patronus amittit, vt
 Modestinus scribit libro singulari de manumissionibus. Ad hanc legem
 Vlpianus libros quatuor, Paulus tres conscripserunt, ex quibus per multa
 existant variis Digestorum locis. Sed & libro quadragesimo titulus est,
 Qui & à quibus liberi non fiunt, & ad legem Æliam Sentiam, sub quo
 legis materia collecta est. Videnda denique est Nouella ci. xiii. Iustiniani
 cap. 1. qua huius legis caput quoddam reprehenditur, quo vide-
 batur denegare vxori actionē ex donatione viri constante matrimonio.

ÆMILIA,

DE CENSORIBUS.



NITIVM Censuræ extat apud Lium libro iv. M. Gega-
 nio Macerino iterum, T. Quintio Capitolino quon-
 tum Consulibus. Morum & disciplinæ Romanæ penes
 eam regimen fuit, senatus equitumque centuriæ, decore
 dedecorisque discrimen, publicorum priuatorumque lo-
 corum ius, veltigalia populi Romani ab eius nutu atque arbitrio pen-
 debant. Hæc cum initio quinquennalis fuisset, Mamercus Æmilius Di-
 ctator iterum post nouem annos legem tulit, ne plus quam annua ac
 semestris Censura esset. Censores C. Furius Pacilus, M. Geganius Ma-
 cerinus id ægre passi, Mamercum, quod magistratum populi Romani
 minuisset, tribu mouerunt, censuque octuplicato, vt Lilius scribit, a Sa-
 rium fecerunt. Fuit is annus trecentesimo nono decimo Urbis. Vlti-
 que est ea lege populus Romanus annos centum & viginti, ad Appium
 Claudium Cæcum, C. Plautium Venocem, qui Iustrum vice sin. um sex-
 tum fecerunt. Etenim post decem & octo menses Censuræ cum C. Plau-
 tium se antea abdicauisset, Appius noluit, magnaue ei cum P. Sen-
 pro nio de ea re contentio fuit, Q. Fabio Maximo Rulliano iterum, C. Mar-
 cio Rutilo, qui postea Censorinus appellatus est, Consulibus, post Ro-
 mam conditâ anno quadringentesimo quadragésimo tertio. Que om-
 nia diserte à Lio libro nono tradita sunt. Clodij quoque lege Censura
 debilitata est, & Cæsarum imperio planè abolita, De qua re alius erit
 scribendi locus.

Vide Liu. lib.
 45.

ÆMILIA

SYMPTVARIA VEL CIBARIA.



MÆMILII Quincti filij, Marci nepotis, Lepidi, qui Consul
 cum Q. Lutatio Catulo fuit anno Urbis sexcentesimo
 septuagesimo quinto, plures rogationes fuerunt, sed tur-
 bidæ, vt Tacitus libro tertio ait, hæc est seditionis & tu-
 multus plenæ, quibus acta Sullæ rescindere concupiuit,
 vt Florus

vt Florus libro nonagesimo Liuianz epitomes, & libro tertio rerum Romanarum scribit. Appianus tamen agros tantum prioribus dominis restituere tentasse affirmat. Inter omnes constat bellum ciuile excitasse, quo à Q. Catulo collega, & à Cn. Pompeio magno oppressus est. Sumptuaria lex à Gellio & Macrobio Æmilia refertur: qua lege nō sumptus cenarum, vt aliis, sed ciborum genus & modus præfinitus est. quamobrem cibaria quoque appellatur. Cato tamen sumptuarias omnes, vt Macrobius refert, cibarias appellabat. Sed vereor ne non hæc Æmilia sumptuaria ad M. Æmilium Scaurum referenda sit, qui de sumptibus, & de libertinorum suffragiis tulit in Cōsulatu anno sexcentesimo tricésimo octauo, auctor est Plinius, siue quis alius, in libello de viris illustribus. Apertius Plinius maior libro octauo naturalis historiz: *Glires, inquit, Censoriae leges, princepsque M. Scaurus in consulatu non alio modo cenis ademere, quam cochylia, aut ex alio orbe conuectas aues.* Hanc legem Iulia secuta est, de qua, vt de ceteris sumptuariis, postea. Illud quod à Prisciano libro nono ex Æmilij Porcinæ oratione, vt lex Æmilia abrogaretur, relatum est, quo sit referendum, incertum est. Et quidem M. Æmilij Porcina Consul fuit cum C. Hostilio Mancino, sed his temporibus, vt neque ad superiorem de Censoribus; neque ad has ipsas Lepidi & Scauri referri possit, anno post Romam conditam sexcentesimo sextodecimo. Sed potuit alius ex eadem familia esse, eodemque cognominem; item alia lex esse, de qua nobis nondum constat.

Gel. lib. 1. ca.
24.
Macro. lib. 1.
cap. 17.

ÆTERNIA DE MVLTIS.

De hac lege in Tarpeia Æternia videndum est.

AGRARIÆ LEGES.

De his in Cassia, Licinia, Flaminia, Sempronii, Apuleia, Scruilia, & Iulii.

AMBITVS LEGES.

In Petillia, Bæbia, Calpurnia, Tullia, Pompeia, Iulia.

ANNALIS VEL ANNARIA.

Videnda lex Iulia Annalis.

ANNONIANÆ VEL

FRUMENTARIÆ.

Hæc in Sempronii, & Clodii, atque Appuleii quaerendæ.

ANTIA SVMP TVARIA.

HANC legem post Æmiliam, & ante Iuliam Antius Restio tulit, quæ præter sumptum æris, id etiam sanxit, vt qui magistratus esset, magistratum ve capturus, ne quo ad cenam, nisi ad certas personas itaret, ita enim Gellius & Macrobius tradiderunt. Hanc nullo abrogante populus irritam fecit; latoque legis foris postea nunquam cenasse dicitur; ne testis fieret contemptæ legis, quam ipse tulisset.

APPVLEIA.

DE MAIESTATE.

TICERO libro secundo de Oratore refert C. Norbanum maiestatis accusatum lege Appuleia, qua minuens maiestatem plectebatur, accusauit P. Sulpicius, defendit M. Antonius

optimus orator, odióque magis Q. Scruilij Cæpionis, in quem seditio fuerat concitata, qui que legem iudiciariam tulerat absolutus est, quam causa, qua maxime premebatur. Dixit in C. Norbanum testimonium M. Scaraus princeps Senatus, neque tamen tanta auctoritate, aut religione vir, quidquam nocuit. Maiestatis leges aliz fuere magis celebres, Varia, Cornelia, & Iulia. De hac verò nihil amplius accipi.

Val. Max. lib. 7. cap. 5.

APPVLEIA
FRUMENTARIA ET AGRARIA.



LAPPVLEII Saturnini plerique leges fuere in Tribunatu late, quem triennio continuauit per vim ac seditionem. Eosdem enim tumultus excitabat eisdem legibus, aut valde similibus iis, quæ Sempronii Gracchis perniciem attulerant. Sed repressus hic furor est C. Mario sextum, L. Valerio Flacco Consulibus, anno sexcentesimo quinquagesimo tertio, auctorque legum Tribunus occisus est, qua in re omnes conueniunt. Legibus referendis non modica discrepantia est. Namque libro primo ad Herennium scriptum est legem frumentariam de semissibus & trientibus ferre eum cœpisse; quod ex his quæ de Sempronio Florus & Pedianus scribunt, ita accipio, vt semisse & triente tritici hordeique modius daretur. Sed hanc legem Q. Scruilium Cæpionem Quæstorem Vrbanum impediuisse, tum denatans docendo ararium non posse pati tantam largitionem, tum etiam facto Senatusconsulto, si eam legem ad populum ferret, aduersus Rempublicam videri eum facere, & collegis intercedentibus, ipsóque perseverante cistellam deferre. Cæpionem cum aliis viris bonis impetum fecisse, pontes disturbasse, cistas deiecisse, impedimentoque fuisse, quominus lex ferretur. Sed siue hæc lex non tenuerit, siue tota efficta à rhetore sit, L. Pisone, A. Gabinio Consulibus à P. Clodio Tribuno Plebis remissi trientes, semisseque sunt, quos Sempronio lex introduxerat, iussumque est, vt gratis frumentum populo daretur. Agraria varie à multis refertur. sunt enim qui scribant tulisse eum (vt gratiam Marianorum militum pararet) vt veteranis centena acri iugera in Africa diuiderentur; vt Achaia, Macedonia, Sicilia nouis colonis destinaretur; vt aurum Tolosanum dolo sceleretque Cæpionis partum ad emptionem agrorum conuerteretur, vt aqua denique & igni ei qui in leges has non iurasset, esset interdictum. Appianus eam tantum partem refert, qua ea Gallia pars, vnde Cimbro Marius eiecerat, diuidi iussa est. alij agrariam tantum, alij Semproniam instauratam scribunt. Illud nemo negat, leges has per vim latas, abrogatasque postea fuisse.

Cic. in orat. pro C. Rab. perduell. reo. Appian. lib. 1. bel. ciu. Eutrop. lib. 5. Flor. epit. Li. vii lib. 19. & lib. 8. cap. 16. res. Rom. Plutar. in Mario.

Plin. in lib. de viris illu. Cic. pro Balbo.

Is. D. ad l. A. qu. in inst. c. de p. illud. Nou. 18. Authen. de iur. & semiss. p. studium. l. fid. lib. 5. Erymol. Cic. lib. 3. Of. 6. & li. 5. de natu. doo.

AQUILLIA
DE DAMNO INIURIA.



AQUILLIUS Tribunus plebis hanc legem à plebe rogauit, vt Vlpianus scribit libro octauo decimo ad edictum; & Iustinianus atque Isidorus referunt. Quis tamen hic Aquillius, quove tempore

tempore fuerit, ignoratur. Sunt qui arbitrentur C. Aquillium Gallum fuisse, cuius sunt illa de dolo malo, de postumorum institutione, de stipulatione: sed mihi iurisconsultorum formulæ illæ esse videntur, hoc autem plebiscitum; de cuius rogatione nullum certum auctorem habeo quem sequar. Huius autem legis verba Caius in libris ad edictum prouinciale refert. Capite primo ita cauetur. QVI SERVVMVE ALIENVM ALIENAMVE QVADRVPEDEM VEL PECYDEM INIVRIA OCCIDERIT, QVANTI ID IN EO ANNO PLVRIMI FVIT TANTVM AES DARE DOMINO DAMNAS ESTO. Deinde cauetur, vt aduersus infiriantem in duplum actio sit. Secundi capitis, quia in defectudinem abiit, vt Vlpianus & Iustinianus scribunt, verba eiusve sententia non existat. Tertio capite ait, lex. CETERARVM RERV M PRAETER HOMINEM ET PECYDEM OCCISOS SI QVIS ALTERI DAMNV M FAXIT QVOD VSSERIT FREGERIT RYPERIT INIVRIA, QVANTI EA RES ERIT IN DIEBV S TRIGINTA PROXIMIS TANTVM AES DOMINO DARE DAMNAS ESTO. De horum verborum interpretatione legenda sunt quæ eleganter ad hanc legem, & in Digestis, & in Constitutionibus, & Institutionibus existant. Apud declamatores non dissimilis lex fingitur. DAMNI INIVRIA DATI SIT ACTIO. Item illa: QVI SCIENS DAMNV M DEDERIT REDDAT QVADRVPLVM: QVI INSCIENS SIMPLVM. Cicero in Bruto Aquillæ legis mentionem facit, & nisi mendum in eius verbis sit, non eadem lex est: *Eodem tempore, inquit, accusator de plebe L. Cosidenus fuit, quem ego audiri iam senem, cum ab L. Sabellio multam lege Aquillia de iniuria petiuisset.*

I. Gallus de li. & post. l. & vno. D. de accepti. in inst. qui mod. tol. ob. p. est autem l. d. eo.

I. si servus fec uum. p. hulus D. co. in inst. co. ti. p. caput

Fabius decla. 11. aliter Fabius 38. Senec. lib. 9. declam. 4. & li. 5 decla. 5.

A T I L I A
DE TRIBVNIS MILITVM.

POST Romam conditam anno quadringentesimo quadragesimo secundo. C. Iunio Bubulco Bruto tertium, Q. Emilio Barbula iterum Consulibus, L. Atilius & C. Marcus Tribuni plebis tulerunt, vt Tribuni militum senident in quatuor legiones à populo crearentur; quæ antea perquam paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum & Consulum ferme fuerant beneficia. Hæc Liuius libro nono scribit. Polybius tamen libro sexto non senos denos, sed quaternos & videnos creari solitos scribit; denos, qui dena stipendia fecissent, quaternos & denos, qui quina. Auctum itaque numerum credendum est.

A T I L I A
DE TVTORIBVS DANDIS.

SI CVI nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur, in Vrbe quidem à Prætoře Urbano, & à maiore parte Tribunorum Plebis, tutor ex lege Atilia; in prouinciis vero à Præsidibus prouinciarum ex lege Inlia, & Titia. Hic Atilianus tutor dictus est; qui neq; ex testamento, neq; legitimus

in Inst. de Atilia. toto. in princ. & p. sed ex his.

fuit. Sed ex his legibus tutores pupillis dare desierunt posteaquam primo Consules tutores ex inquisitione dare ceperunt; deinde Prætores ex constitutionibus. Hæc Iustinianus libro primo Institutionum. Sed & Suetonius ait Ti. Clodium primum iussisse, vt pupillis extra ordinem tutores à Consulibus darentur: & Iulius Capitolinus à M. Antonino Prætozem tutelarem introductum esse: de cuius officio Ulpianus, & Paulus singulares libros scripserunt. Ex his constat Atiliam vsque ad Claudium tenuisse. Quid vero à Iustiniano constitutum sit, in Iulia, & Titia dicemus. Antiquam fuisse hanc legem ex Livio libro trigesimo nono cognoscimus. Is enim scribit Sp. Postumio Albino, Q. Marcio Philippo Consulibus, anno post Romam conditam quingentesimo sexagesimo septimo, Hispalam post patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutorem à Tribunis; & Prætoze petiisse. Ulpianus in Fragmentis: *Lex Atilia iubet mulieribus, pupillæve non habentibus tutores, dari à Prætoze, & maiore parte Tribunorum Plebis.*

ATINIA.

DE TRIBUNIS PLEBIS.



Hæc lex lata est, vt arbitrator, à C. Atinio Labeone Tribuno Plebis, C. Clodio Pulchro, M. Perperna Coss. anno vrbis sexcentesimo vicesimo tertio. Hic enim Tribunus eo anno Q. Cæcilium Metellum Macedonicum Censorem, à quo in Senatu legendo præteritus fuit, de saxo dei ci iussit: sed ceteri Tribuni auxilio Metello fuerunt. Metelli collega Q. Pompeius fuit, vterque e plebe; quod tum primum accidit. Hæc ex Cicerone in oratione ad Pontifices, & ex Floro libro quinquagesimo nono, qui legis nostræ nullam faciunt mentionem. At vero A. Gellius libro quartodecimo Capitonem Tuberonem contra Mucij sententiam adfentiri scribit, vt Præfectus Vrbi Latinarum feriarum causa relictus, Separatum habere possit. Namque & Tribunis Plebis Senatus habendi ius erat, quamquam Senatores non essent ante Atinium plebiscitum. Ex his verbis apparet Atinia lege Senatores esse Tribunos factos, eodemque posse senatum habere: quod Varro quoque apud eundem Gellium scribit.

vel. lib. 14. cap. 7. & 8.

ATINIA

DE VSCAPIONE.



Hæc lex lata est, vt Iulianus, & Iustinianus scribunt, lex Duodecim tabularum, & lex Atinia inhihent vsucapionem; vi possessarum lex Iulia, & Plautia. Paulus quoque libro quinquagesimo quarto ad edictum scribit: *Quod autem dixit lex Atinia, vt res furtiua non vsucapiatur nisi in potestatem eius, cui subrepta est, reuertatur; sic acceptum est, vt in domini potestatem debeat reuerti.* Idem libro singulari ad legem Furiam Caniniam: *In lege Atinia inquit, in potestatem domini rem furtiuam venisse videri, si eius vindicandæ potestatem habuerit, Sabinius & Cassius aiunt.*

Leon solam. in princ. D. de vsup. & vsuc. in Inst. eod. p. fust. u.

Isenoltr. p. quod iure. eo tit.

I. potestatis de verb. sign.

Referuntur

Referuntur ab Gellio libro septimodecimo legis huius, quam veterem appellat verba. **Q**UOD SVBREPTVM ERIT EIVS REI AETERNA AVCTORITAS ESTO. *Quia aliud, inquit, putet in hisce verbis, quam de tempore futuro legem loquitur Sed Q. Scauola patrem suum, & Brutum, & Manilium viros apprime doctos quasisse ait, dubitasseque, utrumne in post facta modo furi a lex valeret, an etiam in ante facta: quoniam QUOD SVBREPTVM ERIT, utrumque tempus videretur ostendere, tam prateritum, quam futurum.* Verba Q. Mucij referuntur, ai fallor, à Pomponio libro vicefimo sexto ad Q. Mucium: *Verbum, Erit, interdum etiam prateritum nec solum futurum tempus demonstrat.* quod Pomponius multis exemplis confirmat. Auctoritas autem in hac lege eodem pacto accipitur, atque in Duodecim ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVCTORITAS, & apud Ciceronem in Topicis: *Quoniam vsus auctoritatis fundi biennium est, sit etiam adiunxerit Venuleius & Scauola in aliam rationem hoc verbo vtantur.* Huius quoque legis mentio fit à Cicerone in Prætura urbana.

i. verbum est. de verb. sign.

Lvt. D. de auct. lvt. de pign. actio.

AURELIA

DE TRIBVNIS PLEBIS.



RES fratres germani Aurelij Cottæ fuere, qui consulatum intra decennium adepti sunt, C. Cotta, qui cum L. Octauiuo Cn. F. Consul fuit anno Urbis sexcentesimo septuagesimo octauo, Marcus, qui ei successit, collega Luculli, & L. collega L. Manlij Torquati. Caij legem Cicero & Afconius referunt in Cornelia: vt quod L. Cornelius Sulla Dictator contra Tribunos Plebis tulisset, ne alios magistratus eis capere liceret, abrogaretur. Qua lege Consul plebi gratificatus est, optimates offendit, licet, vt Cicero scribit, paulum dignitatis eis, non potestatis addiderit. Aliz leges aliis de rebus ab eodem latæ ipso postulate abrogatæ sunt, De Tribunicia potestate restituta in Sicilia scribemus.

AURELIA

IUDICIARIA.



MLICINIO Crasso, Cn. Pompeio Magno Consulibus iudicia per L. Aurelium Cottam Praetorem ad equites Romanos translata sunt, vt Florus scribit libro nonagesimo septimo. Is est L. Cotta, de quo supra scripsimus. Sed Pedianus & Paterculus nõ ad equites translata, sed communicata esse iudicia significant. Nam cum Sempronia lege à C. Graccho lata, equites annos fere quinquaginta iudicarent, decem Cornelia Senatores, quod Cicero in Verrinis significat, L. Cotta vt Senatores, Equites & Tribuni Aenarij iudicarent, ad populum tollit. Sed Pompeius secundo Consulatu legem promulgauit, vt ex amplissimo censu, & centuriis lecti iudices, æque tamen ex eisdem tribus ordinibus iudicarent. & Cæfari ipsos Tribunos à iudicandi munere amouisse Suetonius auctor est. Hos autem ex equitibus fuisse Plinius significat libro trigesimo.

Afco. Ped. in orat. pro Corn. & lib. 2. in Verrin. & in Pison. Paterc. lib. 2.

Cap. 1. & 2.

tertio: *Diuo*, inquit, *Augusto* decurias ordinante maior pars iudicium in ferro anulo fuit, qui non equites, sed iudices, vocabantur. Equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. Iudicium quoque non nisi quatuor decurie fuisse primo. Decuria quoque ipsa pluribus discretis nominibus; *Tribunorum ariis*, & *Selectorum*, & *Iudicum*. Propter hoc etiamnum *Nongenti* vocabatur ex nominibus selecti ad custodienda suffragiorum scita in *comitijs*. *Varro* originem nominis ostendit: ut cum tributum dictum sit, quod ea pecunia quae à populo imperata erat, tributum à singulis pro portione census exigebatur, eaque adsignata attributum dictum est: ab hoc, inquit, quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, *Tribuni Aerarij dicti sunt*. Sed & *Pedianus* in *Prætura urbana*, eisdem pecuniam ex *Aerario* in militum stipendium capere, & *Quæstoribus*, qui in *provincias* mituntur, adsignare scribit. Ex his apparet non male scriptum esse *Cottam* ad equites transfuisse; cum maiori ex parte equites iudicarent.

Adde Gel. li.
7. cap. 10.

B A E B I A
DE PRAETORIBVS.

l. s. p. deinde
eū placuisse.
D. de ori. iur.
li. i. c. 6. & 7.



ONSTAT Prætozem eo tempore fuisse creatum, quo primum de Plebe Consules creati lege *Licinia* placuit sed initio tantum vnū; cui adiectus est alter *Peregrinus*, qui inter peregrinos & ciues ius diceret circa *Vrbis* annum quingentesimum & decimum, post priuū Prætozem anno centesimo vicesimo quarto. Non post multum temporis spatium quatuor Prætores ius dixerunt. His *provinciæ* singulis annis committebantur, *Urbana*, *peregrina*, *Sicilia*, *Gallia*, quæ etiam *Ariminum* dicebatur. Sex Prætores primum creati, *C. Cornelio Cethego*, *Q. Minucio Rufo* Consulibus, *provinciæ*que traditæ præter superiores *Utraque Hispania*, sed pro *Gallia Sardinia* commissa fuit. Ab hoc tempore, ad *L. Manlij Acidini Fuluiani*, & *Q. Fuluij Flacci*, qui fratres germani fuerunt, Consulatum, seni Prætores per eos octodecim annos creati sunt. Erat is annus duorum fratrum Consulatus, *Vrbis* quingentesimus septuagesimus quartus, quo *Liuius* ait lege *Bæbia*, qua de agninus, quatuor post multos annos creatos esse. ea alternis quaternos creati iubet. Sed an alio tempore recepta fuerit, incertum est. *Bæbij* *Tamphili paulo* ante duo Consules fuerant fratres germani, *Cn. & Marcus*, *Quincti filij*, *Cnej nepotes*; ille *L. Emilij Pauli* collega fuit, hic *P. Cornelij Cethegi*. Sed præter leges de *Ambitu*, quas *P. Cornelius*, *M. Bæbius* Consules ex auctoritate senatus ad populum tulerunt nihil aliud relictum inuenio. Fieri potuit, ut alter eorum eam tulerit, aut alius in *Tribunatu Plebis*. neque enim alios eo nomine Consules fuisse accepi. Prætorum numerum *Cornelius Sulla* auxit, & *Cæsares*, ut à *Pomponio* traditur; & ad decem & octo Prætores peruentum est.

Flo. epit. li. 19 & 20.

p. 22 p. ca. l.
4. li. lib. 11.

Liuius lib. 10.

4. li. d. p. m.
p. 18.

C A E C I L I A
REPETVNDARVM.

Val. Max. lib.
4. ca. & Vall.
Epit.



OST Calpurniam, quæ prima de *repetundis* lata est *Cæcilianæ* fuisse apparet. Hac enim lege *L. Cornelius Lentulus Lupus*, qui

qui Consul cum C. Marcio Figulo fuerat, anno Urbis quingentesimo nonagesimosextimo, damnatus est. Censor tamen post nouem annos fuit, quam Consul cum L. Marcio Censorino, & Iulturno quinquagesimum sextum fecit. Hanc Acilia, & ceteræ secutz sunt.

CÆCILIA ET DIDIA

DE LEGIBVS FERENDIS.



ONSVLAREM hanc legem appellat Cicero in oratione pro P. Sextio: quam ob rem arbitror latam esse anno post Romam conditam sexcentesimo quinquagesimo quinto, Quæ Cæcilio Metello, T. Didio, Titi filio, Sexti nepote Coss. Eam de legibus ferendis fuisse credidi, qua caueretur, uti trinis nundinis propozita lex eliet, antequam ferretur: utique diuersa capita separarentur, atque alia id genus. Ciceronis verba sunt in oratione de domo: *An etiam apertius antiquitus populi, atque legum? Si quod in cæteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo. Sin eadem obseruanda sunt: decretis Senatus, M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ essent, populum non teneri. Ante Cæsarem principatum adoptio eius qui sui iuris esset, lege lata ad populum fiebat: lex vero nisi trinis nundinis propozita fuisset, non recte lata erat. Nundinz dicebantur rusticorum feriez, quibus nono quoque die in urbem rustici conueniebant, ut Rutilius apud Macrobium scribit. Hæc tamen deinde lege Hortensia factæ sunt ut Prætorii ius dicere rusticis quoque liceret. Iure igitur Cicero queritur trinundinum in P. Clodij adoptione non esse seruatum. Idem Philippica quinta Nonne ante inquit, lata, quam scripta? nonne ante factam vidimus, quam futuram quisquam est suspicatus? Vbi lex Cæcilia & Didia? Vbi promulgatio trinundinum? Vbi pene recentes lex Iuniam, & Liciniam? De separandis capitibus rogationum idem Cicero in eadem illa oratione pro domo: Nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio Rege placeret, de exilibus Byzantiinis displiceret? Quæ est quasi alia vis, qua sententia Cæcilia legis & Didia, nisi hæc, ne populo necesse sit in conuictis rebus compluribus, aut id quod nolit accipere, aut id quod velit, repudiare? Huc pertinet quod idem ait libro secundo ad Atticum: Orbis in Repub. & conuersus culpa Catonis; sed rursus improbitate istorum, qui auspiciæ, qui Aeliam legem, qui Iuniam & Liciniam, qui Cæciliam & Didiam neglexerunt.*

Dionys. lib.
41. & 46.
Gel. lib. 1. cap.
19.

Viden. Cic. lib.
3. de legib.

CÆCILIA METELLA

DE FVLLONIBVS.



PLINIO libro trigésimosexto scimus Metellam legem fullonibus dictam, quam C. Flaminius, L. Æmilius Censores dederunt ad populum ferendam, Metello, ut arbitrator, Tribuno Plebis. Fuere hi Censores anno quingentesimo trigésimotertio; Iulturnumque fecerunt tertium, & quadragesimum, ut Liviio libro viceésimo tertio, & ex Consulium fastis nupet effulsis cognouimus. Quid ca lege contineretur, ignoramus.

CALPURNIAE, CANINIA.
COELIA TABELLARIA
PERDVELLIONIS.



QVATVOR Tabellarias leges Cicero libro tertio de legibus enumerat, Gabiniam, Cassiam, Papiriam, Coeliam. His sancitum erat, vt populus non voce, sed tabella suffragium ferret; Gabinia in magistratibus, mandandis, Cassia in iudiciis publicis, excepto perduellionis; Papiria in legibus, Coelia in ipso illo iudicio perduellionis. Hoc crimen nos vix à maiestatis crimine distinguimus, quo hostium numero habebatur, qui Rempublicam hostili animo læsisset. Quos enim nos hostes dicimus, eos veteres perduelles appellabant, quasi eos, cum quibus bellum esset. Sic enim bellum quoque appellatum est, vt Caius libro secundo ad legem Duodecim tabularum, & Cicero sæpe scripserunt. Existat eiusdem Ciceronis oratio, qua C. Rabirius huius criminis reus apud populum Romanum, à M. Tullio Consule defenditur.

In Inst. de here. quæ ab ius. de p. interdum lvi. D. ad l. lul. maiest. l. quos nos. de verb. sign. C. de lib. Off. si. & in Orator.

CALPURNIA
REPETYNDARVM.



Cic. lib. 1. Off. de. & in Brut. & in Fragment. de de signis, in Verrem.

DE PECUNIIS repetundis primum lata lex est à L. Calpurnio Pisone Frugi, Tribuno Plebis, L. Marcio Censorino, M. Manilio Coss. initio tertij belli Punici; quam secutæ sunt Cæcilia & Acilia, & aliæ pleræque quibus provinciæ à rapinis magistratuum nonnunquam vindicatæ fuerunt.

CALPURNIA
DE AMBITV.



Alco. in Cor. sel. & in An. ro. & Catil. Cic. in eadem Cor.

CALPURNIVS Piso Consul hanc legem tulit anno Urbis sexcentesimo octuagesimosexto, eius collega fuit M. Acilius Glabrio. Qua lege præter alias pœnas pecuniariam adiectam Asconius ait. Et licet Cicero videatur significare de ea abroganda in Senatu actum esse: idem tamen in oratione pro L. Muræna ita scribit: *Dixisti Senatus consultum me referente esse factum, si mercede conducti obuiam candidatis issent; si conducti sectarentur; si gladiatoribus vulgo locus tributus; & item prandia si vulgo essent data: contra legem Calpurniam factum videri.* Ante hanc legem idem crimen Petillia & Cornelia, Bæbia, post eam Tullia, Pompeia & Iulia coercebatur.

CALPURNIA
MILITARIS.



APVD Nouium Marcellum Sisenna libro quarto historiarum scribit Calpurnia lege milites ciuitate donari concessum fuisse. quod de auxiliis intelligendum est, Non dissimilis est Gellia, de qua suo loco.

CANINIA DE MANVMSSIONIBVS.

Vidonda Fusia Caninia est.

CANVLEIA

CANVLEIA
DE CONNVBIO.

LIVIVS initio libri quarti scribit, M. Genutio, P. Curiatio Consulibus C. Canuleium Tribunum plebis rogationem promulgasse de connubio patrum, & plebis; ceteros Tribunos vno excepto, Vt populo potestas esset, seu de plebe, seu de partibus vellet Consules faciendi. Fucrat autem vetitū in duabus illis tabulis, quas De cōiuri altis ē Græcia allatis addiderunt, ne matrimonia inter eos cōmunita essent, quod & Liuius significat, & Dionysius dilucide scribit libro decimo antiquitatum. Itaque cū de vtraque rogatione magnis contentionibus ageretur, atque impediretur à Tribunis delectus; lex de connubio accepta est; & Tribunos militum Consulari potestate ex vtroque corpore patres creati passi sunt. Fuit is annus trecentessimus nonus, vt Liuius placet; alij anno ab eo discrepant. Dionysius in alterius Consulis nomine variat. Florus locorum Ianiculum enim plebem concessisse scribit. Sed & de tota connubij mentione Dionysius silet, cum cetera magna diligentia exequatur.

Dion. lib. 10.
antiquit.
Flor. lib. 1.
cap. 14. c.
Romanarū.

CASSIA
AGRARIA.

LIVIVS scribit libro secūdo Sp. Cassio tertium, Proculo Verginio Consulibus primum Agrariam legem esse promulgatam, nunquam postea sine maximis motibus agitatam. Namque cum esset fœdus ictum cum Hernicis, agrorum partes duæ essent adeptæ; inde dimidium Latinis dimidium plebi diuidebat, S. urius; adiciebat agri publici aliquantum, quem possideri a plebe non credebatur. Alter Consul largitioni resistebat auctoribus patribus, & plebe non munita, quod cum Latinis & Hernicis agrorum communiuitati regni suspicionem præberet. Itaque altera lege promulgata ab eo, vt pro Siculo frumento pecunia accepta populo redderetur, aspernata vtrique plebs est, auctorque eorum Cailius damnatus, necatusque est. Agrariz legis nomen sapius deinde à Tribunis tactatum, illas quoque turbas concitauit, quas in Liciniis & Semproniiis persequemur. Erat is annus Urbis ducentessimus sexagesimus octauus, ab exactis Regibus vicefimus quartus.

Viden. Dio-
ny. lib. 3.
Valer. lib. 5. cap.
2. & lib. 6. ca-
p. 1. Cic. pro
domo.

CASSIA TABELLARIA
DE IVDICIIS.

SECVTA post biennium Gabiniam de magistratibus mandandis Cassia est de populi iudicio. Ea à nobile homine lata est L. Cassio, sed dissidente à bonis, atque omnes rumusculos populari ratione aucypante. Hæc Cicero lib. tertio de legibus. Idem in Bruto scribit L. Cassium multum potuisse, non eloquentia, sed dicendo tamen; qui non

liberalitate, sed ipsa tristitia & seueritate popularis fuit. *Cuius quidem legi Tabellariae, inquit, M. Annius Briso plebis diu restitit. M. Lepido Consule adiunante. Eaque res P. Africano vituperationi fuit; quod eius auctoritate de sententia deductus Briso putabatur. Et postea: Iudicia populi, quibus audebat Carbo, iam magis patronum desiderabant tabella datus; quam legem L. Cassius Lepido & Mancino Consulibus tulit. M. Aemilius Lepidus Porcina, & C. Hostilius Mancinus Consules fuere anno sexcentesimo sexto-decimo, ut in Aemilia Sumptuaria scripsimus. Africani culpam indicat idem Cicero libro tertio: Cassia, inquit, legis culpam Scipio iuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur: tu si tabellariam tuleris, ipse praesulabis. De eadem lege in Laelio, & in Scetiana plura scribit. Nusquam tamen relatum inueni, in quo magistratu Calpurnius fuerit. Illius exceptionis in Caelia mentionem fecimus ut in perduellionis solo crimine non tabella, sed voce iudicium perageretur: quod illa lege abrogatum est. Hic est ille L. Cassius, qui identidem in causis quarebat & tenebat, cui bono fuisset, ut Alconius libro secundo in Verrem narrat & Cicero in Rosciana priore. A quo Cassiani iudices optimi quique & iustissimi appellati sunt.*

CASSIA
DE DAMNATIS.



M TULLIUS apud Peditianum in Corneliana scribit principium iustissimae libertatis Cassiam fuisse, qua lege sufragiorum vis potestasque conualuit, & alteram Cassiam, quae populi iudicia firmavit. Haec ita Peditianus interpretatur, ut de Tabellaria illa superiore, & de hac ipsa, qua de agimus, Tullius senserit: latamque fuisse dicit à L. Cassio L. F. L. Nigino, qui Consul cum C. Mario fuit anno Urbis sexcentesimo quadragésimo sexto. Is plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulisse dicitur: in quibus hanc. Ut quae in populum damnasset, cuius imperium abrogasset, in Senatu ne esset. Gerebat autem simultates cum Q. Caelio, qui ante biennium Consul fugerat; cui populus quod male aduersus Cimabros pugnalet, imperium abrogauerat. Haec Alconius; quem in his quae de Caelio scribit, memoria lapsum putauerim; cum Florus libro sexagesimo septimo eadem de Qu. Seruilio Caeptone scribat, quod ex Plutarcho in Mario, & Eutropio libro quinto cognosci potest: aut pro Qu. Caelio, Qu. Caeptone legendum est. Qu. vero Caelius Metellus, ne in Appulciam iuraret, in exilium abiit sexto Marij Consulatu.

Flor. lib. 69.
Appian lib. 1.
bell. ciu. Cic.
post reditu,
& pro Balbo,
& p. domo.

CASSIA
DE PATRICIIS.



C CAESAREM Dictatorem lege Cassia Senatorem patriciorumque numerum auxisse Cornelius Tacitus libro undecimo scribit. *Isdem inquit, diebus in numerum patriciorum adsciuit Claudius uerustissimum quemque e Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. paucis iam reliquis familiarum,*

patruus, ceterique legitimi ad pupillarem feminarum tutelam vocantur. Hanc esse Constantini constitutionem arbitror, quae lib. tertio Theodosianar. reperitur aliqua ex parte deminuta. *In feminis, inquit, tutelam legitimam consanguineus patruus non recuset.* Veror tamen ne non lex Claudia ad tutelam feminarum pertineret, de quibus Cicero in oratione pro L. Marcia & pro L. Flacco. Etenim veteri iure omnes mulieres propter infirmitatem consilij in tutorum potestate erant. Hanc perpetuam tutelam Seuerinus appellat libro secundo Topicorum Tullianorum; qua liberari mulieres dicit, cum in manum viri conuenissent. Sed tutela haec in usu non est, & nulla sexus in tutelis differentia est, modo in aetate pupillari sint.

vi. de. Liulius
infido lib. 14.

CLAVDIA

DE NAVIBVS.



CLAVDIVS Tribunus plebis, C. Flaminio, qui cum Cn. Seruilio Gemino eodem anno Consul iterum designatus fuit, legis suaeore tulit hanc legem, vt ne quis Senator, quive Senatoris pater esset, maritimam nauem, quae plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet. *Id satis habitum* (inquit Liuius in calce libri vicelesimi primi) *ad fructus ex agris vendendos; quae stusque omnis partibus indecorus visus est.* Erat is annus Vibis quingentesimus trigessimus quintus. De hac lege Cicero in libro de suppliciis in Verrem: *Noli, inquit, metuere Hortensi ne quaeram, qui licuerit adificare nauem Senatori. antiquae sunt istae leges, & mortuae, quemadmodum tu soles dicere.* Hoc idem lege Iulia repetundarum Senatoribus prohibetur.

l. de vaca. &
ca. ca. man.

CLAVDIA

DE SOCIIS.



LIIVS libro quadragesimoprimo scribit C. Claudio Ap. F. Pulcro, Ti. Sempronio P. F. Graccho Cos. anno Urbis quingentesimo septuagesimo sexto, legatos sociorum nominis Latini queltos esse in Senatu ciues suos plerosque Romam migrasse, deserere oppida, deserere agros, breui nullum militem dare posse: genera fraudis esse, quod lex sociis nominis Latini qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat, vt ciues Romani fierent. Hos ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibusque Romanis ea conditione vt man inuiterentur, mancipio dare, libertinorumque ciues esse quibusque stirpes deceret, ciues Romanos fieri per migrationem & censum. Itaque C. Claudius Cos. legem de sociis tulit, & edixit, Vt qui socij, ac nominis Latini si maioreve eorum M. Claudio, T. Quintio Censoribus, postque ea apud sociis nominis Latini ceteri essent, omnes in suam quisque ciuitatem ante Kal. Nouembres redirent, quae stus, qui ita non redissent, L. Mummi. Praeceptor est. Ad legem, & editum Consulibus, Sempronio Consul, a Flacco Consul, D. Dator, Consul, Interrex, Censor, Praetor, qui nunc est apud sociis, cum mancipio inuiteretur,

numitteretur, in libertatem vindicaretur, ut iusiurandū daret qui eum manumitteret, ciuitatis mutāde causā manu nō mittere; qui id non iuraret eum manumittendum non censuerunt. Hæc in posterum causa, iurisque dictio C. Claudio Consuli decreta est. Huic legi Licinia & Mucia similis fuit, de qua suo loco dicemus.

CLODIA ANNONIA

SIVE FRUMENTARIA.



CLODII, qui se P. Fonteio in adoptionem dedit, ut Tribunus plebis fieret, quatuor leges fuisse Asconius ait: Annonianam, quæ summe popularis fuit, Ut frumentum, quod antea populo semissibus ac tracentibus in singulos modios dabatur, gratis daretur: alteram de obnuntiatiōne tollēda: tertiam de collegiis: quartam de Censoria nota. Hæc in Tribunatu L. Calpurnio Pisone, A. Gabinio Cōsulibus tulit, post Romam conditam anno sexcentesimo nonagesimo quinto. Easdem Fonteias appellari posse facile dixerim; sed quia nusquam id nomen aut auctori legum, aut ipsis legibus inditum legi, magis frequentato usus sum. De hac nostra Cicero in Sextiana conqueritur quintam prope partem vectigalium remissis trientibus & semissibus ærarium perdidisse. In Apuleia autem diximus, C. Sempronij Gracchi de eadem re legem fuisse, qua frumentum hac modica pecunia dabatur; item Appuleium simile promulgasse; Clodium vero totam eam pecuniam sustulisse. Hanc liberalitatem Cæsares secuti sunt; quorum vestigia manent libro vndecimo Constitutionum ab Iustiniano collectarum.

Cicero in oratione de domo. A. G. in Pisonem.

C. de nauicula. & C. de canone fru. vr. Ro. & C. de fru. vr. cōst. & C. de fru. Alex. lib. 11.

CLODIA

DE OBNUNTIATIONE.



Hæc lege Æliam & Fufiam abrogatas fuisse antea scripsimus. Hac enim cauebatur, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo seruariet. Et quidem Gellius libro tertio decimo scribit in edicto Consulium, quod edicere solebant, quis dies comitiū centuriatis futurus esset, scribere solitos ex vetere forma, perpetua: NE QVIS MAGISTRATUS MINOR DE CAELO SERVASSE VELIT. Minores autem magistratus appellabant, quorum minora auspicia erant. Maxima auspicia Consulium, Censorum, sed Censores Consulibus aut Prætoribus, collegæ non fuerunt. Prætores Consulibus fuerunt. Itaque Censores tantum inter se & Prætores, Consulesque inter se turbabant, & retinebant auspicia. Sed quod maius imperium Consulium erat, quam Prætorum; Prætor Consuli non obnuntiabat, licet eius collega esset. Reliqui minores magistratus erant, qui tributis comitiis fiebant: nam maiores centuriatis. Hæc Gellius ex M. Messalæ Auguris de Auspiciis libro primo, & tertio decimo C. Tuditani. Hæc eadem de re Tullianæ leges extant præclaræ: VIS IN POPULO ABESTO. PAR, MAIORQUE POTESTAS PLUS VALETO. AST CUI TYRBASSITUR IN AGEN-

DO, FRAVS AVCTORIS ESTO. INTERCESSOR REI MALAE SALVTARIS CIVIS ESTO. QVI AGENT AVSPICIA SERVANTO. AVGVRI PVBLICO PARENTO. His omnibus fiebat, quod idem Tullius ait, vt licet nonnūquam bonis legibus impedimento mali ciues essent, tamen impediri bonam legem melius erat quàm concedi malas. Cetera in Ælia persecuti sumus. Huius legis Cicero mentionem facere videtur in Antoniana secunda his verbis: *Quisquam ne diuinare potest, quid vitij in auspicijs futurum sit; nisi qui de celo seruare cōstituit; quod neque licet comitijs per leges; & si quis seruauit, nō habitis comitijs, sed priusquam habeantur, debet nuntiare.*

C L O D I A
DE COLLEGIIS.

Cicero in Piso.
& pro Sexto.

l. vlt. D. de
collegiis.

TERTIA lege P. Clodius collegia restituit, à Senatu antea sublata; nouaque instituit, quæ Cicero ait innumerabilia fuisse, eaque ex omni fece Urbis, ac seruitiorum constituta. Sed si modus ea in re fuisset, sodalitates, collegiaque huiuscensuræ, dum ne quid ex publico iure corrumpant, & Solonis lege, & Duodecim tabularum permissa sunt. Qua de re in Duodecim plenus.

C L O D I A
DE CENSORIA NOTA.

QUARTA Clodij lex fuit, Ne quem Censores in Senatu legendo præterirent, neve qua ignominia afficerent; nisi qui apud eos accusatus, & vtriusque Censoris sententia damnatus esset. Hæc Pædianus. Cicero hac de re in Sextiana: *Consultibus illis tacentibus lata lex est, vt Censoria notatio, & grauissimum iudicium sanctissimi magistratus de Republica tolleretur.* Et in Pisonem: *Quadringentos annos iudicium rationemque Censoriam tenueramus: eam potestatem minuere, quominus de moribus nostris quinto quoque anno iudicaretur, ueno tam effuse pectulans conatus est.* De initio, & potestate Censoria in Æmia ex Liuiio libro nono scripsimus: ex quibus apparet aliquando imminutam quinquennalem potestatem, & non totos quadringentos annos Romanos ea potestate vsos. Eleganter quoque à M. Cicerone in oratione Cluentiana quanti notæ Censoriæ faciendæ essent, per scriptum est.

C L O D I A
DE VICTORIATIS.

Plin. lib. 11.
cap. 3.
Liuus lib. 41.

Varro. lib. 4.
de ling. Lat.



VICTORIATVM lege Clodia percussum esse. Plinius ait namq. antea ex illyrico aduectum mercis loco habitum fuisse; nomenque ex Victoria, qua signatus erat, habuisse scribit. Victoriæ ab eo dictam Varro significat, quod superati vinciantur; eamque cum corona & palma fingi, quod corona vinculum capitis est, palma autem ex vtraque natura vin-

natura vincta habet paria folia; vel quia (vt Plutarchus apud Gellium scribit) prementibus vrgentibusque non cedit. Valusius Mæcianus in libello de affe: *Victoriatas tantundem*, inquit, *valeat, quantum olim quinarus*. At peregrinus numus loco mercis, vt tunc tetradrachmũ & drachma habebatur. Denarius primo asses decem valebat, vnde & nomen traxit: *quinarius dimidium eius, id est, quinque asses, vnde & ipse vocatur: sestertius duos asses & semissem*. Nunc denarius sexdecim, *Victoriatas & quinarus octo, sestertius quatuor asses valeat*. Hæc Mæcianus, quæ magna ex parte cum Plinio conueniunt, & non aliena sunt ab Iustiniani constitutionibus. Quis autẽ huius legis auctor fuerit, quoque tempore ea promulgata sit, ignoramus.

A Gellius lib. 1. cap. 6.

l. vlt. C. de donat. p. p. ff. de succel. lib. bet.

CLODIA

DE SCRIBIS.

SVETONIVS auctor est Domitianum scribas Quæstorios ex consuetudine, sed contra legem Clodiam negotiâtes, venia donasse. De hoc scribarum ordine, Cicero in Frumentaria: *Ordo est honestus*, inquit, *quis negat? est vero honestus, quod eorum hominum fidei tabule publicæ periculaque magistratum committuntur*. Illic etiam persequitur eos, qui scribarum nomine quidquam detrahunt: vt omnis hæc nundinatio lege Clodia recte amota sit. De qua tamen lege nihil amplius accepi.

CORNELIA BÆBIA

DE AMBITV.

ANNO post Urbem conditam quingentesimo septuagesimo secundo P. Cornelius Lucij filius, Publij nepos Cethegus, M. Bæbius Q. F. Cn. N. Tamphilus Coniules leges de ambitu ex auctoritate Senatus ad populum tulerunt, vt Liuius scribit libro quadragesimo. Legis capita, aut prænam ipse non expressit: quod in Petilia, quæ prima de hoc crimine lata est, desideramus: item apud Florum libro quadragesimo septimo. Sed historici iurisperitorum munere fungi noluerunt, exstantibus præsertim tabulariis legum in arcu incisarum. De Calpurnia de ambitu antea dictum est.

Liui. lib. 7.

CORNELIA TESTAMENTARIA

NUMMARIA SIVE DE FALSO.

L. CORNELIVS Lucij filius Publij nepos Sulla Felix dictator perpetuus anno Vibis sexcentesimo septuagesimo primo factus est: in ea potestate pæne regia, multa constituit; quæ nos singillatim persequemur. Ac principio Pomponius refert quæstiones publicas cõstituisse de falso, de parricidio, de ficiariis; prætoresq; quatuor adiecit. De falso legẽ Macer Corneliã de testamentis, Iustinianus testamentariã & de falsis, Cicero testamentariã nummariã appellat. De qua Imperator ita scribit:

l. 2. p. cap. D. de orig. iur. l. 1. D. de pu. iud. in Inst. eo p. item l. Corn. C. de l. l. in Verem.

Item lex Cornelia de falsis, qua etiam testamentaria vocatur, pœnâ irrogat ei qui testamentum vel aliud instrumentum falsum scripserit, signauerit, recitauerit, vel subiecerit, vel signum adulterinū fecerit, sculpsit, expresserit sciens dolo malo. Eiusque legis pœna in seruos vltimum supplicium est, quod etiam in lege de sicariis & veneficis seruat, in liberos vero deportatio. A Coniunio in Prætura urbana Corneliam testamentariam nummariam interpretatur eam esse, quæ de moneta scripta esset: vt ne quis priuatus pecuniam faceret. Sed & Vlpianus eadem de re; Lege, inquit, Cornelia cauetur, vt qui in aurum vitiū quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos stauerit, falsi crimine teneatur. Eadē lege exprimitur, ne quis nummos stagnos, plūbeos, emere, vendere dolo malo vellet. Præerat huic muneri Triumuirū Monetales, auri, æris, argenti flandi, feriūdi gratia creati: de quibus Cicero in epistola ad Trebatium, & Pōponius libro singulari enchiridij. Ad hanc legem multa Iustinianus libro quadragesimo octauo Digestorum ex variis iuris interpretum locis collegit.

l. lege. D. de l.
Corn. de fal.

d. l. l. p. delo-
de eum effit.

CORNELIA.

DE SICARIIS ET VENEFICIS.

L. 1. D. ad l.
Corn. de sic.



LEGE Cornelia de sicariis & veneficis, inquit Marcianus, cauetur qui hominem occiderit, cuius ve dolo malo incendium factum erit, qui hominis occidendi, furtive faciendi causa cum telo ambulauerit, qui ve cum magistratus esses, publico ve iudicio præfesset, operam dedisset, quo quis falsum iudicium profiteretur, vt quis innocens conueniretur, condemnaretur. Præterea tenetur, qui hominis necandi causa venenum confecerit, dederit: qui ve falsum testimonium dolo malo dixit, quo quis publico iudicio rei capitalis dānaretur: qui ve magistratus iudex ve questionis sub capitalem causam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret. De veneno alio loco idē scribit cap. quinto eiusdē legis caueri, qui venenum malum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plecti. Cicero in oratione pro A. Cluentio hæc eadem legis verba refert: *tubei, inquit, lex ea, qua lege hæc questio constituta est, iudicē questionis cum iis iudicibus qui ei obtulerint, querere de veneno. In quem querere? In finitum est: QUICVNQUE FECERIT VENDIDERIT EMERIT HABVERIT DEDERIT. QUI VENENUM MALVM FECIT FECERIT. omnes viri, mulieres. liberi, serui in iudicium vocantur. Quid eadem lex statim adiungit? DE QUO EIVS CAPITE QVAERITO, QUI TRIBVNVS MILITVM LEGIONIBVS QVATVOR PRIMIS, QVIVE QVÆSTOR TRIBVNVS PLEBIS. Deinceps omnes magistratus nominauit. QVIVE IN SENATVM SENTENTIAM DIXIT DIXERIT: QVI EORVM COIT COERIT CONVENIT CONVENERIT QVO QVIS IVDICIO PVBLICO CONDENNETVR.* Hac parte equites Romani, qui in magistratu non erāt, non teneri, ex ipsis verbis defendit: eamque prius à C. Sempronio Graccho, deinde à L. Sulla latam non multo post significat. Item de falso testimonio eadem caueri: QVI COERIT CONVENERIT CONSEN- SERIT FALSVMVE TESTIMONIVM DIXERIT. De eo vero qui cum telo ambulauerit, idem in Miloniana: *Persapiēter, inquit, & quodammodo tacite dat*

L. j. cod. lib.

d. l. l. & l. j.
qui C. cod.

tacite dat ipsa lex potestatem defendendi, quæ non modo hominem occidi, sed esse cum telo hominis occidendi causa vetat. Huius criminis legisque pœnâ Iustinianus ait eandem esse, quæ in lege superiore, vt vltimo supplicio puniantur non serui tantum, vt supra scriptum est, sed homicidæ vltore ferro, venefici capite damnentur: quibus cõtingit eos qui artibus odiosis tam venenis, quam susurris magicis homines occiderint. Sed Marcianus Cornelix de sicariis pœnam fuisse ait, insulæ deportationem, & omnium bonorum ademptionem: solitos tamen postea capite puniri, nisi honestiores essent. Sicarios à sica, quem ferreum cultrum Iustinianus interpretatur, appellari constat. Teli vero appellatio latius patet: quidquid enim manu in aliquem mitti potest, comprehenditur. Iam vero Suetonius scribit C. Cæsarem in exercenda de sicariis quæstione eos quoque sicariorum numero habuisse, qui in proscriptione obrelata ciuium Romanorum capita pecunias ex zrario acceptant; licet Cornelius legibus exciperetur. Sed & Caius libro septimodecimo ad edictum prouinciale lege Cornelix caueri scribit vt de præmio accusatoris, qui requisit & renouauit eos seruos qui ex ea familia ante quæstionem fugissent, vt in singulos seruos, quos conuicerit, quinque aureos ex bonis occisi, aut si inde redigi ea quantitas non possit ex publico accipiat. *Preterea canetur, inquit, vt de his qui ante quæstionem habitam fuerint, si aperto testamento liberi scripti inueniantur, lege de sicariis iudicium fiat ita vt ex vinculis causam dicant, & conuicti perinde ac serui puniantur, & si qui conuicerit, deni aurei præmij nomine detur ex bonis damnati.* Hæc omnia latius in Digestis & Constitutionibus videre licet.

patet lex Cornelia de falsis in Iustit. de pub. lud. p. 116. Lex Cornelia de falsis. eod. tit. d. l. 1. in fin.

d. p. de sicariis. & l. si caletur. D. de verb. singul.

l. lege Curæ lla. D. de S. C. Silianis.

CORNELIA

DE PROSCRIPTIONE.



VM victis Marianis Sulla Urbem esset ingressus, & ciues cedendi finis nullus fieret, Qu. Catulus dixisse fertur Sulla: Cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus; Tū L. Sulla Fufidio primipilari auctore tabulam proscriptionis primus excogitauit. Ac principio octoginta tantum viros postea quadringentos proscripsit, vt Eutropius libro quinto scribit. Tulit autem de proscriptione legem, Vt qui proscriptum recepisset, capitale esset; nemine neque fratre, neque filio, neque parente excepto, qui proscriptum occidisset, siue seruum dominus, siue patrem filius interemisset, ei duo talenta mercedis nomine darentur. Proscriptorum quoque liberos honoribus priuauit, & bona proscriptorum publicauit, positaque hasta vendidit. Hæc Plutarchus in Cornelij Sullæ vita. Cicero in Rosciana priore, quæ tota ad hanc legem pertinet, dubitare videtur, Valeria ne, an Cornelia lex hæc de proscriptione appellanda sit. *Verum ego, inquit, hoc quæro, qui potuerunt ista ipsa lege, quæ de proscriptione est, siue Valeria est, siue Cornelia (non enim noui, neque scio) verum ista ipsa lege bona Sex. Roscij venire qui potuerunt? Scriptum enim ita dicunt esse, vt eorū bona ueneant, qui proscripti sunt, aut eorum qui in aduersariorū prædiis occisi sunt.* Dubitationis causa esse videtur, quod vt idem scribit, L. Valerius Flaccus

Cic. de lege agraria lib. 1. & de leg. lib.

Appian. lib. 3.
bell. civil.
Flor. lib. 89.

Interrex de Sulla Dictatore tulit, vt omnia quæcumque ille fecisset, essent rata vtque quem vellet ciuium indicta causa occidere posset: cum vero hæc omnes iniustissimæ essent, ac per vim latæ, contemnere eas Cicero, atque earum minus peritus videri vult. De eadem lege Cicero in Prætura urbana sensit, cum docet lege Cornelia proscriptum iuuari vetitum esse. Quod vero de proscriptorum liberis dicitur, sepius tentatum est vt abrogaretur: sed Cæsar eos primus ad Honores admisit, vt Suetonius scribit. Eadem lege arbitror agros publicatos quorundam municipiorum, & coloniarum, quæ Marianorum partes sequebantur, vt Cicero in Rullum tertia oratione ostendit.

CORNELIA

DE TRIBVNIS PLEBIS.

Flor. lib. 89.



Appian. lib. 3.
bell. civil.
Aico. in Cur
nel Cic. lib. 1.
de legib.

Gell. lib. 19.
cap. 12.

OC quoque Sullæ fuit aduersus plebeios, vt Tribuniciam potestatem multis modis minueret. Abstulit enim Tribunis ius legum ferendarum; quo iure omnem Rempub. conturbare solebant, lege præsertim Hortensia plebiscitis confirmatis. Abstulit honores alios, magistratusve habendi potestatem: quod postea C. Cotta Consul lege Aurelia lata restituit. Illud denique Tribunis solum reliquit, vt eum iniuriæ faciendæ potestatem non haberent, auxilium ferendi haberent facultatem. Atque ea plane causa fuit Tribunos creandi, vt auxilio essent ne cui iniuria fieret: quam obrem prehensionem habebant, vocationem non habebant. Extat Macri Tribuni plebis oratio ex historiis Salustij, qua lex hæc abroganda curatur. Enumerat autem, qui Tribuniciam potestatem aut relituere, aut euertere conati sint: de quibus in Sicilia dicemus. In ea oratione vim Tribuniciam telum à maioribus libertati paratum appellat, seruitutem vero eum rerum statum. Constat autem Cn. Pompeio Consule, neque Cæsare, neque M. Crasso altero Consule inuita Tribuniciam potestatem fuisse restitutam.

CORNELIA

SVMP TVARIA.



Lib. 2. cap. 14.

Lib. 2. Sat. 10.

SVMP TVARIAS leges Ammianus Marcellinus lib. sexto-decimo scribit, ex rhetris Lycurgi sumptas fuisse, diuq; obseruatas, & iam senescentes reparasse Sullam Diodorus Siculus libro duodecimo bibliothecæ, Zaleucum omnium optimas Loerensibus tulisse, quibus & conuiuia & sodalitates coercuit; & aureis anulis aut delicatis vestibus vti vetabat, exceptis mæchis, aut lenonibus; mulieres vna plus ancilla vti, nisi temulenta foret item domo noctu egredi ne liceret, nisi ad amorem iret. Ita prius magnum crimen confiteri oportebat, quam deliciis sumptibusque operam darent, quibus ad illa facilis aditus pateret. Sed vt ad Corneliam redeamus, ea cenarum sumptus coerceretur. Namque vt Gellius scribit, Kalendis, Nonis, Idibus, atque ludorum diebus, feriisque quibusdam, solennibus, sesteritiis tricenis cenam parare ius potestasque

potestasque erat; ceteris tantum ternis. Macrobius hac lege non magnificentiam conuiuorum prohibitam fuisse ait, sed minora pretia rebus venalibus imposita. Plutarchus Sullam non solum de sumptibus cenarum, sed de funerum quoque sumptibus leges tulisse scribit, quas postea facile migrauerit. Hanc legem secuta *Æmilia* est, de qua antea scripsimus.

In Sulle

CORNELIA

IUDICIARIA.

DEM L. Sulla equites Romanos, quos primus. C. Sempronius Gracchus lege lata iudices fecerat, iudicare vetuit; & in Senatorum potestatem iudicia restituit. Decem solos annos iudicauerunt, vt Cicero in Verrinis scribit. Aurelia enim lege tribus ordinibus Senatorū, Equitum, & Tribunorum ærariorum iudicia commissa sunt.

CORNELIA

DE ORDINE MAGISTRATVVM.

SIVE hic magistratuum gerendorum ordo à Sulla constitutus lege lata sit, siue id sine lege seruari voluerit, Appianus scribit non antea Prætorem, quam Quæstorem, neque antea Consulem, quam Prætorem fieri permisisse. Item intra decennium nemini eundem magistratum dari iussisse. De Quæstura idem Vlpianus scribit, ingressum esse & primum gerendorum honorum, sententiæque in Senatu dicendæ. Tulliana tamen lex Ædilibus hoc tribuit, vt is primus ascensus sit ad honoris amplioris gradum. Et in Verrinis paulo amplius quam priuatum Ædilem se vocat, licet Quæstor antea in Sicilia fuisset, Itaque sic constituendum est. Quæstores primo, postea Ædiles, deinde Prætores, postremo Consules veteres magistratus constituisse. His ætatem Annali lege certam fuisse constitutam constat, vt in Julia Annali scribemus. De decem annis Liius libro septimo. *Apud quosdam, inquit, inuenio L. Genuitium Tribunum Plebis tulisse ad populum ne sœnerare liceret. item aliis plebiscitis cautum, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet; neve duos magistratus vno anno gereret; vtique liceret Consules ambos plebeios creari.* Ea lege Florus scribit libro quinquagesimo sexto Scipionem Æmilianum solutum fuisse secundo consulatu, priori vero Annali. M. Tullij lex illa est ex legibus translata: *EVNDEM MAGISTRATVM NI INTERFERINT DECEM ANNI NE QVIS CAPITO. AFVITATEM ANNALI LEGE SERVANTO.* Huc quoque pertinet, quod in M. Ioniana de P. Clodij petitione scriptum est, qui suo anno relicto, Præturam proximo petiit. & Philippica x. *Qui ex Ædilitate Consulatum petiit, solnatur, inquit, legibus.*

L. vii. D. de
offic. Quæst.
Cic. lib. 1. de
legib.

CORNELIA

DE SOLVTO LEGIBVS.

AFC lex non à Sulla, sed à C. Cornelio Tribuno plebis lata est. C. Calpurnio Pisone, M. Acilio Glabrione Consulibus, post Romam conditā anno sexcentesimo octogesimosexto.

D iiij

Hic postea accusatus maiestatis, quod intercedente collega legis codicem acceperat ab scriba, & legerat defensus est à M. Tullio duabus orationibus, quæ hodie non exstant. Alconij interpretatio exstat, qua quid hac lege contineretur cognouimus. Antiquo iure cautum erat, ne quis nisi per populum legibus solueretur: & in omnibus senatusconsultis, quibus aliquæ legibus solui placebat, adiciebatur, vt de ea re ad populum ferretur. Sed postea & ferri desitum est, & nonnunquam ne de rogatione quidem ad populum ferenda in Senatusconsultis adiciebatur & Senatusconsulta per paucos fiebant. Itaque C. Cornelius primo tulerat, Vt ne quis nisi per populum legibus solueretur; id cum obtinere non potuisset, contentus fuit ea lege, Vt ne quis in Senatu legibus solueretur, nisi ducenti adfuisent; neve quis cum solutus esset, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur. Vlpianus libro tertiodecimo ad legem Iuliam & Papiam principem legibus solum esse scribit, Augustam non esse. Id etiam per populum fieri olim solebat lege Regia lata, de qua postea. Sed mihi antiqua illa lex, quam Duodecim tabularum fuisse arbitror, magis è re publica fuisse videtur, vt cum populus legis condendæ solus potestatem haberet, idem abrogandæ legis, atque aliqua ex parte ei derogandæ potestatem haberet. Idem de principe dicendum est; modo vterque non leui de causa moueatur.

*l. princeps.
D. de legib.*

*l. de quibus.
D. de legib.
l. Barbarus.
de offic. pret.
l. vi. C. de le-
g. l. digna. c.*

CORNELIA

DE EDICTIS PERPETUIS,

*l. 3. p. eodem
tempore, D
de orig. iur.*

*Lius autè ci-
uile. D. de ius-
titia. & iure.
In Instit. de
actio. p. sed i-
tæ quidem.
l. u. D. de bon.
liber.*

*In Instit. de
perpe. & cõp.
act. in prin-
cip. lib. 3. in
Verrem.
l. 3. p. sed quia
diuina C. de
ver. iure enu-
l. si quis fer-
uum. C. de
cond. indeb.*



DEM tulit, vt Prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent: quæ res gratiam ambitiosis Prætoribus, qui varie ius dicere assueuerant, sustulit, vt Peditanus scribit. Nemo est qui ignoret Prætores edicta proposuisse, vt scirent ciues, quod ius de quaque re quisque diciturus esset. id ius Prætorium, vel Honorarium dicitur; quod Prætores introduxerunt, adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuili gratia, propter utilitatem publicam. Hinc Publiciana actio appellata est, quam Publicus Prætor primus in edicto proposuit: Primus quoque Rutilius edixit se amplius non daturum patrono, quam operarum & societatis actionem: posteriores Prætores certæ partis bonorum possessionem pollicebantur. Itaque singulorum edicta, dum ipsi in magistratu erant, seruabantur: quorum cum intra annum esset imperium, Prætoris edictum legem annuam appellabant. Actiones quoque tanto tempore durabant. Sed siue hac lege iuberentur sibi constare, & non varie edicta eodem anno proponere; siue vt eodem pacto omnes translaticii edictis vterentur, quod Hadriano & Saluio Iuliano deberi multi putant; constat Iulianum perpetuum edictum collegisse, idque ab Hadriano Imp. edicto atque Senatusconsulto confirmatum. Sed fieri potuit, vt quod à Cornelio constitutum est, vñ receptum non sit; aut cum ne ea quidem lex tolleret veterum edictorum varietatem, Hadriano restituere optimam hanc iuris partem operæpretium esse visum sit.

NVLIVS libro quadragesimosecūdo Digestorū sic scribit: *Lege Cornelia testamenta eorum qui in hostium potestate decesserint, perinde confirmantur, ac si qui ea fecissent, in hostium potestatem non peruenissent; & hereditas ex his ad vnumquemque pertinet.* Quæ ita intelligenda sunt, non vt testamentum, quod is apud hostes fecit, valeat (nam id ne illo quidem domum redeunte valet) sed quod antea, dum in ciuitate esset, fecit; si illic decesserit, valeat ex lege Cornelia; sin autem redierit, iure postliminij. Paulus quoque libro singulari ad legem Falcidiam scribit, ad eos quoque pertinere, qui apud hostes moriuntur, propter legem Corneliam, quæ perinde eorum testamenta confirmat, atque in ciuitate decessissent. Addit Iulianus, bona eorum qui in hostium potestate decesserint, siue testamenti factionem habuerint, siue non habuerint, ad eos pertinere, ad quos pertinerent, si in hostium potestatem non peruenissent. *Idemque ius, inquit, in eadem causa omnium rerum iubetur esse lege Cornelia, que futura esset, si hi de quorum hereditatibus & tutelis constituebatur, in hostium potestatem non peruenissent.*

l. lege Gotth. D. qui testa. fa. post.

In Inst. quib. nō est post. fac test. §. vii. l. i. p. lex Falc. D. ad l. Falc. l. bona. D. de captiu.

CORNELIA
 DE INIURIIS.

HVIVS legis auctorem Sullam putamus ex verbis Venulei Saturnini. Illud Vlpianus scribit, ex hac lege iniuriarum agere posse, qui se pulsatum, verberatumve, domumve suam vi introitam esse dicat. Eadem lege caueri ait, vt non iudicet, qui ei qui agit, gener, focer, vitricus, puerignus, sobrinusve est, propiusve eorum quæq; ea cognatione adfinitateve attinget, quive eorum eius, parentisve cuius eorū, patronus erit. Permittitur autem actori iusurandum deferre, vt reus iuret iniuriam se non fecisse. Paulus vero libro quinto sententiam scribit. *Iniuriarum actio ex lege Cornelia constituitur, quotiens quis pulsatur, vel cuius domus introitur ab his qui vulgo derectarij appellantur, in quo extra ordinē animaduertitur.* Derectarij sunt, qui in aliena cenacula se dirigunt furandi animo, qui plus quam fures puniendi sunt. Hæc itaque lex ad illos tres casus pertinet, alix iniuriæ aut legibus Duodecim tabularum, aut Prætoris edicto coercentur.

l. hos accusare in h. de ac. cau. l. lex Cornel. D. de iniur. Vide hæc in ea. ad l. l. de adul. & p. sed & lex C. in Inst. de iniur.

l. v. D. de extraord. crimin. l. j. de offi. a. & capil.

CORNELIA
 MAIESTATIS.

INCERTVS etiam huius legis est auctor. Tantum enim reperio C. Cornelium hac lege fuisse accusatum, L. Aurelio Cotta, L. Manlio Torquato Consulibus, quod intercessionis collegæ Tribunus plebis non obtemperauerit. defensio tamen à Cicerone est, & absolutus magno numero sententiarum, vt Alconius refert. In Pifo-

nem quoque ita scriptum est: *Mitto exire de provincia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi aut Senatus accedere: quæ cum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia Maiestatis, Iulia de pecuniis repetundis planissime vetant.* Et in epistola ad Lentulum de eadem Ciceronem sensisse existimo illis verbis: *Quoniam ex Senatusconsulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in Urbem introisset.* & in alia ad Ap. Claudium de triginta diebus, qui ad decedendum de provincia lege Cornelia constituti essent; item alia de sumptibus quam maxime ad legem Corneliam legati decernendis. Ex quibus arbitror totam rem provinciam hac lege constitutam; ne specie imperij legitimi, quiddam contra Rempublicam novaretur.

CORNELIÆ
INCERTÆ.

DE repetundis fortasse lex quoque Cornelia fuit, ex illis verbis Ciceronis in oratione pro Rabirio Postumo; *Iubet lex Iulia persequi ab his, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus sit, pervenerit.* Hoc totidem verbis translatum caput est, quot fuit non modo in Cornelia, sed etiam ante in lege Seruilia. Eodem quoque pertinere potest, quod libro quarto in Verrem idem scribit, leges Cornelias ne recitandi quidem amplius, quam trium iudicum facere potestatem.

1. in quibus
D. de aleato.

DE LVDIS. Marcianus libro quinto regularum scribit ex lege Titia, & Publicia, & Cornelia sponsonem facere licere in his ludis, qui virtutis causa fierent.

DE PLAGIARIIS. Apuleius libro octavo: *Crimen, inquit, legis Corneliæ incurram, si ciuem Romanum pro seruo tibi vendidero.* De hoc crimine in Pabia videndum est. Hæc itaque sunt, quæ de Corneliis legibus certis incertisque reperimus.

DECIA
DE DVVMVIRIS NAVALIBVS.

IUNIO Bubulco Bruto tertium, Q. Emilio Barbula iterum Coss. duo imperia dari cepta sunt per populum pertinentia ad rem militarem: alterum vt à populo crearentur Tribuni militum, de quibus in Atilia Marcia vidimus: alterum vt Duumuiros nauales classis ornandæ reficiendæque causa idem populus iuberet. M. Decius Tr. Pl. ad plebem id tulit. Hæc Lilius lib. 1x. Ante primum bellum Punicum Romani nullam pæne rei maritimæ operam dabant, terrestria bella finitimorum magno animo atque industria gerebantur. Primus C. Duilius Consul naualem de Siculis, & classe Punica egit triumphum Kalêdis Intercalaribus, anno Urbis quadringentesimo nonagesimo tertio, post vnum & quinquaginta annos quam hæc lex lata est. Tum primum classem ædificatam Polybius lib. primo scribit; antea sociorum classe utebantur. Itaque leue fuisse illorum Duumvirum officium crediderim.

DIDIA

DIDIA

SVMP TVARIA.



OST decem & octo annos quam lex Fannia lata est, hoc est, anno Urbis sexcentesimo decimo, Ap. Clau. Pulchro, Q. Metello Macedonico Consulibus hanc legem esse latam Macrobius libro tertio scribit: Vt eadem lege vniuersa Italia teneretur; vtque non solum qui prandia, cenaeve maiore sumptu fecissent, sed etiam hi qui ad ea vocati essent, aut eis interfuissent, poenis eiusdem legis tenerentur. Secuta est hanc legem Licinia, de qua suo loco videndum erit.

DOMITIA

DE SACERDOTIIS.



ERTO C. Marij Consulatu, vt Paterculus ait libro secundo, Cn. Domitius Tribunus plebis tulit, vt Sacerdotes, quos antea collega sufficiebant, populus crearet. Dion tamen scribit libro trigesimo septimo Sullam hanc legem abrogasse, & Cicerone Consule per Labienum restitutam. De hac lege Cicero in quadam epistola ad M. Brutum ita scribit: *Ciceronem nostrum in vestrum collegium cooptari volo, existimo omnino absentium rationem Sacerdotum comitiis posse haberi: nam etiam factum est antea. C. enim Marius cum in Capadocia esset lege Domitia factus est augur, nec quominus id postea liceret, vlla lex sanxit.* Eodem loco Iuliz de Sacerdotiis mentio fit, de qua postea.

Videnda oratio in Kullum. Cic. & Suet. in Nerone.

DVILIA DE TRIBVNIS

PLEBIS ET PROVOCATIONE.



VO anno Verginiae caedes Decemvirosum, qui legibus scribendis erant creati, imperio finem attulit; plebis secessionem in Auentinum, Sacrumque montem Tribuni plebis creati sunt: in quibus M. Duilius, qui insignem Tribunatum ante Decemviros gesserat, & L. Icilius. Is statim plebem rogauit, plebesque sciuit, ne cui fraudi esset secessio. Duilius de Consulibus cum provocacione creandis rogationem tulit. Creati sunt valde populares L. Valerius, M. Horatius, qui leges Sacratas tulere; Vt quod tributum plebs iussisset, populum teneret; item de provocacione, Ne quis vllum magistratum sine provocacione crearet: qui creasset, eum ius fasque esset occidi; denique de Tribunis, Vt qui eis nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset. Tum M. Duilius Tribunus plebe rogauit, plebesque sciuit; Vt qui plebem sine Tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocacione creasset, tergo ac capite puniretur. Id partim Consulari lege sanciebatur, partim superioribus consequens erat. Cicero libro tertio prioris partis legem finxit: *SANCTIQUE SVNTO, NEVE PLEBEM ORBAM TRIBVNIS RELINQVYNTO.* Ad hanc legem pertinet quod Cellius ait lib. tertio, Tribunos plebis nullum diem abesse Roma licere: ne si omnes abessent, plebem sine Tribunis relinquerent.

Liui. lib. 9

Quod vero de prouocatione dictum est; id in Dictatore negligi cœpit, T. Quinzio Capitolino sextū, Agrippa Menenio Lanato Consulibus, vt Liuius scribit libro quarto. Annus is erat trecentessimus quartusdecimus post Romam conditam, cum ante decem annos leges de prouocatione latæ fuissent.

DVILIA MENENIA

FENEBRIS VNCIARIA.

Call lib 16. c. 11. Sez. Pbp. verbo fenus. Non. de pp. fetm.

F N Varronis sententiam itum est, fenus à fetu dictum esse, quasi pecunia eos fructus pariat, vt apud Græcos *Θαρος, ἀπὸ τοῦ τρι-
ρῆ*. Hinc fenebres leges dici, quæ de huiusmodi nummorum fetu latæ essent, Pompeius scribit, Liuius vero libro septimo C. Marcio Rutilo, Cn. Manlio Consulibus de vnciario fenore à M. Duilio, L. Menenio Tribumis plebis latum esse anno Vrbs trecentesimo nonagesimo sexto. Eam vsuram leuem fuisse ex parum lato vultu patrum, & cupiditate plebis apparet. Cumque semilles esse vsuras sciamus in singulos annos, inque denarios centenos, denarios senos, & eadem ratione trientes, beslesque vsuras interpretemur; semper vnciarias centesimi nummi in annos singulos interpretatus sum. Non desunt tamen quibus placeat centesima ipsa vsura, sed menstrua, eo præsertim argumento, quod ad semunciarum fenus post decem annos redacta sit. T. Manlio Torquato, C. Plautio iterum Consulibus. Tacitus libro quinto in Duodecim amplius vnciario fenore exigi prohiberi; Tribunitia rogatione ad semuncias redactum; postea vetitam versurâ; postremo Cæsarem Dictatorem tulisse de modo credendi, ac possidendi intra Italiam. Hæc Taciti, opinio nonnihil à Liuij historia discrepat. Sed & ipse Liuius in calce eiusdem libri: *Inuenio apud quosdam, inquit, I. Genucium Tribunum plebis tulisse ad populum ne fenerare liceret.* Eius legis Appianus libro primo mentionem facere videtur, cum de morte A. Sempronij Afelli Prætoris scribit, de qua Florus libro septuagesimo quarto. Sed hæc in Genucia, & in duodecim plenius.

FABIA

DE PLAGIARIS.

1 uó Ration. in fine. D. de lege Fab. de plag. Paulus lib. 1. Gentiliar. † inuindd. P. F. † inuindd. P. F. L. 1. & 1. D. de libero hom. exhib. Paul. ubi supra. L. vi. D. & C. ad l. Fab. de plag. 1. 1. D. addit.

H AC lege cauetur, vt Callistratus ait, *Vt liber homo, qui hominem ingenuum, vel libertinum inuito celauerit, vinculum † habuerit, emerit, sciens dolo malo; qui ve in earum quare socius erit; quique seruo alieno, serue ve persuaserit, vt à domino dominare fugiat; vel eum, eam ve inuito vel insciente domini dominare celauerit, vinculum † habuerit, emerit sciens dolo malo; qui ve in ea re socius erit; eius pœna teneatur.* Datur autem interdictum, quod de libero homine exhibendo dicitur, vt exhibeat is qui detinetur. Lege Fabia pœna nummaria crimen coercetur. Ea tamen pœna in vsu esse desinit; & pro delicti modo maior minorve infligitur; nonnunquam gladio aut metallo rei plectuntur. Marcianus hæc eiusdem legis verbarefert: **SI SCIENS DOLO MALO HOC FECERIT**; propterea quod

quod bona fide mancipium possidens non punitur. Eiusdem legis Cicero in Rabiriana perduellionis mentionem facit: neque extat antiquior huius legis memoria. Addit Paulus lege Fabia prohiberi seruum, qui plagium admittit, pro quo dominus pœnam intulit, intra decem annos manumitti, mortis tempore, non testamenti facti numerandos.

l. lege Fabia.
D. de manu.
l. in bello p.
si deportatū
de captiu.

FALCIDIA

TESTAMENTARIA.



Palcidius Tribunus plebis, L. Antonio, P. Seruilio Isaurico iterum Consulibus, anno Urbis septingentesimo duodecimo legem tulit de testamentis. Cuius duo capita Paulus libro singulari ad eandem legem refert. *Lex Falcidia*, inquit, *lata est, quæ primo capite liberam legandi facultatem dedit usque ad dodrantem his verbis: QUI CIVES ROMANI SUNT, QUI EORVM POST HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM FACERE VOLET: VT EAM PECVNIAM EASQVE RES QVIBVSQVE DARE LEGARE VOLET IVS POTESTASQVE ESTO. Secundo capite modum legatorum constituit his verbis: QVICVNQVE CIVIS ROMANVS POST HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM FACIET, IS QVANTAM CVIQVE CIVI ROMANO PECVNIAM IVRE PVBLICO DARE LEGARE VOLET IVS POTESTASQVE ESTO, DVV ITA DETVR LEGATVM NE MINVS QVAM PARTEM QVARTAM HEREDITATIS EO TESTAMENTO HEREDES CAPIANT, EIS QVIBVS QVID ITA DATVM LEGATVMVE ERIT, EAM PECVNIAM SINE FRAVDE SVA CAPERE LICETO: ISQVE HERES QVI EAM PECVNIAM DARE IVSSVS DAMNATVS ERIT, EAM PECVNIAM DEBETO DARE QVAM DAMNATVS EST.* Hac lege consultum est heredibus, quibus ex verbis legis Duodecim tabularum minime erat cautum, si testatores totam hereditatem legatis exhaustissent. Ac licet Furia & Voconia modus esset legatis adhibitus, ne plus vni legatario, quam heredi, neve cuiquam plus mille aureis nummis legaretur: plenius consultum est hac lege. Quid enim si pluribus minutis legatis patrimonium consumpsisset; Eusebius tamen in ea opinione est, vt quæ de retinenda quarta portione dicuntur, tum vera sint, cum quatuor aut pauciores heredes sunt: at si plures, tunc semissem retinere possint. Quo iure portio filiis debita ex Iustiniâni constitutione datur. Ego tamen Eusebio non facile crediderim. Illud constat; si excesserit dodrantem testator, pro rata portione legata per legem ipso iure minui: sed detrahendum esse quod extra bonorū quantitatem est, deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet. Nā si quingenta legauerit, qui habebat quadringenta, prius quinta, postea quarta pars detrahi debet. Jam vero si velit testator omnia sine huius legis diminutione, vti dilucide testamento scripta sunt, dari; veteri quidem iure nō obseruabatur. Iustiniano piū visum est testatoris voluntatem exsequi. Longum esset omnia persequi, quæ in omnibus Iustiniani libris hac de lege conscribuntur. Ad legem Falcidiam Rutilius Maximus librum singularem scripsit, & Julius Paulus alterum, ex quibus aliquot extant in libris Digestorum capita.

Dion lib. 48.
Suidas, Euse.
in chron. Iu-
dorus lib. 5.
etym. c. quæ-
dam dist. 2.
L. D. ad Falc.

si Instit. de
lege Falc. in
princip. vbi
Theoph. vi.

Euse. in chro.

Nov. 18. Au-
thē. de trien.
& sem.
l. in quanti-
tate. in fi. D.
ad L. Falc.

L. quod in
bonis p. 1. D.
ad L. Falc. No.
7. c. 2. Aoth.
de hered. &
Falc. p. si. ve-
ro expressim.
l. si heres cō-
cum. D. de le.
1. l. 1. & 3. ad L.
Falc. l. ideo-
que de ritu
nupt. l. grege
de leg. 1. l.
quod. dicti-
mus. de ritu
nupt.

FANNIA.

SUMPTUARIA.

cap. 14.

EILIVS libro secundo Noctium ex Atei Capitonis collectione refert, *Senatus decretum vetus C Fannio Strabone, M. Valerio Messalla Coss. factum, anno urbis quingentesimo nonagesimosecundo, quo iubentur principes civitatis, qui ludis Megalensibus mutarent, id est mutua conuiuia agerent, iurare apud Consules verbis conceptis non amplius in singulas cenas sumptus esse facturos, quam centenos vicenosque aris, præter olus, & far, & vinum, neque vino alienigena, sed patrio vsuros, ueque argenti in conuiuio plus, quam libras centum illaturos. Post id Senatusconsultum legem Fanniam fuisse latam, qua ludis Romanis, uicem plebeis, & Saturnalibus, & alijs quibusdam diebus in singulos dies centenos asses iussum concessit, decemque alijs diebus in singulis mensibus tricenos, ceteris denos. Athenæus libro sexto legem Fanniam plures tribus conuiuas præter domesticos adhibere, iundinis tamen, quæ ternis singulis mensibus fuerint, plures quinque vetare scribit. Cibaria denis sestertiis emi permitti, carnis vero aridæ non plus quindenis libris in singulos annos in sumiterra uero nata, uti olera & legumina lege permissa, non abstimanda. Pilius libro decimo naturalis historix sic scribit: Gallinas saginare Deliaci capere. hoc primum antiquis cenarum interdicitis exceptum inuenio iam lege C. Fannij Consulis, undecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid uolucrum poneretur, præter unam gallinam, quæ non esset altitilis. quod deinde caput translatum per omnes leges ambulauit. Et Tertullianus: Quoniam ille, inquit, leges abierunt, sumptum & ambitionem comprimentes quæ centum aris non amplius iu cenam subscribi iubebant, nec amplius quàm unam inferri gallinam, & eam non saginatam. Video enim centenarias cenas à centenis iam seculis ijs dicendas. Hanc legem, ut Macrobius scribit, C. Titius suauis, lata autem est duobus & viginti annis post Orchiam, quæ prima de cenis lata est, qua numerus conuiuiarum præscribebatur. Ingenti autem omnium ordinum consensu peruenit ad populum. Eo enim res redierat, ut Samnionicus Serenus à Macrobio relatus scribit; ut gula illecei plerique ingenui pueri pudicitiam & libertatem suam uendiderent, plerique ex plebe Romana uino madidi in comitium uenirent, & ebrij de Reipub. salute consulerent. Fanniam post annos decem & octo Didia est consecuta, de qua antea scripsimus. De terra natis, quæ ut Athenæus ait, lege excipiebantur, exstat elegans Ciceronis ad Gallum epistola: Lex, inquit, sumptuaria, quæ uidetur licet uti atulisse, et mihi fraudi fuit. Nam dum uolunt isti laui terra nata. quæ lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, beluellas, herbas omnes ita conduunt, ut nihil possit esse suauius. Ita ego, qui me adireis, & murgenis facile abstinebam, à beta etiam & malua deceptus sum.*

FLAMINIA AGRARIA.

Post. lib. 1.
C. in Lucul.
10, & in Bru.
10.



MEMILIO Lepido, M Publicio Malleolo Coss. anno post Romam conditam quingentesimo uigesimo primo C. Flaminus C. F. Tribunus plebis, qui postea bis Consul & Censor fuit, & ad Thrasimenum occisus est, legem tulit, utager

Pict. 10,

Picenus, vnde Senones Galli fuerant expulsi, militibus diuideretur. Tullit eam legem tum Senatu, tum omnibus optimatibus perinuitis, quem pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit. Templum dicebatur locus augurij aut auspicij causa quibusdam conceptis verbis finitus. Eam tamen legem fuisse perlatam Polybius ostendit, qui ea de causa Gallicum bellum excitatum fuisse scribit, quod viderent Galli non de gloria, sed de præda Romanos contendere.

Cic. lib. 6. de inuic.

Vstro lib. 6. d. leg. Lat. Gel. lib. 14. c. 7. Sex. Pomp. verba. con- templari. & verbo mino- ra templa.

FRUMENTARIÆ LEGES.

De his in Appuleia, Clodia, Octauia, & Semproniam.

FVFFIA CANINIA DE
TESTAMENTARIA MANVMSSIONE.

PAVLVS in calce libri quarti sententiarum scribit lege Fuffia Caninia caueri, vt certus seruorum numerus testamento manumittatur: à duobus vsque ad decem, pars dimidia: à decem vsq; ad triginta, pars tertia: à triginta ad centum, pars quarta: à centum ad quingentos, pars quinta: plures quam centum manumitti non possit. Addit Caius lib. primo institutionum nullam esse eorum manumissionem, qui supra eum numerum testamento manumittuntur: itaque nominatim eis libertatem relinqui oportere, & ordinem testamenti sequendum. Sed & si pro nomine artificum, aut officium serui scribas; ex Senatusconsulto Orphitianò, vt Paulus scribit, perinde libertas competit, ac si nominatim data sit: nisi forte plures sint; nam impediunt se serui, tum, cum confuse nominantur. Hac de causa rectè Iustinianus scribit: *Libertas incerta persona non videbatur posse dari, quia placebat nominatim seruos liberari.* Idem tamen Imperator hanc legem constitutione sustulit, neque minus voluit dominos testamento, quam viuos omnibus seruis suis libertatem relinquere. Ad hanc legem Paulus librum singularem scripsit, ex quo aliqua in Digestorum libris referuntur, huic legi accommodata.

Vide. Vopisc. in Tacito.

In Instit. de legn. p. libes. l. vnica. C. de lege Fuf. can. tot. & in Inst. eod. titu. l. si quis eum D. de cond. & demonst. l. potestatis. de verb. u. g. o. i.

FVFFIA INCERTA.

TICERO in Prætura Urbana: *Cedo mihi leges Atinias, Fufias, Fufias, ipsam, vt dixi, Voconiam, omnes præerea de iure civili: hoc reperies in omnibus statutis iuris, quo post eam legem populus vtatur.* Alconius, *l. i. c. omnes, inquit, de iure civili sunt: nihil continent criminum capitalium, publicique iudicij.* Fuffia familia plebeia fuit. Consulatum habuit ex ea primus Q. Fuffius, Q. F. C. N. Calenus, eius collega fuit P. Vatinius, odium populi Romani, anno septingentesimo sexto. Itaque hanc legem Tribuniciam fuisse arbitror. Illa enim Ciceronis longius ab eo tempore absunt. Quintus quidem certe pater Caleni laudatur à Cicerone in Antoniana octaua.

FVRIA

TESTAMENTARIA.

Theoph. in
Instit. de l.
lalc. in prin.



VLIT apud maiores nostros, inquit Cicero pro Balbo, legem C. Furius de testamentis: tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus: quas Latini voluerunt, asciuerunt: Legge Furia, vt Theophilus ait, iuebatur vni legatario non amplius mille aureis nummis legari posse. Qui plus accepisset, id quod plus esset, quadruplicatum restitueret. Hæc lex abrogata est lege Falcidia lata. Quantam enim cumque pecuniam dari legarive permissum est; dummodo ex eo testamento quarta portio hereditatis apud heredem maneret.

l. i. D. ad leg.
Falc.

FVSIA

DE OBNUNTIATIONE.



Vt malam rem nuntiat, obnuntiat: qui bonam, annuntiat. Et proprie obnuntiare dicitur augures qui aliquid mali omnis, seuumque viderint. inde etiam etymologia huius verbi est. Hæc Ælius Donatus in Adelphis. Fuit autem obnuntiatio duabus legibus Ælia & Fusia cõfirmata. Ceterum prope annos seruatq; hæc leges fuere, sed lege Clodia. L. Pifone, A. Gabinio Cõsulibus abrogatæ sunt.

GABINIA TABELLARIA

DE MAGISTRATIBVS.



ICERO libro tertio de legibus scribit quatuor leges Tabellarias fuisse, quibus populo permittebatur suffragium non voce, sed tabella ferre. In quo magnam iacturam nobilitas fecit, propterea quod qui palam repugnare non auderent, per tabellam quiduis efficiebât. Prima Gabinia fuit de magistratibus mandandis, lata ab homine ignoto & sordido Gabinio Tr. Pl. anno Vrbs sexcentesimo quartodecimo, Cn. Calpurnio Pifone, M. Popilio Lænatæ Cõsulibus. Biennio post Cassia lata est de populi iudicio. Papiria tertia fuit de legibus: extrema Cœlia de perduellionis iudicio, quod solum lege Cassia excipiebatur. Ita factum est, vt omnia quæ ad populum pertinerent, suffragio decernenda tabella à popularibus viris circumferrentur. Nam præter leges & magistratus mandandos, & iudicia publica, nihil populo Romano relinquitur.

Cicero L. 3. de leg.

Polyb. lib. 6.
Dionys. lib. 1.

GABINIA

DE LEGATIONIBVS.



DE M Cicero libro secundo epistolarum ad Q. fratrem scribit lege Gabinia sanctum esse, vt ex Kalendis Februariis ad Kalendas Martias legatis exterarum nationum cotidie Senatus daretur. Et in epistola ad P. Lentulum negat Senatui haberi alia de re posse mense Februario toto nisi per-

lib. 1. epist. 4.

nisi perfectis, aut reiectis legationibus. In Verrinis quoque de Prætura urbana, & de iurisdictione mensis Februarij in eandem rationem facit mentionem. Alterum eiusdem legis caput fuit; Vt neve in vrbe versuram facere, neve ex syngrapha ius dicere aduersus prouinciales homines liceret. Lata autem hæc lex est ab A. Gabinio, non illo quidem qui Tribunus plebis de Pompeij Magni imperio in piratas legem tulit, & postea Consul cum L. Pisone fuit (nam Tribunatus Gabinij biennio post gestus est, quam Verres accusatus est) sed ab altero ex eadem familia.

Cic. lib. 1. & 6. ad Attic.

GENVCIA FENEBRIS.

MARCIO Rutilo quartum, Q. Seruilio Ahala Coss. anno Urbis quadringentesimo vndecimo, inuenire se apud quosdam L. Iulius scribit in calce libri septimi, L. Genucium Tribunum plebis tulisse ad populum, ne fenerari liceret. item alii plebiscitis cautum, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet: neu duos magistratus vno anno gereret, vtique liceret Cōsules ambo plebeios creari. Sed an omnes has leges Genucius tulerit, L. Iulius non dicit, immo magis dubitat, an eodem anno latæ sint. M. Caton in initio libri de re rustica ita scribit: *Est interdum prestare mercaturis rem querere, ni tam periculosum fiet, & item fenerari, si tam honestum fiet. Maiores enim nostri sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt; furem dupli condemnari, feneratorum quadrupli. Quanto peiorem ciuem existimari feneratorum, quam furem, hinc licet existimari.* Eiusdem Catonis Maioris responsum à Cicerone laudatur. Nam cum quaereretur ab eo, an, in maxime in re familiari expediret fenerari, respondit: An hominem occidere. Tacitus quoque, & Appianus veterem legem fuisse scribunt, vt in Duilia retulimus, quæ fenerari, versuramque facere vetaret.

Cic. lib. 1. in hoc. de Offi.

Tact. lib. 5. Appian. li. 1.

GLITIA DE

INOFFICIOSO TESTAMENTO.

AIUS libro singulari ad legem Glitiam: *Non est consentiendum parentibus, qui iniuriam aduersus liberos suos testamento inducunt, quod plerumque faciunt maligne, circa sanguinem suum in se vententes iudicium nouercalibus delinquentis, instigationibusque corrupti.* De hac lege nihil amplius accepi. Vereor tamen, ne non mendosus hic locus sit. nam neque hoc familie nomen est, vt in reliquis; neque id memini in alio loco legisse, præter M. Claudij M. F. Glitiæ Dictatoris cognomen, qui scriba fuerat, & coactus est abdicare, ludis tamen prætextatus interfuit. Hunc Suetonius Iliciam, Florus C. Glauciam appellat. Sed Glaucia Seruiliorum cognomen est, vt in Seruilia repetundarum dicemus. Glitia Dictator fuit anno Urbis quingentesimo quarto.

1 non est. D. de inoffic.

Suet. in Tibertij. Flor. lib. 19. Fast. Capitol.

HIRTIA

HIRTVS legis apud Ciceronem mentio fit in epistola M. Antonij, Philippica xiiii. *Aspiliensibus iure belli ademptos reddituros vos pollicemini. An nescitis neminem Pompeium, qui viuat, tenere lege Hirtia dignitates, hæc Antonius.* Tum Cicero, *Quisquam iam legis Hirtia, inquit, mentionem facit? cuius non minus arbitror latorem ipsum, quam eos, de quibus lata est, punire. Omnino quidem (mea sententia) legem appellare fas non est: & ut sit lex, non debemus illam Hirtij legem putare.* Hanc legem A. Hirtius, ut opinor, tulit, Pompeio superato, & C. Cesare Dictatore perpetuo constituto. Quæ cum per vim lata fuisset, legis nomen habere non merebatur.

HORATIA.

HÆC lex lata est à L. Valerio Potito, & M. Horatio Barbato Coss. qui primi Consules post Decemuiros fuerunt, ut L. ius libro tertio scribit. Cum enim in tyrannide conuersa esset Decemuiros. potestas; cum ipsi legibus tenendis tantum creati essent. neque vellent magistratus ceteros sufficere; Appij Claudij luxuria effecit, ut Virginij filiam occideret & in montem Auentinum ex Algido exeroitus signa transferret, quo plebs quoque Urbana se contulit, ut Pomponius scribit. Hanc seditionem populares Consules creati popularibus legibus sedauerunt.

Omnium primum (inquit L. ius) cum veluti in controuerso iure esset, tenerentur ne patres plebiscitis, legē Cēturiatis comitijs tulere. Vt quod tributim plebs iussisset, populū teneret. Qua lege Tribunij rogationibus telū accerrimum datū est. Dionysius de eadē lege li. x. i. scribit, cōfirmatas fuisse leges, quas plebs Tributis comitijs tulisset, eademque potestate eas esse voluerunt, cū his, quas populus Ro. cēturiatis comitijs ferret: capitūque sanxerunt, si quis aduersus eas fecisse deprehensus esset, eiusque bona publicari iusserunt. *Plebiscitum est, ut Iustinianus ait, quod plebs plebeio magistratu interrogante, veluti Tribuno, consuebat: Lex vero, quod populus Senatorio magistratu interrogante, veluti Consule. Appellatione populi, vniuersi cives significatur, connumeratis etiam patricijs & Senatoribus. Plebs autem appellatione sine patricijs & Senatoribus ceteri cives.* Cēturiata comitia erant, ut superius iam vidimus, cum per quinque classes, quæ cēsu & ætate erant separate, populus Romanus suffragiū ferebat. In quibus comitijs optimates principatum tenebant, quippe qui cum locupletiores essent, primum locum in suffragiis ferendis obtinebant. Curiata vero & Tributa comitia habebantur, cum per curias & tribus populus confuse suffragium ferebat. in quibus populares homines regnabant. Cum enim multo plures plebei & egeni homines essent, quam locupletes & optimates; quod plebi placuisset, efficiebatur. Quamobrem L. ius ait plebiscita confirmata esse, cum plebi concessum est, ut quod Tributis comitijs placuisset, id pro lege obseruaretur. Hæc tamen lex iterum in contentionem venit, & Hortentia lege opus fuit, quæ plebiscita iterum confirmaret; quod mox scribam.

l. 1. p. in iud.
de orig. iur.

l.

in iud. de iure
iur. p. lex p.
plebei. iur.

Aliam deinde Consularem legem (inquit Liuius) *de prouocatione, vnicum præsidium libertatis, Decemvirali potestate euerfam non restituerunt modo, sed etiam in posterum munierunt, sanciendo novam legem, Ne quis vllum magistratum sine prouocatione crearet. Qui creasset, eum ius fasque esset occidi; neve ea cades capitalis noxa haberetur.* Huius legis à Dionysio mentio non fit: sed exactis Regibus, à P. Valerio Publicola latum esse scribit, vt prouocare ad populum liceret; qua de re in Valeria lege diceimus. Namque vt Liuius lib. x. scribit, ter ab eadem familia post Reges exactos de prouocatione latum est. Pomponius quoque noster scribit exactis Regibus Consules duos esse constitutos, penes quos sumum ius vti esset lege rogatum est. sed ne per omnia regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum esse, vt ab eis prouocatio esset. Interdum tamen necessitate Reip. coacti, Dictatores in sex menses crearunt, à quibus neque prouocandi ius fuit, & capitis animaduersio eis data est. Sed Dictatura ex x. annis ante L. Sullam intermissa fuit. Quadringentis vero annis, & eo amplius, à primo Dictatore, ipse Sulla se Dictatorem in tempus, non certum, vt antea, sed incertum, creari iussit: quem secutus C. Cæsar dictaturam perpetuam accepit. Eam deinde M. Antonius Coss. S. C. sustulit, vt Cicero initio Antonianar. scribit. Sed ad Imperatores ventum est, qui Remp. sine prouocatione rexerunt.

1. p. exacti.
D. d. c. ori. ius.

Ad dit Liuius: *Et cum plebem hinc prouocatione, hinc Tribunicio auxilio satis firmassent, ipsis quoque Tribunis, vt sacrosancti v. dicerentur, cuius rei prope iam memoria aboluerat, velatis quibusdam ex magno intervallo ceremonijs renouarunt: & cum religione inuiolatos eos, tum lege etiam fecerunt, sanciendo, vt qui Tribunis plebis, Aedilibus, Iudicibus, Decemuiris nocuisset, eius caput Iouis sacrū esset, familia ad ædem Cerecis, Liberi Liberæq; vennum irer. Hac lege, inquit, iuris interpretes negant quemquam sacrosanctū esse, sed eum qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum sanciri. Itaque Aedilem prehendi, ducique à maioribus magistratibus: quod etsi non iure fiat (noceri enim ei, cui hac lege non liceat) tamen argumentum esse, non haberi pro sacrosancto Aedilem: Tribunos veteri iureiurando plebis, cum primum eam potestatem creauit, sacrosanctos esse. Fuere qui interpretarentur eadem hac Horatia lege Consulibus quoque & Prætoribus, quia eisdem auspicijs, quibus Consules, crearentur, cautum esse. Iudicem enim Consulem appellari. Que refellitur interpretatio, quod his temporibus nondum Consulem Iudicem, sed Prætozem appellari mos fuerit. Hæc Liuius de Horatia lege scribit quem locum totidem verbis describere placuit, quoniam est ab eo Jurisconsultorum more lex interpretata. Et quod ait Jurisconsultos dicere ea lege sacros homines fieri, qui illis magistratibus nocuissent, Macrobius libro 111. ex Trebatio lib. 1. x. religio nūm scribit, mirum non esse cetera sacra violari nefas esse, homines ex legibus Diis sacros ius fuisse occidi. Nam veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur, sed abiegebant ad fines deorum, quibus sacrum esset; animas vero sacrorum hominum diis debitas esse existimabant. Itaque quamprimum eas ad deos mittere curabant. In eam rationem Virgilianam carmen interpretatur.*

Iniecere manum Parca, telisque sararunt

Euandri

Sed & Horatianum illud eodem pertinet:

Hic inestabilis & sacer esto.

Quod vero Liuius ait Tribunos non hac lege, sed veteri iure iurando sacrosanctos esse constitutos; ad Sacratam legem pertinet, & ad sacramentum, cuius Dionysius lib. 6. mentionem facit. Qua de re in Sacratas legibus dicemus. iam vero quod Consulum mentionem esse factam negat, opinionem nostram, de qua in duodecim scriptisimus, confirmat; Consules à veteribus Prætores esse appellatos, idque in duodecim tabulis cum de impuberibus Prætoris arbitratu verberandis scribitur, intelligendum esse. Nàmque in hac lege ut Iudices quidem esse dictos ait. Consules autem & Prætores & Iudices esse aliquando appellatos, ex efficta hac Ciceronis lege constat. REGIO IMPERIO DVO SVNTO, HIQ; PRAEFVNDQ, IVDICANDO, CONSVLENDO PRAETORES, IVDICES, CONSVLES APPELLANTOR. Quamobrem recte dictum est hac lege de plebeis magistratibus actum. Aediles vero, quorum hic mentio fit, Aediles plebeis sunt, qui ædibus sacris prærant, in quibus omnia scita sua plebs deferebat, vt Pomponius scribit. Nam Curules, vt etiam Prætores, ex patribus fuerunt post aliquot annos constituti, tum, cum placuit etiam ex plebe Consules creari. Decemviri autem, & iudices qui fuerint, non facile dixerim, sed existimo minores aliquot plebis magistratus fuisse, de quibus in Æbutia nonnulla.

d. l. x. p. eisdē
temporibus.
& p. deinde.

HORTENSIA.

d. l. x. p. de in-
de cum esset.



DEM Pomponius scribit, cum esset in ciuitate lex 12. Tabularum & ius ciuile, quod eius legis interpretatio fuit, essent & legis actiones, euenisse, vt plebs in discordiam cum patribus perueniret, & secederet, sibi que iura constitueret, quæ iura plebiscita vocantur. mox cum reuocata eit plebs, quia multæ discordiæ nascebantur de his plebiscitis, pro legibus placuisse ea obseruari lege Hortensia; & ita factum esse, vt inter plebiscita & legem species constituendi interesset, potestas autem eadē esset. Iustinianus quoque cum & legis & plebisciti differētiā constituisset, de qua in Horatia diximus: *Sed & plebiscita, inquit, lege Hortensia non minus valere, quam leges cæperunt.* Item A. Gellius lib. x. v. refert. Lælium Felicem lib. 1. ad Qu. Mucium scripsisse Tribunos plebis neque aduocare patricios, neque referre ad eos de re vlla posse. Ita ne leges quidem proprie dici, sed plebiscita, quæ Tribunis ferentibus accepta sunt. *Quibus rogationibus ante, inquit, patricij non tenebantur, donec Q. Hortensius Dictator eam legem tulit, vt eo iure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur.* Fuit autem hic Dictator creatus, vt Florus lib. x. 1. scribit cum propter æs alienum, & graues & longas seditiones plebs in Ianiculum secessisset. Qui cum plebem inde deduxisset, in ipso magistratu deceffit. Post hanc legem, quicquid Tribunos plebem rogauerit, etsi vere plebiscitum esset, tamen lex dicebatur. Quamobrem Vlpianus lib. x. v. 1. ad edictum scribit: *Lex Aquilia plebiscitū est, cum eam Aquilius Trib. Pleb. à plebe rogauerit.* Quod nõ recte Theophilus interpretatur, vt cū seditio illa orta est, id plebiscitum ab Aquilio Tribuno rogatum sit. Nam ceteræ omnes leges à Tribunis latæ plebiscita appellatur,

inst. de iure
nat. p. plebi-
scitum.

l. 1. ad l. Aqu.

vt Falcidia, Semproniz, Appuleiz, Clodiz, quas Tribunicias quoque leges vocabant. Illas autē, quas Consules populū rogabant, Consulares. M. Cicero de lege Agraria: *Leges sunt, inquit, veteres neque ex Cōsulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed Tribunitie, vobis maioribusque vestrīs vehementer gratae atque iucundae, Licinia atque Aebutia.* Et in Sextiana oratione: *Quem non iam admiror, inquit, quod meam legem contemnat hominis inimici, quam quod se statuit omnino Cōsularem legem nullam putare.* Idem tamen Cicero Tribuni Plebis rogationem plebiscitum appellat lib. 11. de Finibus. Nam cum L. Tubulus Prætor in quæstione inter sicarios ita aperte pecunias cepisset ob rem iudicandam, vt anno proximo P. Scæuola Trib. Pleb. ferret ad plebem, vellent ne de ea re quæri. *Quo plebiscito, inquit, decreta à Senatu est Cōsuli quæstio Cn. Cæpioni: profectusque in exilium Tubulus statim est, neque respondere est ausus. erat enim res aperta.*

Lege quoque Hortensia effectum est, vt Macrobius scribit lib. 1. Saturnaliorum, vt nundinz, quæ olim feriz fuerant, fastz postea essent: vt rustici, qui nundinandi causa in Vrbe venissent, lites componere possent. Namque vt in superioribus scripsimus, dies aut festi, aut profecti erant aut intercisi. Festis, vt Macrobius ait, inerant sacrificia, epulz, ludi feriz. Profectis fasti, comitiales, comperendini, stati, prægriares dies, quos superius persecuti sumus. Feriarum publicarum idem quatuor genera constituit: Statiuas, quæ vniuerso populo communes erant certis constitutisque diebus, quæ in fastis statis obseruationibus adnotatz erant, vt Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptiuas, quæ quot annis à magistratibus & Sacerdotibus cōcipiebantur in dies vel certos, vel incertos, vt sunt Latinz, Paganalia, Sementinz, Compitalia. Imperatiuas, quas Consules vel Prætores pro arbitrio potestatis indicebant. Quartū genus feriarum nundinas olim constituebant, quibus diebus conueniebant in Vrbe ad negotia vel publica, vel priuata. Octo enim diebus, vt Rutilius scripsit, in agris rustici opus faciebant, nono die intermissore ad mercatum, legesque accipiendas Romam veniebant. Qua de causa tribus nundinis, vt in Cæcilia lege diximus, proponi legem oportebat, antequam acciperetur, vt ab omnibus cognosci diligenter posset. Hac itaque de causa nundinz lege Hortensia fastz factz sunt. Fastos autem dies veteres appellant eos dies, quibus Prætori licebat dari tria verba solemnia, DO DICO ADDICO. Ceteri nefasti dicebantur. Etenim ne rusticæ operæ litium causa impedirentur, permissum Prætori est, vt his feriarum diebus, etsi nefasti essent, ius tamen dicere liceret.

HOSTILIA DE FVRTIS.

IUSTINIANVS lib. IIII. Institutionum ita scribit: *Præterea lege Hostilia permissum erat furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut Reipub. causa abessent, qui ve in eorum, cuius tutela essent.* Hanc legem Regiam, aut Consularem fuisse, aut Tribuniciam, nobis incertum est. Fuit quidem certe A. Hostilius Mancinus Consul ann. 11. belli Persici: cuius collega fuit A. Atilias Serranus. item L. Mancinus Consul cum Qu. Fa-

in fastis de
his per quos
age. post. in
Prin.

bio Maximo Æmiliano ann. Urb. sexcentesimo octauo: & C. Hostilius Mancinus M. Æmilij Lepidi Porcinæ collega ann. DC. XVI. Hic est C. Mancinus, qui deditus est Numantinis: nec eum, vt ait Pomponius, acceperunt.

I C I L I A.

HANC legem L. Icilius Trib. Pleb. tulit, M. Valerio, Sp. Verginio Coss. vt Dionysius lib. x. & L. ius lib. 111. scripserunt. Quæ lege Auentinus mons publicatus est, vt populus in eo vbi vellet, domos ædificaret. Sententiæ autem legis huiusmodi erat, vt Dionysius scribit: *Quæcumq; priuati homines iuste possident, earum rerum domini sint. Quæ vero vi aut clam ædificatæ aliquis cepit, solutis ædificij sumptibus populo tradantur. Cætera, quæ publica sunt, ea populus sine vlllo sumptu inter se diuidat.* Hanc legem L. ius scribit non licuisse Decemuiris tollere: ita enim legum ferendarum potestas eis permissa est, modo ne Icilia lex de Auentino, aliæque Sacratæ leges abrogarentur. Quamuis vulgo mendosi L. iani libri circumferantur, & A cilia pro Icilia scribatur. Fuit autem L. Icilius, qui L. Verginij filiam despondit, quæ à patre interfecta est, ne ab Ap. Claudio Decemuiro stuprum pateretur. & L. ius eo loco Icilius Tribunicium, & virum acrem, & pro causa plebis expertæ virtutis appellat.

I V L I Æ L E G E S.

NVL LVM nomen legum est magis celebre ac frequentatum hoc ipso Iuliarum legum. Quod C. Iulij Cæsaris, & eius filij Augusti honori est datum, quorum cognomen ad cæteros omnes Imperatores peruenit. Nam vt Iustiniani Nouellam legem XLVI. imitemur, siue vetustissimam illam Romanorum originem inuestigemus, Ascanius nobis Æneæ filius præto erit, de quo optimus Poëta:

*At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat, dum res fleiit Iliæ regno.*

Et non multo post:

Iulius à magno demissum nomen Iulo.

siue ad maximi imperij initia respiciamus, & magnum illum Cæsarem, & piũ Augustum inueniemus, vt Iustinianus scribit. Nam quod nuper in ea lege Severus additus est, mendosi cuiusdam libri peccato accidit. In Veneto enim, & Florentino libro, ex quo Noricus manauit, scriptum est, *Ἐρ καὶ Ἰούλιος ἔστιν ἄλλος ἄλλος ἔστιν ἄλλος ἄλλος.* Vlpianus quoque cum vellet lib. XLVI. ad edictum ostendere familiam appellari plurium personarum, quæ ab eiusdem vltimi genitoris sanguine proficiuntur: *Sicuti, inquit, dicimus familiam Iuliam, quasi à fonte quodam memoria.* Has autem Iulias leges permultas fuisse reperimus, quarũ latores duos illos Cæsares fuisse, atq; alios vetustiores ex eadẽ familia existimamus. Nos itaq; prius de leg. Aug. quæ plures atq; insigniores fuerunt: deinde de cæteris scribemus. Et principio de lege Iulia de adult. coërcēdis videamus.

I V L I A

Aut. vt prap.
ne m. imp.

L. pronantia-
tio. in fi. de
verb. signi.



VLPIANVS libro primo de adulteriis scribit *Hæc lex lata est à Divo Augusto. Querunt aliqui, cur cum Augustus ex Octauia familia fuerit, eius lex Iulia dicatur. Quibus etsi lib. 1. 1. Emendationum satis, vt arbitror, fecimus; tamen hoc loco illud addemus, veteres præter duo illa adoptionis genera, quæ in vulgus nota sunt, cum quis apud populum, vel principem adoptatur, si sui iuris est, vel apud magistratum, si in aliena potestate est, tertium adoptionis genus per testamentum habuisse. Heredem enim aliquem ea condicione faciebât, vt nomē eius ferret, filiusq; illius qui adoptabat eū testamento esse diceretur. Sic T. Pomponius Atticus à Q. Cæcilio eius auunculo adoptatus testamēto, Q. Cæcilius Pōponianus dictus est, vt Varro & Cicero scribunt. Cuius rei vestigia apud Caiū lib. 1. 1. fideicommissorum permanent de his qui heredes rogant, vt eorum nomē ferant. *Nihil enim, inquit, male est honesti hominis nomen adsumere.* Vipianus quoque lib. LXXVI. ad edictum scribit solitos esse quosdam ea condicione quidquam donare, si iuret alter se eius nomen laturum. Quā non esse donationem scribit, quia ob rem facta est, & res secuta est. Sed vt Dion scribit, hæc testatoris adoptio lege lata confirmabatur. Itaque in hunc modum C. Cæsar Dictator, filium C. Octauij & Actiæ, quæ filia M. Attij Balbi & Iuliæ Cæsaris sororis fuit, testamento adoptauit. qua de causa C. Iulius Cæsar Octavianus dictus est. Cui cognomen Augusti, vt Suetonius scribit, additum postea fuit, quoniam loca religiosa, & in quibus augurato. quid consecraretur, augusta appellabantur. Huius autem legis verba sunt apud eundem Vlpianum in eodem lib. 1. de adulteriis: *NE QVIS POSTHAC STUPRVM ADVLTERRVM FACITO SCIENS DOLO MALO.* Quæ verba & ad eum qui suasisit, & ad eum qui stuprum vel adulterium intulit, pertinere Vlpianus existimat. Papinianus vero lib. 1. de adulteriis scribit: *Lex stuprum & adulterium promiscue & κατὰ γενήματα appellat. Sed proprie adulterium in nuptia committitur, propter partum ex altero conceptum composito nomine: stuprū vero in virginem, viduamve committitur, quod Græci φθορά appellat.* Addit Modestinus libro 1. regular. *Adulterium in nuptia admittitur, stuprū in vidua, vel virgine, vel puero committitur.* Idem at t lib. 1. differentiat. *Inter stuprum & adulterium hoc interesse quidam putant, quod adulterium in nuptiam, stuprum in viduam committitur. Sed lex Iulia de adulterijs hoc verbo indifferenter vtitur. Capite quinto legis Iulie, vt idem Vlpianus lib. 1. ad legem Iuliam de adulteriis scribit, ita canetur, vt viro adulterum in uxore sua deprehensum, quem aut nolit, aut non liceat occidere, retinere horas diurnas nocturnasque continuas non plus quam viginti testandæ eius rei causa, sine fraude sua iure liceat. Quod adicitur, inquit, Vlpianus, TESTANDÆ REIGRATIA, ad hoc pertinet, vt testes inducat testimonio futuris accusatori deprehensum reum in adulterio. Quod vero dicitur. Quem aut nolit, aut non liceat occidere: indicat non quemcumq; adulterū occidi licere. Namque Macer lib. 1. publicorum iudiciorum scribit id patri solum permissura. *Nā hæc lege, inquit, canitur vt liceat viro deprehensum domi suæ, non etiā socii in adulterio uxoris occidere eū qui leno fuerit, qui t***

l. 1. ad l. Iuliam. de adult.

l. factis. p. si vero nominis. ad Treb. l. hoc iure. in fine. de don.

l. hæc verba. de adult.

l. inter libera. p. 1. co.

l. stuprū. co.

l. inter stuprum. de veter. iugni.

l. capi. quinto. de adult.

l. marito. co.

artem ludicram ante fecerit, in scenam saltandi cantandive causa prodierit, iudiciove publico damnatus, neque in integrum restitutus erit, quive libertus eius mariti, vxorisve patris, matris, filij, filia vtrius eorum fuerit, nec interest proprius cuius eorum, an cum alio communis fuerit, quive servus erit. & precipiunt, vt is maritus, qui horum quem occiderit, vxorem sine mora dimittat. Id secutus esse videtur Alexander Imperator qui Gracchum qui in adulterio noctu deprehensum interfecerat, si eius conditionis adulter fuerat, vt per legem Iuliam impune occidi potuerit, crimine liberauit. Sin vero non poterat, quia & nox & iustus dolor factum eius releuabat, in exilium dari posse rescripsit. Capite septimo, vt Vlpianus lib.

l. Gesechus, C. eod.

l. si maritus, p. l. eo.

l. patil. eo.

l. quod ait.

l. nihil inter-
est.

l. nec in ea.

l. si adu-
terium, p. imp.
Ma. uia.

l. mariti leno-
cinium.

11. de adulteriis scribit, ita cauetur: NE QVIS INTER REOS REFERAT EVM QUI TVM SINE DETRECTIONE REIPUBLICAE CAUSA ABERIT. Necessario, inquit Vlpianus, adicitur SINE DETRECTIONE. Ceterum si quis cuiusdam criminis causa id egit, vt Reipublica causa abesse, nihil illi commentum hoc proficiat. Sed & in alia prouincia eos abesse vult, quam in ea, in qua deteruntur. Cetera quoto capite reperiantur, ignoramus. Sed quod de patre dicitur, ante quintum caput scriptum fuisse putamus. Qua de re Papinianus lib. 1. de adulteriis ita scribit: Patri datur ius occidendi adulterum cum filia, quam in potestate habet. Itaque nemo alius ex patribus idem iure faciet, sed nec filiusfamil. pater. Et Vlpianus lib. 1. de Adulteriis: Quod ait lex, IN FILIA ADULTERVM DEPREHENDERIT: non otiosum videtur. Voluit enim ita demum hanc potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine filiam, de adulterio deprehendat. Labeo quoque ita probat: & Pomponius scripsit in ipsis rebus Veneris deprehensam occidi. & hoc est quod Solo & Draco dicunt de ipsa. Domi autem suae deprehendi oportere scribit, vel generi sui: quoniam maiorem iniuriam putauit Legislator, quod in domum patris aut mariti aulsa fuerit filia adulterum inducere. Idem scribit: Quod ait lex INCONTINENTI FILIAM OCCIDAT: sic erit accipiendum, ne occiso hodie adnltero, reseruet, & post dies filiam occidat, vel contra. Debet enim prope vno ictu & vno impetu vtrumque occidere, aequali ira aduersus vtrumque sumpta. Si vero altero occiso alter vulneratus est, etsi verbis legis, vt Macer lib. 1. de publicis iudiciis scribit, non liberatur: tamen D. Marius & Commodus rescripserunt impunitatem ei concedi. Quia licet interempto adultero filia post graua vulnera superuixerit, qua ei pater infixerat: magis fato, quam voluntate eius seruata fuisse videbatur. Addit Papinius lib. 1. de adulteriis, Qui occidere potest adulterum, multo magis contumelia poterit iure adficere. Ideoque patri non marito mulierem & omnem adulterum permissum esse occidere, quod plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. Ceterum mariti calor & impetus facile decernentis fuit restandus. Itaque patri vt filiam & quemcunque adulterum occidat, permissum est: marito vero vt turpem adulterum, non etiam vxorem. Sed tamen apud Papinianum lib. x. x. v. 1. quaestionum, Marci & Commodi, item D. Pij rescripta referuntur quibus vltimum supplicium remittitur, cum sit difficillimum iustum dolore temperare, & magis quia vultu fecerit, quam quia vindicare se non debuerit, puniendus sit. Itaque si humilis loci sit, in opus perpetuum tradi, si honestior, in insulam relegari iubetur. Mariti lenocinium, vt Vlpianus libro quarto de adulteriis scribit,

eadem

eadem lex coercuit, qui deprehensam uxorem in adulterio retinuit, adult-
rumque dimisit. Debit enim, inquit, uxori quoque irasci, quia matrimonium
eius violauit. Tunc autem puniendus est maritus, cum excusare ignouantiam
suam non potest, vel adumbrare patientiam prae textu incredibilitatis. Idcirco
enim lex ista locuta est, ADULTERVM IN DOMO DEPREHENSVM
DIMISERIT: quod voluerit in ipsa turpitudine deprehendentem maritum
coercere. Idem scribit: Quod ait lex, Adulterij damnatam si quis duxerit ux-
orem, ea lege teneri, an & ad stuprum referatur, videamus, quod magis
est. Certes si ob aliam, inquit, causam ea lege sit condemnata, impune uxor du-
cetur. Addit Vlpianus illum quoque plecti, qui pretium pro comperito stupro
acceperit, siue maritus sit, siue alius: si gratis remisit, non plecti. Qui quassum
ex adulterio uxoris sua fecerit, hoc est, qui quid acceperit, ut adulteretur
uxor, plectitur. Sed si ob negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam,
vel nimiam credulitatem, extra legem positus est. Idem Vlpianus lib. v. 111.
disputationum scribit: Lenocinium crimen lege Iulia praescriptum est, cum sit
in eundem maritum poena statuta, qui de adulterio uxoris sua quid ceperit:
item in eum qui in adulterio deprehensam retinuerit. Ceterum qui patitur ux-
orem suam delinquere, matrimoniumque suum contemnit, quique contami-
nationi non indignatur, poena adulterum non infligitur. Ad hanc partem le-
gis, ut à præceptore accepi, Aufonij Galli carmen pertinet:

Iurisconsulto, cui uiuit adultera coniunx,

Papia lex placuit, Iulia displicuit.

Papia enim matrimoniis fauebat, Iulia mariti lenocinium vindicabat. Is
quoque quasi adulter punitur, ut Papinianus lib. i. 1. de adulteriis scribit, qui
domum suam, ut stuprum adulteriumue cum aliena matrefam. vel cum ma-
sculo faceret, sciens praeberit, vel quassum ex adulterio uxoris sua fecerit.
Appellatione autem domus, habitatio quoque significatur, & si amici quis
domum praeberit, tenetur, ut Vlpianus ait libro 1. de adulteriis: Sed & si
quis, inquit, in agro, balineo uel stuprum fieri praeberit, comprehendi debet.
Idem Vlpianus eodem libr. ait, intra sexaginta dies post diuortium, ne
mancia per manumissionem subducantur quaestioni, manumitti ea à
muliere prohibuisse. Tot enim dies marito datur ad accusandum, ut A-
lexander rescripsit. Ipsa igitur (inquit Vlpianus) qua diuertit, omnes om-
nino seruos suos manumittere uel alienare prohibetur, quia ita uerba faciunt,
ut ne eum quidem seruum, qui extra ministerium eius mulieris fuit, uel in
agro, uel in prouincia, possit manumittere uel alienare. Quod quidem per quã
durum est, sed ita lex scripta est. Additur idem de his qui post diuortium cõ-
parati sunt, ite de paternis seruis, & maternis, qui in ministeriũ filiz fue-
rant. De eisdẽ sexaginta diebus aliis locis tractatur. Sed & Vlpianus libr.
xlvii. ad edictum scribit, Iuliam legem nisi certo modo diuortium fa-
ctũ sit, pro infecto habere. Qua de causa Cai uerba lib. 11. 1. ad legẽ Duo-
decim Tabular. ad hanc legem potius, quam ad Duodecim tabulas re-
ferenda esse arbitror. Si ex lege, inquit, repudium missum non sit, & idcirco
mulier adhuc nupta esse uideatur, tamen si quis eam uxorem duxerit, a-
dulter nõ erit. Illud notandum est, quod in omnibus libris (Tufco excepto)
medosum circumfertur, Vlpianũ libro tertio de adulteriis ita scripsisse:
Si postulauerit accusator, ut quaestio habeatur de seruo adulterij accusato, si-
ue uoluit ipse interesse, siue uoluit, iubent indices eum seruum assumari,

1. p. p. c. o.
L. & u. omni.
L. prospeat.
& seq. qui
& à quib.
L. uic. matris.
C. de adul.

1. mil. p. sta-
giora.
L. matris. p.
praecrea de
adul. l. 1. q.
cod.
L. u. in fi. u.
de uir & u.
h. q. ex lege.
de adul.

1. qui domũ.

L. & u. omni.

L. prospeat.
& seq. qui
& à quib.
L. uic. matris.
C. de adul.

1. mil. p. sta-
giora.
L. matris. p.
praecrea de
adul. l. 1. q.
cod.
L. u. in fi. u.
de uir & u.
h. q. ex lege.
de adul.

& ubi estimaverint, tantam pecuniam, & alterum tantum eum qui nomen eius serui detulerit, ei ad quem ea res pertinet, dare inebunt. Scribunt alij, Tantam pecuniam adulterum, & tantam eum & c. nimis ridicule, cum adulter seruus sit. Et ad extremum eius capitis ita scribendum est: *Notandam est, quod capite quidem non cauetur, si seruus adulterij accusetur & accusator questionem in eo haberi velit, duplum pretium domino praestari lex iubet: at hic simplum.* Agebat autem de seruis rei vel reae; quae absoluta fuit, in quaestione debilitatis aut mortuis. Vulgo vero scribitur, Quod hoc capite quidem non cauetur. Cui mendo causam dedit leuis quaedam occasio, quod in Florentino libro, ex quibus ceteri descripti intra e c c c. annos sunt, alterum O huius verbi nono, deletum esse videatur. Ego vero non dubito priora illa verba, quae mendosa esse diximus in omnibus libris praeter Florentinum, ex nono capite legis Iuliae sumpta fuisse. Namque etiam Papinianus lib. 1. t. de adulteriis scribit: *De seruo qui accusatur, si potestetur, quaestio habetur: quo absoluto, in duplum pretium accusator domino damnatur.* Item Diocletianus Domitio rescriptit: *Domini seruorum per accusatoris calumniam tortorum, aduersus eum poena dupli lege Iulia prouidetur.* Quod Accursium non fugit, etiam in nostro mendoso libro vsus sit. Cetera quae ad hanc legem pertinent, in nostris libris plene tractantur. Tantum addam, post quinquennium neque adulterum neque mulierem accusari posse, neque etiam ceteros qui ex hac lege accusari possunt, vt Vlpianus scribit lib. 1. v. de adulteriis. Id autem tempus numeratur à die commissi criminis: at sexaginta dies, qui marito ad accusandum competunt, vel sex menses extraneo, ex die diuortij numerantur, modo ne quinquennium exactum sit, vt idem Vlpianus scribit. Tryphoninus quoque lib. 1. t. disputationum scribit: *denegari marito minori intra .x. dies non accusanti restitutionem.* Idem aut nullam deprecationem adulterij poenae esse, si se minor annis adulterum fateatur. Quod ad alia quoque omnia, quae eadem lege puniuntur, porrigendum esse scribit: *veluti si adulterij damnatam sciens uxorem duxerit, aut in adulterio deprehensam uxorem non diuiserit, quae stumve de adulterio vxoris fecerit, pretiumve pro comperto stupro acceperit, aut domum praebuerit ad stuprum adulteriumve in eam committendum.* De poena vero huius legis ita Iustinianus scribit libro 1. v. Institutionum: *Item lex Iulia de adulteriis coercendis, quae non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed & eos, qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia etiam stupri flagitium punitur, cum quis sine vi vel virginem vel viduam honeste viuentem suprauerit. Poenam autem eadem lex irrogat stupratoribus si honesti sunt, publicationem partis dimidia bonorum; si humiles, corporis coercionem cum relegatione.* Haec de lege Iulia de adulteriis.

l. vit. de calum.
 l. domini.
 C. de calum.

l. mariti p. hoc quinquennium de adu.

l. auxilium de in iust.

l. iust. de pub. iud. p. id lex.

IULIA DE PVDICITIA.



B eodem Augusto lex haec lata est, quam arbitror ab Iustiniano cum illa altera de adulteriis coercendis esse confusam. Etenim Suet. dolobibus Augusti ita scribit: *Leges retractauit, & quasdam ex integro sanxit, vt sumptuariam, & de adulteriis, & de pudicitia, de ambitu, de maiestatis ordinibus.*

bus. Itaque quod antea diximus, qui adulterij damnatam vxorem duxerit, ea lege puniri: id Imp. Alexander ad hanc legem refert. *Casitati*, inquit, *temporum meorum conuenit, lege Iulia de pudicitia damnatam in pœnis legitimis perseuerare.* Qui autem adulterij damnatam, si quocumque modo pœnam capitalem euaserit, sciens duxit vxorem, vel reduxit; eadem lege ex causa lenocinij punietur. Item quod idem Imp. rescripsit, reos adulterij duos simul marem & feminam ex eadem causâ fieri lex Iulia de pudicitia vetat, sed ordine peragi vtroque licet. Vlpianus lib. 11. de adulteriis idem scribit; Si quis & adulterum & adulteram simul detulit, nihil agit, poteritque quasi neutrum detulerit, rursus à quo velit, iniiuriam facere, quia nihil agit prima delatione. Et alio loco: *Queritur an alius adulteram, alius adulterum postulare possit: vt quamuis ab eodem ambo simul postulari non possint, à diuersis tamen singuli possint. Sed non ab re est hoc probare, diuersos accusatores admitti posse, dum si ante denuntiationem nupserit, prior mulier accusari non possit.* Quod ea de causa dictum est, quoniam, vt idem lib. 1. scribit, qui vxori repudium miserit, potest ei denuntiare ne seio nuberet: & si denuntiauerit, ab ea incipere potest: sin minus, expectabit sententiam de adultero latam. si absolutus fuerit, per eum mulier vivit, nec vltra accusari potest, vt idem Vlpianus libro 11. scribit. Ad has leges Horatius respexit lib. 1 v. carminum:

*Nullus polluitur casta domus stupris,
Ilos & lex maculosum edomuit nefas,
Laudantur simili prole puerpera,
Culpam pœna premit comes.*

IULIA DE
MARITANDIS ORDINIBVS.



HANC cum aliquanto quam ceteras seuerius emendasset Augustus, præ tumultu recusantium perferre non potuit, nisi adæpta lenitate parte pœnarum, & vacatione triennij data, auctisque præmiis, vt Suetonius scribit. Cumque etiam immaturitate sponfarum & matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponfas habendi coartauit, & diuortii modum imposuit. Eius fraudis Martialis libro v 1. vt opinor, mentionem facit his verbis:

*Iulia lex populis ex quo Faustine renata est,
Atque intrare domos iussa pudicitia,
Aut minus, aut certe non plus trigesima lux est,
Et unbit decimo iam Telesina viro.*

Namque Domitianus Iuliam legem restituit, & castrari mares vetuit: quod alio epigrammate idem poeta coniunxit:

*Ludus erat sacrae connubia fallere tædæ,
Ludus & immeritos exsecuisse mares:
Vtraque tu prohibes Caesar, populisque futuris
Succurris nasci quos sine fraude iubes.*

De eadem lege Florus lib. 1 x. scribit *Quo* Metellum Cenforem vt ducere vxores omnes omnino cogerentur liberorum creandorum cau-

l. casitati. G.
de adult.
l. marit. p.
quod ait. D.
eo.

l. reos. C. eo.

l. si maritus
fit in hinc. D.
cod.

l. denuntiast.
p. quæritur.
cod.

l. qui vxori.
eo.

d. l. denun-
tiast. in si-
nc.

sa censuisse, eiusque orationem Augustum cum de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam, in Senatu recitasse. De hac in nostris libris hæc scripta esse reperimus. Imp. Alexander Minicio rescripsit, *vt qui duos filios in potestate vel diuersis temporibus habuit, lege Iulia de maritandis ordinibus obligatione operarum liberetur.* Ipsius Iulii legis verba Paulus lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam refert hæc: *QVI LIBERTINVS DVOS PLVRESVE A SE GENITOS NATASVE IN SVA POTESTATE HABEBIT, PRAETER EVM QVI ARTEM LYDICAM FECERIT, QVIVE OPFRAS SVAS VT CVM BESTIIS PVGNARET IOCAVERIT: NE QVIS EORVM OPERAS, DONI, MVNERIS, ALIVDVE QVIDQVAM LIBERTATIS CAUSA PATRONO, PATRONAE, LIBERTISVE FORVM, DE QVI BVIS IVRAVERIT, VEL PROMISERIT, OBLIGATVSVE ERII: DARE, FACERE, PRAESTARE DEBETO. Quæ vero postea sequuntur, legis verba non sunt, neque enim in Tusco libro diplex notata sunt, vt reliqua. Ex quibus verbis apparet, quod Paulus, Vlpianus, & Caius ad legem Iulii & Papiam scripserunt, id eos ad hanc legem de Maritandis ordinibus, & ad legem Papiam & Poppam scripsisse. Quod aliis quoque exemplis constat. Scribit*

l. nec patro-
nis. C. de o-
perts liberto.

l. qui liberti-
nus. D. eo.

§. l. in fin. vn-
de vit & v.
xor.

l. i. eo iure
de rita nupt.

§. vit. de di-
uort.

l. adigere in
fine de iure
pat.

l. fed. l. hoc
in fine l. cum
112 & seq. de
con. & de-
munil.

l. hoc modo.
eod.

Vlp. lib. XLV. 1. ad edictum: *Si liberta ab inuito patrono diuertis, lex Iulia de maritandis ordinibus retinet istam in matrimonio, dum eam prohibet alij nubere inuito patrono.* Idem Vlpianus lib. 11. ad legem Iuliam & Papiam: *In eo iure, quod dicit inuito patrono libertam, quæ ei nupta est, alij nubere non posse, patronum accipimus, vt rescripto Imperatoris nostri, & Diui patris eius continetur, & cum qui hac lege emit, vt manumittat. Et postea: Hoc caput ad nuptiam tantum libertam pertinet, ad sponsam non pertinet.* Deinde ait lex, *INUITO PATRONO inuitum accipere debemus cum qui non consensit ad diuortium.* Et alio loco sub titulo de diuortii ex eodem libro refertur: *Quod ait lex, DIVORTII FACIENDI POTESTAS LIBERTAE QUAE NVPTA EST PATRONO NE ESTO: non infectum videtur effecisse diuortium, quod iure civili dissoluit matrimonium.* Et postea: *Ait lex, QVAMDIU PATRONVS EAM VXOREM ESSE VOLET, & velle debet uxorem esse, & patronus durare.* Paulus quoque lib. 11. ad legem Iuliam Sentiam scribit, lege Iulia de maritandis ordinibus remitti iusiurandum, quod liberto in hoc impositum est, ne uxorem ducat, libertæ ne nubat, si modo nuptias contrahere recte velint. Qua de re in Iulia Sentia dictum est. Eodem pacto ex his quæ Terentius Clemens li. IV. & V. & Caius libro 11. ad legem Iuliam & Papiam scribunt, arbitror hæc eadem lege Iulia prohiberi omnes vias obligandi mulieres ne nubant; quamobrem legata ea conditione data, capi possunt conditione neglecta. Et ad hanc legem Clementem respicere, cum ita scripsit, *Legem vtilem Reipublica sobolis scilicet procreanda causa latam, adiunãdam interpretatione.* Ad eandem Flaccus in sæculari carmine referendus esse

Diua producas sobolem, patrumque.

Prosperes decreta super iugandis

Feminis, prolsque noua feraci

Lege marita.

l. lege Iulia.
de rita nupt.

Exstat apud Paulum lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam caput integrum eiusdem legis-ita enim scribit: *Lege Iulia ita cauetur: QVI SENATOR*

EST QUIVE FILIUS, NEPOSVE EX FILIO, PRONEPOSVE EX FILIO NATO CIVIS EORVM EST, ERIT: NE QUI S FORVM SPONSAM VXOREMVE SCIENS DOLO MALO HABETO LIBERTINAM, AVT EAM QVAE IPSA, CIVISVE PATER, MATERVE ARTEM LYDICRAM FACIT, FECERIT, NEVE SENATORIS FILIA, NEPTISVE EX FILIO. PRONEPTISVE EX NEPOTE FILIO NATO, NATA: LIBERTINO, EIVE QVI IPSE CIVISVE PATER MATERVE ARTEM LYDICRAM FACIT, FECERIT: SPONSA NVPTAVE SCIENS DOLO MALO ESTO, NEVE QVIS FORVM DOLO MALO SCIENS SPONSAM VXOREMVE EAM HABETO. Celsus tamen lib. xxx. Digestor. scribit lege Papia caueri omnibus ingenuis præter Senatores, eorumque liberos, libertinam vxorem habere licere. Et Iustinianus lib. v. constitutionum: *Si libertam qui vxorem h. beat, de. nde inter Senatores scribatur dignitate illustratus, an solvatur matrimonium apud Vlpianum quærebatur: quia lex Papia inter Senatores & libertas stare connumbia non patitur.* Sed Iustiniano visum est legis Papiæ severitatem eo casu comprimere. Idemque respondit, si liberti socer Senator factus sit. Ex his apparet, quod Paulus legi Iulix, id Iustinianum & Celsum Papiæ legi tribuere Sed vt antea scripsi, vtraque ab iureconsultis coniuncta est, & existimo in Papiam permulta capita legis Iulix esse translata. Nâque vt Tacitus libro 111. scribit, Papiam Poppæam senior Augustus post Iulias rogationes incitandis cælibum pœnis, & augendo ærario sanxerat. Sed de Papiâ alio loco scribemus. De hac parte huius legis siue Iulia, siue Papiâ est, credendum est Vlpianum lib. 1. & Paulum lib. 11. ad legem Iuliam & Papiam scripssisse, vt lib. 1. Digestor. relatum est de Senatoris filiis. Idem Iustinianus rescripsit, nuptias quæ inter masculos & feminas maiores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis lege Iulia vel Papiâ prohibitz sunt, nullo modo se prohibere. Suetonius vero scribit Claudium Cæsarem abrogasse legis Papiæ Poppæi caput, quod à Tiberio Cæsare adiectum erat, quasi sexagenarij generare: ò possent. quod Alciatus animadvertit lib. 11. dispunctionum. Eius tamē opinio, vt eadem Papiâ sit, quæ Iulia de maritandis ordinibus dicitur, mihi non probatur, propterea quod Papiam ex Tacito post Iulias rogationes latam esse constat. Multo minus quod Isidorum reprehendendum putar. quia de re in Papiâ dicitur, Iuuenalis autem carmen ad hanc ipsam Iuliam pertinet. *Nam placet, vel vt alij scribunt, sed placet Vrsidio lex Iulia.* Quinquagenariæ mulieres, vt Aristoteles & Plinius lib. v 11. scripserunt, raro gignunt, earumque partus mirabiles Iustinianus altera constitutione appellat, legitimos tamen filios ex his nasci vult. Paulus quoque libro xxx 111. ad edictum, *Si sterilis, inquit, ancilia sit, cuius partus venit, vel maior annis quinquaginta, cum id emptor ignorauerit, ex empto tenetur venditor.* Quamobrem cum ille qui quinquagenariam mulierem duceret, ex aliis liberos habere posset, prohibitus est lege Papiâ ne quinquagenariam duceret. Idem in maioribus sexaginta annis constitutum est, vt non ducerent vxores, quia illæ ex aliis liberos suscipere possent. In quo Accursius errat. de eadem lege apud Gellium reperio scriptum. *Capite enim v 11. Legis Iulix priori, inquit, ex Consulib. fasces sumendi potestas sit, non qui plus annos natus est, sed qui plus liberos, quam collega,*

1 lege Papiæ.
co.
1 vt. C. de nupt.

1. Senatoris filium. & teq. de Senato.
1. sacros nuptias. C. de de nuptis.

1. si maior. de legi. her.
1. si sterilis. de adtio. em.

lib. 1. cap. 11.

aut in sua potestate habes, aut bello amisit. Sed si par utriusque numerus liberorum est, maritus, aut qui in numero maritorum est, praefertur. Si vero ambo & mariti, & patres totidem liberorum sunt, tum ille priuslinus bonos instauratur, & qui maior natus est, prior fasces sumit. Super his autem, qui aut ceteros ambo sunt, aut parem numerum filiorum habent, aut mariti sunt, & liberos non habent, nihil scriptum in lege de eorum aetate est. Solitos tamen, inquit, audio, qui lege potiores essens, fasces primi mensis collegis concedere aut longe aetate prioribus, aut nobilioribus multo, aut secundum Consulatum inuentibus. Scribit Livius libro 1. Romulum primum Romanorum regem cum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus xii. fecisse. quosdamque dicere ab numero avium, quae augurio regnum portenderant, eum numerum esse secutum. Livio eorum opinio placet, quibus & apparitores, & lictores ab Etruscis finitimis, unde sella curulis, unde toga praetexta sumpta est, numerum quoque ipsum ductum placet. & ita habuisse, inquit, Etruscos, quod ex duodecim populis communiter creato rege singulos singuli populi lictores dederint. Quod Dionysius lib. 111. ad Tarquinium Priscum refert, ut Etruscorum legati attulerint ei auream coronam, sellam eburneam, sceptrum, in quo summo aquila sedebat, tunicam purpuream cum aureis signis, & amictum purpureum variam, cuiusmodi est, quo Lydorum & Persarum reges utuntur, sed non ita quadratum sed rotundum; quam Romani togam, Graeci *θηροτονον* appellant. item duodecim lictores, ut quidam, inquit, scripserunt, ex singulis urbibus singulas ferentes. Erat enim Etruriae mos Regi securim & virgarum fascem lictorem praeferre. Quod si duodecim illis Etruriae regulis unum esse duccem exercitus placuisset, illi duodecim fasces dabant idque aut alios ad Romulum referre, sed fieri potuisse, ut Romulus Tuscorum morem secutus sit. Tarquinium tamen scribit ad Senatum retulisse, an illis insignibus eum uti paterentur. illis permittentibus auream coronam tulit, picta toga & praetexta usus est, item sceptro & sella eburneis. lictores quoque duodecim cum securibus & virgis ius dicenti praesto erant, & euntem praecedebant. Quae omnia apud eos qui regia potestate exactis Regibus usi sunt, hoc est Coss. relicta fuerunt, corona & toga picta exceptis, nisi cum victores e provincis redirent in triumpho. Sed de ceteris insignibus alias. De fascibus idem Livius lib. 11. scribit Consules annuo regia potestate creatos omnia iura, omnia insignia tenuisse. id modo cautum esse, ne si ambo Coss. fasces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior concedente collega fasces habuit. His fascibus secures demptas fuisse à Valerio intra urbem tantum, cum de provocacione concessum est, ex Livio libro 111. & xxiv. sunt qui arbitrentur. quod aperte Dionysius lib. v. tradit, ut in Valeria dicemus. Sed fascium habendorum vicissitudo, ut ex Gellio apparet, non in dies singulis, ut Budaeo placet, sed in menses mutabatur. Quod etiam Dionysius ait lib. v. antiqui eorum mense inquit, alterum collegam ministri duodecim sine securibus cum bacillis praecedebant. Suet. etiam auctor est C. Caesarem Coss. antiquum morem retulisse, ut quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. Cetera in xii. Tabulis cum de sepulchris agetur, videbimus. Itaque cum Consulibus alternis mensibus fascibus uterentur, vetus consuetudo fuit, ut primo mense maior natus fasces

fasces haberet. Sed D. Augustus maluit eum non rem plurimum liberorum parenti concedere; aut si pari numero liberos haberent, marito. Sed & obseruatum esse Gellius ait, vt qui ea lege præferretur, cederet nonnunquam longe ætate maioribus, aut multo nobilitioribus, aut his qui iterum Consules fierent. Idem opinor in nominibus Consulum præponendis obseruatum, vt eius nomen, qui primus fasces tenuisset, in Consulibus appellandis præponeretur, quod tamen nusquam traditum reperiri. Ad hoc Gellianum caput Vlpianus fortasse scribebat, cum lib. x. ad legem Iuliam & Papiam Proconsules non amplius quam sex fascibus vti scripsit: qua de re in Duodecim dicemus. Refertur etiã libro xxi. Digestorum Marciani caput lib. x. v. institutionum, capite xxv. legis Iulix: ita enim inscriptum est: *Qui liberos, inquit, quos habent in potestate, iniuria prohibuerint ducere uxores vel nubere, vel qui dotem dare non volunt, ex constitutione DD. Seueri & Antonini per Proconsules præsidetque prouinciar. coguntur in matrimonium collocare & dotare.* Illud etiã ad eandem legem pertinere arbitror, quod Vlpianus lib. i. ad legem Iuliam & Papiam scribit de his quæ palam questum fecissent, aut in adulterio deprehensa essent, quas opinor ea lege notari. Eiusdem legis est, vt arbitror, quod Vlpianus lib. v. ad eandem leges scribit, vt si maritus inuita uxore dotalem seruum manumiserit, quicquid ad eum peruenierit restituat. Adicitur, inquit, in lege, vt *si dolo malo aliquid factum sit, quominus ad eum perueniat, teneatur.* & postea: *De viro heredeque eius lex tantum loquitur, de sacero successoribusque societi nihil in lege scriptum est. Item quod ait lex, QUANTA PECUNIA ERIT, TANTAM PECUNIAM DATO: ostendit astimationem voluisse legem præstari.* Paulus quoque lib. xxii. quæstionum legis Iulix verba refert hæc: *AVT DOLO FECIT QVO MINVS AD FVM PERVENIAT.* Sed & omnia quæ ad legem Iuliam & Papiam iurisconsulti scripserunt, ad hanc legem & Papiam pertinere existimo. Et vt ex singulorum capitum Digestorum inscriptione animaduerti, Vlpianus libros viginti ad eas leges scripsit, vt ex illo capite, quo de fascibus Proconsulum agi dicebamus, apparet: item ex xviii. capite de excusationibus; quod ad Gellianam quoque legem pertinere non dubito. Vt enim illic bello amissi liberi Coss. profunt, vt in fascibus præferantur, sic Vlpianus ad tutelæ excusationem eos prodesse ait. Hi sunt viginti illi liberi, quos ad leges Vlpianum scripsisse in indice Digestorum dicitur. Sic etiam reliqui, qui ad leges scripti esse dicuntur, intelligantur; quod nemo hæc tenens animaduertit, Nam Caius quoque libros quindécim ad leges scripsisse dicitur, & ex quindécimo ad legem Iuliam & Papiam illa sub titulo de his quæ vt indignis auferuntur, Iustinianus refert: *In fraudem iuris fidem accommodat, qui vel id quod relinquitur, vel aliud casu promittit restitutum se personæ, quæ legibus ex testamento capere prohibetur.* Paulum etiã ad leges libros decem scripsisse ferunt; & extremum caput, si quid in fraudem patroni factum sit, ex lib. x. Pauli ad legem Iuliam & Papiam sumptum est. Quamquam sub titulo de cõcubinis quædam ex xii. libro reperiantur: quod aut mendosum est, aut index illes; aut ego deceptus in describendo sum. Iam vero Terentius Clemens ad leges libros viginti scripsisse dicitur; ex vicefimo quidem nihil relatum animaduerti, sed tamen ex xv. sumptum est caput xv. de operis

L. Proconsules. de omni. Proc.

l. qui liberos. de ritu nupt.

l. palam de ritu nupt.

l. si vero negotium. sol. matr.

d. l. Proconsulibus.

l. bello amissum de excus.

l. in fraudem de hi. quæ vt loq.

l. de cõcub.

L. operis ferui de op. fer. l. v. de adp. lib.

plerique l.
proxime de
ritu nupt.
l. Senatus cō-
sult. de iure
fici.

feruor. item singulare de ademptione libertatis. Sic etiam Marcellus & Junius Mauricianus libros senos ad leges conscripserunt; ex tertio vero Marcelli quædam sub titulo de ritu nuptiar. reperiuntur; ex tertio quoque Mauriciani caput xv. de iure fisci. Ex ceteris hor. iuriconsultor. libris permulta in Pandectis relata esse animaduerti, quæ hoc loco referre operæpretium non esse existimauimus.

Sunt alia ex lege Iulia, & Papia Poppæa sumpta in Vlpiani fragmentis libri singularis regularum. Ad ceteras Iulias leges veniamus.

I V L I A A M B I T V S.



HANC legem idem Augustus tulit, vt Suet. ait, de qua Paulus lib. v. sententiar. ita scribit: *Petiturus magistratum, vel provinciam sacerdotium, si turbam suffragior. causa conduxerit, seruos aduocauerit, aliamve quam multitudinem conduxerit, coniectus vt vis publica reus in insulam deportatur.*

l. vnde lege
Iulia ambi-
tus.

Modestinus vero lib. II. de cœnis eam legem in Vrbe cessasse scribit; quia ad curam principis magistratum creatio pertinet, non ad populi fauorem. *Sed si in municipio contra hanc, inquit, legem magistratum aut sacerdotium quis petierit, per S. C. centum aureis cum infamia punitur.* Sed sciendum est, quod Dion lib. LIII. & Strabo lib. xvII. & Theophilus lib. I. institutionum scribunt, D. Augustum, vt firmiorem potestatem sibi posterisque suis præstaret, in illo totius orbis imperio adumbratam quandam popularis potestatis formam instituisse. Provincias enim omnes diuisit, atque eas, quæ pacatæ longe à Romanis hostibus aberant, populo reliquit, qui in eas Proconsules atque Prætores mitteret: in quibus eligendis ambitus vindicari potuit. Eas vero sibi retinuit, quas impacatas, atque vicinas hostibus esse cognouerat. Nam cum is nomen Imperatoris, hoc est, ducis militaris sibi sumpsisset, bella per eum administrari oportebat. In eas itaque legatos suos, procuratores, & præfides mittebat. Exstantque hodie huius diuisionis vestigia, præter hæc ipsa magistratum nomina, de quibus aliquando agemus; tum quod Theophilus notat ab Iustiniano differentiam esse sublata stipendiariæ & tributaris provinciar. tum etiam quod Constantinus Harmenopolus libro I. *propelepu* scribit, eas provincias quæ populo Romano concessæ sunt, proprie publica bona dici. Ceteras ciuitates, si quid habeant tanquam peculium id obtinere, cum aut Cæsaris aut populi sint. Quod Vlpianus lib. x. ad edictum probat: *Bona, inquit, ciuitatis ab usine publica dicta sunt. Sola enim ea publica sunt, quæ populi Romani sunt.* Et Caius lib. II. ad edictum prouinciale: *Eum, inquit, qui velligal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus. Nam publica appellatio in compluribus causis ad populum Rom. respicit. ciuitates enim priuator. loco habentur.* Sed hac etiam de re accuratius alio loco tractabitur, quo & prouinciar. nomina & magistratum, quorum in nostris libris mentio fit, colligemus. Interea illud addamus, hanc Augusti simulationem, qua illud aucupari videbatur, vt is solus teneret rem bellicam & tributa (nam hoc etiam sibi retinuit) quibus vinculis regiam potestatem occultaret, paulatim euanuisse. Namque initio in provincias illas populi de Cæsaris voluntate

Inst. de cer-
diti. p. per
traditionem.

l. bona. & seq.
de vrb. iugn.

voluntate magistratus eligebantur, deinde ne populus quidem consul-
batur, sed omnia ad principis nutum fiebant. Idque est quod Modestius
scribit. Alterum ambitus genus suffragiorum Iustiniani Nouella
VIII. punitur, de quo alias.

I V L I A S V M P T V A R I A.

DE hac lege præter Suetonium, ita Gellius lib. 11. scribit: *Pos-
tremo lex Iulia ad populum peruenit Casare Augusto imperan-
te, quæ profectis quidem diebus ducenti finiuntur, Kalendis, Idi-
bus, Nonis, & alijs quibusdam festiuis trecenti, nuptijs autem,
& repotijs sestertij mille. Esse etiam dicit Capito Ateius editum (Diui ne
Augusti, an Tibrij Casaris non satis commensari) quo edito per dierum va-
rias solemnitates à trecentis sestertijs adusque duo milia sumptus cænarum
propagatus est, ut his saltem sinibus luxuria effervescentis astus coercere-
tur.* Repotia sunt, ut Sex. Pompeius notat, cum postero die nuptiarum
apud nouum maritum cenatur, quia quasi reficitur potatio. Sestertij
tum quattuor assibus æstimabantur, ut apud Iustinianum, & Marcianum
lib. ling. de ass. atque alijs, quorum scripta lib. 11. Emendationum & o-
pinionum retulimus. Asses autem semunciam æris pendebant, ut Plin-
ius scribit ex Papiria lege. itaque sestertij sex libram æris constituebant
x x lib. æ æris aureum nummum ex Arcadij constitutione. Qua ratione
tota huius legis æstimatio confici potest, & ad similitudinem nostro-
rum nummorum redigi pingui, ut aiunt, Minerua. Namque ut aurificum
statera hæc examinentur, non est à nobis hoc tempore postulandum.

AVGVSTI quoque lex à Paulo lib. x vi. ad Plautium refertur: *Impera-
tor, inquit, cum seruum manumittit, nõ vindictam imponit, sed cum voluit,
fit liber is qui manumittitur ex lege Augusti.* Hæc illa est fortasse, de qua
in Fusia Caninia dicebamus Suetonium scribere D. Augustum manu-
mittendi modum terminasse, & pleraque de eorum manumissionibus
constituisset. de quibus in Iunia quoque Norbana dicemus. His reperio
Augustum nomen Iuliar. legam dedisse, etsi de huius postremæ legis
nomine mihi non constet. Papiam quoque & Falcidiam eodem tem-
pore latas esse constat. Nunc de ceteris videamus.

I V L I A D E R E P E T V N D I S.

M. C I C E R O in oratione Sextiana testis est hanc legem à C.
Cæsare latam esse. De qua Marcianus lib. x iij. institutio-
num scribit: *Lex Iulia repetundar. pertinet ad eas pecunias,
quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel
quo alio officio, munere, ministeriove publico cepit, vel cū ex
cohorte cuius eor. est. Excipit lex à quibus licet accipere: à sobrinis, propiore-
ve gradu cognatis suis, vxore.* Addit Venuleius Saturninus lib. 111. publi-
cor iudicior. Eadem lege tenentur qui ob denuntiandum vel denuntiandum
testimoniū pecuniam acceperint. Item eadem careri, ait, ne quis ob militem
legendam mittendum ve as accipiat. neve quis ob sententiam in Senatu con-
siliove publico dicendam pecuniam accipiat, vel ob accusandam vel non ac-

cusandum. utque urbani magistratus ab omni sordē se abstineant, neve plus doni muneris in anno accipiant, quam quod sit aureor. centiū. Itē Macer lib. i. iudicior. publicor. scribit. Lex Iulia de repetundis præcipit, ne quis ob iudicem arbitrumve dandum, mutandum iubendumve ut iudicet: neve ob vincula publica conuiciendum, vincendum, vincireve iubendum, exve vinculis dimittendum: neve quis ob hominem condemnandum, absoluendumve: neve ob litem æstimandam, iudiciumve capitū pecuniæve faciendum, vel non faciendum, aliquid acceperit. Illud quoque cauetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, præbendum, adprehendendum, facta testā tuenda, antequam perfecta probata, præstita lege erunt. Datur ex hac lege, ut Scæuola libro i. v. regul. scribit, in heredes actio intra annum, dumtaxat à morte eius qui arguebatur. V scapī autem vetatur, quod contra hanc legem datum est, ut Paulus lib. l. iv. ad edictum scribit. Eadem lex venditiones, locationes eius rei causa pluris minorisve factas irritas facit. M. quoque Cicero in oratione in Pisonem scribit: Exire de provincia, educere exercitū, bellum sua sponte gerere, in regnum inuissu populi aut Senatus accedere cum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia maiestatis, Iulia de pecunys repetundis planissime vetant. Et pro Rabirio Posthumo. Iubet lex Iulia persequi ab his, ad quos ea pecunia, quam is ceperit qui damnatus sit, peruenerit. Si est hoc nouum in lege Iulia, sicuti multa sunt seuerius scripta, quam in antiquis legibus & san-ctius vindicata, sane etiam consuetudo huius generis iudicior. noua sit. Hoc totidem verbis translatum caput est, quot fuit non modo in Cornelia, sed etiam ante in lege Seruilia. Huius autem legis pœna quæ fuerit, igno-ramus. Macer tamen scribit: Hodie ex lege repetundarū extra ordinem puniuntur, & plerunq; vel exilio puniuntur: vel etiam diuinus prout ad-ferint. Olim ut ex Verrinis Ciceronis constat, lis æstimabatur, bonaque vendebantur eius qui damnatus esset, is vero in exilium voluntarium proficiscebatur. Sed illæ orationes ante C. Cæsar's Consulatum habitæ, quo tempore lex hæc lata; ceteræ, quas antea retulimus, post illius Con-sulatus. In epistolis autem M. Cælij ad Ciceronem reperitur, legis de repetundis vnum & centesimum caput fuisse: QUOD FORVM IVDI-CVM MAIOR PARS IUDICARIT, ID IVS RATVMQUE ESTO. Quod ad hanc legem pertinuisse non dubito.

i. lex Iulia
co.

L. i. eo.

i. quod con-
tra eo.

d. l. lex Iulia
in sine.

lib. ii. cpi. 7.

IULIA AGRARIA.

i. vi. de testam.
m.



AGRARIAM legem idem Cæsar tulit, ut Callistratus ait lib. v. de cognitionibus: & aduersus eos, qui terminos statutos extra suum gradū finesve mouerint dolo malo; pecuniaria pœna constituta est. Nam in terminos singulos, quos eiecerint, locove mouerint quinquaginta aureos in publicum dari iubet; & eius actionem & petitionē ei qui uolet, esse iubet. Hanc legem, ut Suetonius & Florus lib. c. 111. scribunt, Cæsar Consulit inuito Senatu, & M. Bibulo eius collega obnuntiantē, quem armis foro expulit, & ut domo abditus reliquum tempus ageret, coegit. Ipse campum Stellatē maioribus consecratum, agrumque Campanum ad subsidia

subsidia Reipub. vectigalem relictum, diuisit extra sortem viginti millibus ciuium, quibus terni pluresve liberi essent. Hæc Iulia lex appellatur à Suetonio in Augusto, cuius pater C. Octavius inter x. viros agrum Campanum plebi Iulia lege diuisit. Exstat etiam Tiberij Cæsaris constitutio de sepulchris post codicem Theodosianum, in qua monumentorum multa genera exprimentur in quibus est, quod non longe ab ædibus vel itinere publico constitutum est iuxta legem Semproniam, & Iuliam, quod cardinibus & decumanis constitutum esse môstratur. Decumanus limes, vt Vrbicus & Sex. Pompeius scribunt, est, qui ab oriente ad occidentem, vel contra fit: cardo, qui ad meridiem à septentrione, vel contra. Idem Suetonius scribit Cæsarem Dictatorem octoginta ciuium millia in transmarinas colonias distribuisse.

IULIA IUDICIARIA.



MODESTINVS lib. 11. de pœnis scribit: *Si reus, vel accusator domum iudicis ingrediatur, per legem Iuliam Iudiciariam in legem Ambitus committit; id est, aureos centum fisco inferre iubetur.* Hanc Paulus lib. 11. ad legem Iuliam & Papiam, publicorum iudiciorum appellasse videtur. *Lege, inquit, Iulia publicorum iudiciorum cauetur, ne inuito denuntietur, vt testimonium litis dicat aduersus socerum, generum, vitricum, priuignum, sobrinum, sobrinam, sobrino natum, eosve qui priore gradu sint. item ne liberto ipsius, liberorum eius parentium, viri, vxoris, item patroni, patronæ. & vt ne patroni, patronæ aduersus liberos, neque liberti aduersus patronum cogatur testimonium dicere.* Vlpianus autem lib. 11. & 111. ad edictum scribit ex his verbis legis Iulij iudiciorum, **QVO MINVS INTER PRIVATOS CONVENIAT**, sufficere priuatorum consensum qui iurisdictioni alicuius se subiciant, licet ille ignoret qui tribunali præest.

L. v. in fi. de L. i. ambitus.

L. lege Iulia. de testib.

L. i. & a. de iudic.

Ad eandem Callistrati verba refero lib. 1. edicti monitorij. *Cum lege Iulia cautum, inquit, sit, ne minor xx. annis iudicare cogatur: nemini licere minorem xx. annis compromissarium iudicem eligere.* Item quæ de numero patronorum alio loco scripta sunt, cum hac lege conuenient; nisi quod illa magis ad Augusti leges pertinere videntur.

L. cum lege de de testib.

Existimo hanc legem à C. Cæsare Dictatore latam esse, quod Cicero Philippica prima significare videtur. Is enim, vt Suetonius scribit, iudicia ad duo genera iudicum redegit, Equestris ordinis, ac Senatorij, Tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit. In quo Aureliam abrogavit. Erant Tribuni ærarij, qui militibus æs dabant, eisque pecunia attributa dabatur, vt Varro scripsit; ipsi eam Quæstori prouinciæ dabant, vt ex Aconio in Prætura vrbana Budæus notat. Hi ex Equitibus erant, vt Plinius lib. x x 111. scribit.

IULIA DE CIVITATE ROM.



IULIA, qua ciuitas vniuerso Latio data est, de qua Ser. Sulpitius in libro de dotibus, & Neratius de nuptiis scripserunt, vt Gellius refert lib. 14. Noctium. Namque ait Seruium scripsisse, in Latio qui vxorem ducturus erat, ab eo vnde ducèda erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri, qui daturus erat spondebat daturum. Hic contractus sponsa-

Cap. 4.

l. 1. & 1. de
de spons.

lia dicebatur; promissa, sponsa; alter sponsus dicebatur. agebaturque et sponso si fidem ille fregisset, lisque aestimabatur, nisi iusta causa adterretur. Idque obseruatum esse ait, quoad ciuitas uniuerso Latio Lege Iulia data est. Eiusdem rei apud Vlpianum lib. sing. de sponsalibus & Florentinum lib. 111. institutionum relata est. *Sponsalia dicta sunt à spondendo. Nam moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi uxores futuras. unde & sponsi, sponsaque appellatio nata est.* Sed & apud Arnobium lib. 1v. sperata, pacta, & interpositis stipulationibus sponsæ differunt. Non longe ab eadem re matrimonia, quæ per coemptionem fiebant, absum; de quibus in x 11. Tabulis dicemus. Iulix vero legis à Cicerone mentio fit, in oratione pro Balbo. Cuius verba, quoniam obscura esse existimantur: referam, & quo pacto accipièda esse arbitrer, scribam. *Innumerabiles, inquit, leges de ciuili iure sunt latæ, quas Latini voluerunt, asciuerunt. Ipsa denique Iulia, qua lege ciuitas est sociis & Latinis data; qui fundi populi facti non essent, ciuitatem non haberent: in quo magna contentio Heracliensium & Neapolitanorum fuit, cum magna pars in his ciuitatibus iuris sui libertatem ciuitati anteferet.* Balbus Gaditanus dum in castris Cn. Pompei Magni militaret, ab eo ciuitatem Romanâ est consecutus. Itaque L. Cornelius Balbus dictus est. Sed cum is ex foederato populo esset, ciuem Romanum fieri eum non posse dicebant, nisi is populus fundus factus esset. hoc est, nisi is populus legibus Romanis vteretur. Reprehendit id Cicero, atque adserit eum fuisse in his rebus maiorum morem, vt cum populus Rom. quidquam iussisset, si id socii, aut Latini recepissent, eaque lex in eo populo tanquam in fundo resedisset, tum ea lege is populus teneretur; qui ea de causa fundus populus dicebatur. *Nisi forte, inquit, Iulia lege ciues Rom. facti non sunt, nisi qui fundi populi facti essent?* Gellius lib. x v 1. scribit: *Municipes sunt ciues Rom. ex municipiis suo iure & legibus suis vtentes muneris tantum cum populo Romano honorarij participes, à quo munere capeffendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus neque vlla populi Rom. lege adstricti, cui nūquam, populus eorum fundus factus esset.* Cui Vlpianus ad stipulatur lib. 11. ad edictum, & Paulus lib. 1. x. Idem quoque Gellius translatione quadam non ineleganti hoc nomine libro x 1 x. vsus est. *Hæc ego, inquit, dixi, non vt huius sententiæ legisque fundus subscriptor que fierem, sed vt ne viri docti opinionem ad æquum ditor destituerem.* Itaque apud Ciceronem Neapolitanorum contentio esse potuit, num magis placeret suo iure vti, quam ciues esse Romanos. Sed quod de sociis ait, nõ est ad omnes populi Romani socios referendū (id enim Antonini constitutione effectū est) sed ad Italicos tantum. Florus tamen libro 1 x x. Marianis temporibus ait Italicos populis à Senatu ciuitatem datam esse; id per quem actum sit, non dicitur. Quamobrem Iulia ne ea lex fuerit incertum est. Sed tamen hoc à Cæsare concessum arbitror: nam *Quæstor*, vt Suetonius scribit, colonias Latinas de petenda ciuitate agitantes adiit, & audendum aliquid cõcitabat. Sed & Cicero lib. x 1 v. ad Atticum scribit: *Scis quam diligam Siculos, & quam illam clientelam honestam iudicem. Multa illis Cæsar, neque me inuito: & si Latinitas erat non ferenda. verumtamen. Ecce autem Antonius accepta grãdi pecunia fixit legẽ à Dictatore comitiis latã qua Siculi ciues Ro. cuius rei vino illo mentio nulla. Ius Latij à ciuitate Roma-*

cap. 4.

l. ad muni-
cip.
l. munus tri.
de verb. sign.

l. in orbe de
statu rom.
& Nou. 72.
in hæc.

2 p 11. 11.

na distinxit, non quo Latini ciues non essent, sed quod, vt de libertatibus dicemus in Iulii legibus, non ita immunes Latine vrbes erant, atq; colonie, atq; plebs vrbana. Quod ius Italicum fortasse sub titulo de censibus lib. I. Digest. dicitur. Sed hæc posterius. Ipsum Cæsarem legionem Alaudarum Gallicam ciuitate Romana donasse Suetonius scribit, omnesq; medicinam Romæ professos, & liberalium artium doctores.

IULIA THEATRALIS.



CRIBIT Plinius lib. xxxiii. Tiberij Cæsaris anno nono Cap. 2. annulor. equestrium auctoritati formam constitutam, C. Asinio Pollione, C. Antistio vetere Coss. post Romam conditam anno DCCCLXXV. constitutumq; esse, ne cui ius anulor. esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri, auoq; paterno sestertia cccc. census fuisset, & lege Iulia Theatrali in xiv. ordinibus sedendi. Ita verum fuit, quod ipse ante hæc verba refert, anulor. distinxisse alterum ordinem à plebe, sicut tunica latior, quam latum clauum appellabant, Senatim ab equitibus distinguebat. Equites autem dicebantur, quod equo mererent suis sumptibus. item iudices, quod Semproniam lege iudicarent. His quatuordecim ordines lege Roscia, & Iulia Theatrali ad spectacula dati sunt. Sed his tantum qui quadringentis millibus censerentur, vt antea dictum est. Quadringenta enim sestertia, totidem millia sestertiorum nummor. esse nemo ignorat. Huius legis à Suetonio in Augusto metio fit. *Cum enim, inquit, plebs ique equitum atrito bellis ciuilibus patrimonio spectare ludos è quatuordecim non auderent, metu pænæ Theatralis, pronunciauit Augustus non teneri ea, quibus ipsis parentibusve equester census vnquam fuisset.* De hoc equestri censu illud Martialis intelligendum est:

*Si dederint superi decies mihi millia centum,
Dicebas nondum Scauola factus eques.*

Item Horatius lib. i. epistolar.

*Si quadringentis sex septem millibus
Plebs eris.*

Ex quibus omnibus intelligimus, quod Caius ait lib. xi. ad edictum prouinciale, receptam esse honoris causa inter coniuges donationem: vt puta si vxor laticlauij petendi gratia donet, vel vt equestris ordinis fiat. census enim augendi causa donatum esse existimamus. ex quo fiebat, vt Senator esse posset, cuius Tunica illa latior, quæ & laticlauium & latus-clauus dicitur, erat insigne: aut eques Rom. fieret, qui anulo utebatur. Senatorius census fuit duodecies sestertium, vt in Duodecim diximus. Lati autem clauij mentio quoque fit in Alexandri constitutione, vt alij animaduertent, quamuis mihi nimis suspectus ille locus sit. De iure vero aureorum anulor. idem Plinius ait, quod etiam lib. xi. Digestor. Iustiniani scriptum est, solere libertos id ius à principe impetrare, vt ingenui haberentur: quamuis vt Paulus lib. i. x. ad legem Iuliam & Papiam scribit, ab hereditate eius patronus non excluditur. Sed postea Iustinianus libertis concessit Nouella l. xxv. iij. vt id ius impetrare non oporteret.

l. nuper. / de don. int. vii.

l. is qui iur. de iure aure. ano. Auth. vt liberti de cetero.

IULIA DE SACERDOTIIS.

l. n. Rufinus.
C. de test.
nulis.

DE hac lege ita Cicero scribit in epistola, quadam ad M. Brutum: *Est etiam in lege Iulia, quæ lex est de Sacerdotis proxima, his verbis: QUI PETIT, CUIVSVE RATIO HABEBITUR, aperte indicat posse rationem haberi etiam non præsentis. Quod ut in Domitia scripsimus, à Cicrone relatum est, ut eius filius in collegium augurum cooptaretur absens. Hanc à C. Cæsare latam arbitror.*

IULIA de patronorum numero nescio an eadem sit cum ea, quam iudiciariam appellauimus. Tantum reperio apud Asconium defendisse M. Scaurum patronos sex, L. Domitio Enobarbo & Appio Claudio Pulchro Coss. cum ad id tempus raro quicquam pluribus quam quatuor ueretur: ac post bella ciuilia ante legem Iuliam ad duodenos patronos est peruentum. Id tamen Augusti temporibus euenisse arbitror.

IULIA

DE LEGATIONIBVS.

Epist. II.

† al. ad hoc
genus.
al. ad id,
quod ad
deos, genus.

AVD Cicronem lib. xv. ad Atticum ita crediderim scriptum fuisse. *Habent opinor liberae legationes de finitum tempore lege Iulia, nec facile addi potest, sedque adeo genus legationis, ut cum uelis, introire, exue liceat: quod nunc mihi additum est. Bella est autem huius iuris quinquenni licentia. Quamquam quinquennium cogitem? Contrahi mihi negotium uidetur. Ex quibus uerbis uidetur significare Iulia lege quinquennium liberis legationibus esse præstitutum. Cicero tamen lib. III. de legibus cum legem hanc scripsisset, REI SVÆ ERGO NE QVIS LEGATVS ESTO: addit nihil turpius esse, quam quemquam legari, nisi Reip. causa: neque placere ut hereditates & syngraphas suas persequantur legati sine mandatis & sine ullo Reipub. munere. Itaque hoc genus legationis ipse Cicero Consul approbante Senatu sustulisset, nisi ei leuissimum Tr. Pl. uerteressisset. annum tamen fecit, quod erat perpetuum. Credendum ergo est postea quinquennium præmissum. De his legationibus ita Vlpianus scribit lib. Lxxiv. ad legem Prætoris: *Qui libera legatione abest, non uidetur Reipub. causa abesse. Illic enim non publici commodi causa, sed sui abest. Quæ uerba Accursium non percepisse recte Budæus notat. Sed & Alienus lib. v. Digestorum scribit: Non uere dicitur Reip. causa abesse eum, qui sui priuati negotij causa in legatione est. M. Cicero oratione prima in Rullum: *Hereditatum, inquit, obuendat. causa, quibus uos legationes dedistis (cum Senatoribus autem loquitur) qui & priuati & priuati ad negotium exierunt. non maximis operibus, neque summa auctoritate præditi; tamen auditis profecto quam graues eorum aduentus socijs uestris esse soleant. Idem in altera oratione in Rullum, & in oratione pro Flacco scribit.***

l. qui libera.
de legatione.

l. non uere
ex quib. cau.
mai.

IULIA MAIESTATIS

l. ad iul. ma.

l. cuiusque.
co.

HÆC lex præcipit, ut Marcianus scribit lib. xlv. institutionum, cum qui maiestatem publicam læserit, teneri cuius rei permulta exempla ab eodem & à Scæuola lib. iv. regular. traduntur. Sed & Vlpianus libro viiii. dispositionum scribit: *Qui de prouincia, cum ei successum æter,*

non discessit, aut qui exercitū deseruit, vel priuatus ad hostes perfugit, quive sciens falsum conscripsit, vel reuitauit in tabulis publicis. Nam & hoc, inquit, capite primo lege Maiestatis enumeratur. Iustinianus vero lib. i v. institutionum scribit hanc legem in eos qui contra Imp. vel Remp. aliquid moliti sunt, suum vigorem extendere. Cuius pœna, inquit, anime amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur. Hæc lex cui referenda sit, plane ignoro. Suspicio tamen C. Cæsaris fuisse. Etenim Cicero Philippica prima scribit eius legem fuisse ne Prætoriz prouinciz plus quam annum, ne plus quam biennium Consulares obtinerentur. Qua lege nulla melior, vtilior, & optima in Rep. sæpius flagitata, sed eam M. Antonius sustulit.

Instit. de pu.
lud. p. public.

IULIA DE VI PVBLICA.



MARCIANVS lib. xiv. institutionum scribit hac lege teneri, qui arma, tela domi suæ, agroque, in villa præter vsu venationis vel itineris vel nauigationis coegerit. Item excipiuntur arma quæ quis promercij causa habuerit, hereditateve ei obuenerint; vt Scæuola scribit lib. i v. regul.

l. i. ad. l. iud.
de vi p. b.
l. 2. eo.

Ad hunc Marcianus, in eadem causa esse, qui turba seditionisve faciendæ consilium inierint, seruos aut liberos homines in armis habuerint. Vlpianus tamen lib. l x v i i i. ad edictum, exceptum esse ait, qui propter venationem habeat homines qui cum bestiis pugnent, ministrosque ad ea habere conceditur. Venationem hoc loco tam publicam, quam priuatam intellige. Solebant enim veteres publicis spectaculis venationum delectari, ad quas damnatos homines deferebant. M. Cicero in epistola quadam ad M. Marium: *Reliquæ sunt (inquit) venationes binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat. Sed quæ potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus à valentissima bestia, laniatur, aut præclara bestia venabulo transfuerberatur?* In hunc modum accipiendum est quod de venatione ferarum lib. x i. constitutionum dicitur, vt occidere leones vulgo liceat, & vt bestiz ad comitatum principis ab omnibus limitum duabus transmittantur, quæ septem non amplius dies intra singulas ciuitates decineantur, vt quamprimum vti eis Cæsar possit: pœnaque constituitur aduersus eos qui eas bestias occiderint librar. auri quinque. Quã obrem recte Alciatus noster lib. ii. *πᾶσι πρῶτον* interpretatur quod Caius lib. i i i. de pœnis scriperat: *Ad bestias damnatos fauore populi Præses dimittere non debet. Sed si eius roboris vel artificij sint, vt digne populo Rom. exhiberi possint, principem consulere debet.* Hi enim non liberantur, sed consulitur princeps, vtum velit eorum artificio & robore in venatione vti. Huc etiam pertinet quod Caius lib. i. ad legem Iuliam & Papiam scripsit, ad bestias damnatos longo tempore detineri solere ante quam supplicium sumatur. Diocletianus quoque & Maximianus in consistorio dixerunt, Decurionum filios non debere bestiis obici, vanasque voces populi audiendas non esse, cum aut obnoxium crimine absolui, aut innocentes condemnari desiderauerint. Quamquam non iniqua est Accursianorum interpretatio, vt si quis artificio aut scientia excellat, tantisper eius supplicium differatur, dum princeps consulitur. Sed & in

l. i. eo.
l. qui dolo
eo.

lib. 7. epist.
i.

l. vii. C. de
vena ferarū.
lib. ii.

l. ad bestias
de pœnis.

l. qui vltimo.
eo. tit.

l. decurionū.
C. eo.

venationibus erant qui operas suas locarent, erant etiam qui virtutis ostentandæ causa cum bestis pugnarent, vt Vlpianus scribit lib. vi. ad edictum. Exstat hodie Nouella c. v. Iustiniani, quæ consuliuis spectacula præscribit, in quibus *μνηστειον* exhiberi iubetur, quo die huiusmodi venationis genus edebatur, Namque li. i. Græcor. & Pigrammatum in hanc sententiam Leon philosophus *ὁς τὸ μνηστειον* sui Consulatus scribit:

*Phæbe potens iaculis, musarum maxime princeps,
Fac, germana feras, animo: addendo feroces,
Incitet, vt caueæ clamores athera pulsent.
Nec tamen vlliis gemitum me audire decebit.
Nunc cum sceptrâ Ionis fuerim placidissimi adeptus.*

l. p. & qm
petas, de pu-
b. l. i.

Sed ad legem Iuliam reuertamur. Et Marcianus lib. xlv. institutionum scribit eadem lege teneri, qui pubes cum telo in publico fuerit; & qui pessimo exemplo conuocata seditione villas expugnauerit; & qui cum telis & armis bona rapuerit. Item qui ex incendio rapuerit aliquid præter materiam: & qui puerum vel feminam per vim stuprauerit: quiq; in incendio cum gladio aut telo rapiendi causa fuit, vel prohibendi domini res suas seruari. Item qui hominibus armatis possessorem domo,

Lqui cætu e.

agrove suo, aut naui suæ deiecerit, aut expugnauerit. Item qui cætu, concursu, turba, seditione incendium fecerit: quique hominem dolo malo incluserit, obsederit, quive fecerit quominus sepeliatur, quo magis sanus diripiatur, distrahatur, quive per vim sibi aliquem obligauerit. nam eam obligationem lex rescindit. Addit Vlpianus lib. v. 111. de officio Proconsulis: *Lege Iulia de vi publica tenetur, qui cum imperium potestatemve haberet, ciuem Romanum aduersus pronocationem necauerit, verberauerit, iusserit ve quid fieri, aut quid in collum iniiceret, vt torqueatur. Item quod ad legatos, oratores, comites ve attinebit, si quis quem eorum pulsasse, siue iniuriam ei fecisse arguetur.* Marcianus quoque scribit lib. v. publicorum, eadem lege caueri, ne quis reum vinciat, impediat ve, quo minus Romæ intra certum tempus adsit. Sunt alia, quæ Vlpianus persequitur lib. lxv. 111. ad edictum, & alij aliis locis. Macer quoque lib. i. iudiciorum scribit posse dici sepulchri violati crimen ad hanc legem pertinere ex illa parte, qua de eo cauetur, qui fecerit quid, quominus aliquis fumeretur, sepeliatur: quia & qui sepulchrum violat, tacit quo quis minus sepultus sit. Ad hanc legem fortasse Cicero respexit in oratione de aruspicum responsis: *Decreuit, inquit, Senatus eos qui id fecissent, lege de vi, qua est in eos qui vniuersam Rem. oppugnassent, teneri.* Sed hæc ad Plautiam quoque pertinere potuerunt. Damnato autem de vi publica, vt Vlpianus scribit, aqua & igni interdicitur. quam deportationem Iustinianus appellat, & tunc locum habere ait, cum armata vis plectitur, vis autem, quæ sine armis fit, lege Iulia de vi priuata in tertiam partem bonorum coercetur, idque est quod lib. xlv. 111. Digestorum dicitur de vi & de vi armata: quarum altera à Cicerone in oratione pro Cæcinnâ vis cottidiana, altera vis armata à nostris appellatur. Eratque olim duplex ea de re interdictum, vt ex illa Ciceronis oratione constat. Cuius tota defensio Vlpiani verbis comprobatur lib. lxx. ad edictum.

L. qui dolo
hi qui xdes.
cod.

L. sepulchri
violati cri-
men. de sep.
vio.

l. i. qui dolo
ip. huc.
l. i. u. de pu-
b. l. p. id. lex
Iulia. de v. &
de, ioterd. p.
recuperatōz.

L. quod est. de
vi & vi arm.

IULIA DE VI PRIVATA.



RAVLVVS lib. LV. ad edictum scribit: *Legis Iulia de vi privata crimen committitur, cuius actum aliquis, & concursus fecisse dicitur, quominus quis in ius produceretur, & si quis quaestione de alterius seruo habuisset. Et si quis aliquem deiecit ex agro suo hominibus congregatis sine armis, vt Vlpianus ait lib. LXIX. ad edictum. Sed & qui conuocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur, pulsetur, neque homo occisus erit, vt Sczuola lib. I v. regular. scribit. Id ipsum tamen Vlpianus lib. LXVIII. ad edictum, ad legem Iuliam de vi publica refert, in quo videtur Tribonianus hallucinari lib. XLVIII. Digestorum. Debit enim altero loco cum armis altero sine armis addere, ex lib. IV. institutionum Iustiniani, vt antea retulimus. Addit Marcianus lib. XIV. institutionum: *De vi privata damnati pars tertia honorum ex lege Iulia publicatur, & cantum est, ne Senator sit, nec Decurio, aut vllum honorem capiat; neve in eum in ordinem sedeat, neve iudex sit; & videlicet omni honore, quasi infamis ex S. C. carebit.* Illud nescio, ad hanc legem, an ad illam alteram pertineat, quod Iulianus ait lib. XLV. Digestorum: *Lex, inquit, Plautia & Iulia ea demum vetuit longa possessione capi, qua vi possessa fuissent, non etiam ex quibus vi quis deiectus fuisset.* Quod Iustinianus quoque refert lib. II. institutionum. Item quod Callistratus libro quarto de cognitionib. scribit, *Lege Iulia de vi cauere, ne hac lege in eum testimonium dicere liceret, qui se ab eo, parente ve eius liberauerit; qui ve impubes erunt, qui que iudicio publico damnatus erit, qui eorum in integrum restitutus non erit, qui ve in vinculis, custodia ve publica erit, qui ve ad bestias vt depugnaret, se locauerit; qui ve palam quastium faciet, fecerit ve, qui ve ob testimonium dicendum, vel non dicendum, pecuniam accepisse iudicatus vel conuictus erit.* Quae verba dipten notata in Florentino libro sunt. Dipten autem appello eam notam, de qua Isidorus lib. I. etymologiar. scribit, in libris interpretum rerum diuinar. soler e religiofos viros ea nota sacrorum librorum testimonia demonstrare. Et apud Ciceronem lib. VIII. ad Atticum in optime scriptis libris est: *Animaduertito illum locum, vbi erit διωλι, videbis de Cneo nostro ipse Vibullius quid existimet.* Qua nota nos libenter vtimur, quod eam in vetustissimis quibusque libris adiectam esse animaduertimus.*

l. legit Iulia.
ad Iul. de vi
priv.

l. si quis ali-
quem. co.
Lij. eo.
l. qui dolo p.
hac lege ad l.
Iul. de vi pu.
d. p. item lex.
de pub. iud.
l. u. ad l. Iul.
de vi priu.

l. non solum.
p. si dominus
de viuca.
Inst. de viuca.
p. fortia.
l. restium p.
lege Iulia. de
restibus.

Epist. 2.

IULIA DE ANNONA.



VLPIANVS lib. IX. de officio Proconsulis scribit, hac lege teneri, qui contra annonam fecerit, societate ve coierit, quo annona carib. fiat. Eademque lege cauere ait, ne quis nauem nauatam ve retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineatur, & poena x. aureor. statuitur.

l. i. de l. Iul.
de annon.

IULIA PECVLATVS.



HAC lege cauetur, vt Vlpianus lib. XLIV. ad Sabinum scribit, *ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publica ve auferat, neve intercipiatur, neve in rem suam vertat, neve faciat, quo quis auferat, intercipiatur, vel in rem suam vertat, nisi cui vtiq. lege licebit; ne ve*

l. i. ad l. Iul.
peccal.

l. qui tabu-
lam eo.

quis in aurum, argentum, & publicum quid indet, neve immisceat, neve quo quid indatur, immisceatur, faciat sciens dolo malo, quo id peius fiat. Addit Venuleius Saturninus lib. 111. iudiciorum publicorum: Qui tabulam aeream legis, formamve agrorum, aut quid aliud continentem refixerit, vel quid inde immutauerit, lege Iulia peculatus tenetur. Eadem lege tenetur, qui quid in tabulis publicis deleuerit vel induxerit. De poena vero ita Ulpianus lib. 1. de adulteriis scribit: Peculatus poena aquae & ignis interdictionem in quam hodie successit deportatio, continet. Sacrilegi capite puniuntur, ut Paulus ait lib. sing. de iudiciis publicis.

l. eo.
l. sacrilegi. e.

IULIA DE RESIDUIS.

l. leg Julia p.
leg. eo.



Hæc lex ab Iustiniانو cum superiore coniugitur. Marcianus tamen lib. xlv. institutionum scribit: *Lex Julia de residuis tenetur is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam accepit, aliave qua causa pecunia publica refedit. Sed & qui publicam pecuniam in usu aliquo acceptam retinuerit, nec erogauerit, hac lege tenetur.* Qua lege damnatus, amplius tertia parte, quam debet, punitur. Paulus quoque lib. sing. de iudiciis publicis scribit, legem Iuliam residuorum post annui reliquiam esse iussisse eam pecuniam, quam is qui in provinciam ibat, debebat, eamque professus erat apud ararium. Addit Marcianus lib. 1. iudicior. publicor. hac lege teneri, qui in tabulis publicis minorem pecuniam, quam quid venierit, aut locauerit, scripserit, aliudve quid simile commiserit.

l. sacrilegi. in
fine. eo.

l. hac lege. eo.

IULIA DE TUTORIB. A PRAESIDIB. DANDIS.

* Tit. de Atili-
ano in prin.



IUSTINIANVS lib. 1. institutionum scribit: *Si cui nullus omnino tutor fuerat ex testamento, aut ex legibus: ei dabatur in Vrbe quidem à Praetore urbano, & maiore parte Tribunor. plebis tutor ex lege Atilia. in provincijs vero à praesidibus provinciarum ex lege Iulia & Titia.* Alijs quoque casibus tutor ex his legibus petebatur, ut si sub conditione, aut ex die certo datus erat testamento tutor, item quamdiu ex testamento nemo heres exstebat, atque etiam si tutor ab hostibus captus esset. Sed ut in Atilia lege diximus, ex his legibus tutores pupillis desierunt dari, posteaquam primo Consules pupillis utriusque sexus tutores ex inquisitione dare coeperunt, deinde Praetores ex constitutionibus. Coeperunt autem Consules tutores dare D. Claudij temporibus; qui sanxit, ut pupillis extra ordinem tutores à Co. darentur; ut Suetonius scribit. Quamobrem lib. sing. de excusationibus scripsimus Modestinum dixisse Consularem potestate suppleri, quod in testamento deerat. Praetor autem Tutelaris à M. Antonino Philosopho introductus est, ut Julius Capitolinus scribit; de cuius Praetoris officio Ulpianus & Paulus singulares libros scripserunt, ut in libris de excusationibus à Modestino refertur.

IULIA DE
BONIS CEDENDIS.

LIB. VII. constitutionum titulo, Qui bonis cedere possunt, exstat Imp. Diocletiani & Maximiani rescriptum in hac verba: *Legis Iulix de bonis cedendis beneficium constitutionibus Diuor. nostror. parentum ad prouincias porrectum esse, vt cessio bonorum admittatur, notu est.* Item lib. quarto Theodosianar. constitutionum sub titulo. Qui bonis ex lege Iulia cedere possunt, Gratiani & Theodosij constitutiones duæ reperiuntur, quæ in illo VII. lib. Iustiniani relatæ sunt.

IULIA DE
FVNDO DOTALI.

DE hac lege ita Caius lib. IX. ad edictum prouinciale scribit: *Lex Iulia, qua de dotali prædio prospexit, ne id marito liceat obligare, aut alienare, plenius interpretanda est, vt etiam de sponso iuris idem sit, quod de marito.* Dotale prædium, inquit Vlpianus lib. V. de adulteriis, accipere debemus tam urbanum, quam rusticum. Ad omne enim ædificium lex Iulia pertinebit. Prædij appellatione etiam pars continetur; vt si prædium commune sit. Iustiniani quoque constitutio exstat, in qua ita scriptum est: *Lex Iulia fundi dotalis Italici alienationem prohibebat fieri à marito non consentiente muliere, hypothecam autem nec si mulier consentiebat.* Quod ab eodem principe ad prouincias porrectum est; item additum, vt alienare fundum ne consentiente quidem vxore maritus possit. Quod etiam lib. I. institutionum refertur. Hæc sunt Iulix leges, quæ nescimus, ad Augustum ne Cæsarem, an vero ad Caium referendæ sint.

I. Lex Iulia.
defuado do.

I. dot. l. c.

I. vn. p. & cõ
lex. C. de re.
vx. acti.Inst. quib. a-
he. li in p. 11.

In Iul. ca. 42.

CAESARIS Dictatoris lex fuit, cuius nomen ignoramus, quam Suetonius refert. *Octoginta enim ciuium millibus in transmarinas colonias, distributis, vt exhausta quoque vrbi frequentia suppeteret, sanxit, ne quis ciuis maior annis viginti, minorne XL. qui sacramento nõ teneretur, plus triennio continuo Italia abesset; ne quis Senatoris filius nisi contubernalis aut comes magistratus peregre profisceretur; neve bi qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum. inter pastores haberent. Omnesq; medicinam Romæ professos, & liberalium artium doctores, quo libertines & ipsi Urbem incolerent, & ceteri appetere, ciuitate donauit.* Hæc Suetonius. Et sane hæc lex necessaria fuit, non propter colonias solum, sed & propter bellor. ciuiliu. cædes, Vrbe hominibus exhausta.

IDEM Cæsar de pecunijs mutuis reiecta nouar. tabular. expectatione, decreuit, vt debitores creditoribus satisfacere per æstimationem possessionum, quanti ante bellum ciuile fuerant comparata. deducto sanore. Qua ratione quarta pars fere, vt Suetonius ait, deperibat. Hinc illi ioci Ciceronis sunt in epistolis ad Papirium Prætum: *Sed quando, vt video, æstimationes tuas vendere non potes, neque ollam denariorum implere, Romam tibi remigrandum est.* Item illud, *Nunquam plura prædia habuisti.* Addit Tacitus lib. V. legem Dictatoris fuisse, qua de modo credendi, possiden-

dique intra Italiam cauebatur. Quam Tiberij tempore neglectam ipse restituit.

IVLIA ANNALIS à neutro Cæsare lata est, sed ut in Annali dictum est, à L. Julio Annali Tr. Pl. ut Liuius scripsit lib. XL. qua de ætate eorum qui magistratus gererent, agebatur, ut illic scripsimus.

Auth. de nu-
pe. p. quæ ve-
ro.

IVLIA MISCELLA ab Iulio Miscella dicta est, ut Iustinianus significare videtur XXI. Nouella. Non desunt tamen, qui interpretentur huius legis cognomen non à latore legis acceptum, sed à mixtis multarum rerum capitibus, ut Satyram: quod mihi non displicet. nam & id cognomen Iulæ gentis nusquam legi: & ut esset, potuit ab hac lege emanare, ut Annalis cognomen. Miscellos ludos Suetonius in Caligula factos refert, eadem fortasse ratione appellatos. Hac lege cautum fuit, ut si vir uxori testamento legatum reliquisset ea conditione, ne ad secundas nuptias veniret, intra annum legatum capere posset, & nubere, si modo iuraret se liberorum procreandorum causa id agere. Post annum vero Qu. Mucij Scauolæ cautione præstita se nupturam non esse, legatum capiebat. Sed hanc legem Iustinianus abrogauit, & initio constituit nullo sacramento aut cautione opus esse, sed liberam voluntatem vxoribus ac viris reliquit legata capiendi. Postea vero ea capere quidem post annum permisit, sed cautione præstita restitutos se ea, si nuptias contraxissent.

l. 1. & 2. C. de
iud. vid.

IVNIAE LEGES.

CICERO in Corneliiana apud Asconium, Q. Cæcilio Metello M. Iunio Silano Cos. anno Urbis DCXLIII. latam esse scribit, ut leges quæ rem militarem impedirent, abrogarentur. Cum enim Iunius ipse bello Cimbrico male rem gessisset, leges quæ per eos annos populo lætæ erant, quibus militiæ stipendia minuebantur, abrogauit; ut Asconius scribit: qui liber maxime mendosus est tum hoc loco in Iunij Silani nomine, quem modo Æmilium, modo Siluium appellat, tum etiam in Liuiis legibus, quas Iunias postea nominat.

IVNIA ET LICINIA à D. Iunio Silano, & L. Licinio Muræna Cos. lata, ut opinor, est ann. Urb. DCXCV. quam Cicero in Sextiana inter Consulares leges Iuniam refert, quas lib. I. I. & IV. ad Atticum contemni molente fert. Quid autem in his legibus scriptum amplius esset ignoro.

IVNIA NORBANA.

HANC legem latam esse existimo Tiberij Cæsaris tempore, M. Iunio Silano, L. Norbano Cos. anno DCCCLXXI. qua serui Latinam libertatem consequerentur. Namque ciuitas Romana, ut Cicero in Topicis scribit, tum compete-
tebat seruis, cum censu, aut vindicta, aut testamento liberi fiebant. Quod ita Seuerinus interpretatur, ut censu manumitterentur serui, cum consensu domini serui nomen in censum delatum esset. Vindicta fiebat liber, licitoris virga ad serui caput admota; nam virgam ipsam vindictam appellabant; seruum in libertatem eodem licitore vindicante.

dicante. De censu idem Cicero ait lib. 1. de Oratore: *Quid de libertate? quo iudicium grauius esse nullum potest: nonne ex iure ciuili potest esse censitiorum quamur, is qui domini voluntate census sit, si non sit conditum lustrum, sit ne liber.* Lustrum enim à Censoribus fiebat quo tempore quibusdam sacrificiis, cum census ageretur, tota ciuitas lustrabatur, ut ex illo primo Seruij Tullij lustro apud Liviũ lib. 1. cognosci potest. Theophilus quoque lib. 1. institutionum & tria illa genera manumittendi refert in eundem modum ea interpretatur, sed addit opus esse, ut serui dominus ex iure Quiritium dominus esset, item ut legitimam ætatem seruus habeat, hoc est annos triginta. Quamobrem lib. 1 11. Emendationum scripsimus, Iustinianum ita fortasse scriptum reliquisse sub titulo de libertinis: *Et omnes libertos nullo hæc ætatis manumissi, nec domini manumittentis, nec in manumissionis modo discrimine habito ciuitate Romana decorauimus.* Nam ut Theophilus scribit, non domini ætas, sed dominium inspiciebatur. De vindicta autem notum est poetæ nescio cuius carmen:

Vindicta postquam meus à Pratore recessi.

Fiebat enim apud Prætorem aut Consulem hæc manumissio apud quem ex lege Ælia Seneca si dominus minor x. annis esset, causa probabatur. Vindictus autem, sive ut Pomponius scribit Vindex, Vitelliorum seruus, qui coniurationem post Reges exactos detexit, primus vindicta liberatus esse dicitur, ut Lilius lib. 1. scribit, Vindictæ quoque nomen ab eodem tractum putant. postea obseruatum esse scribit, ut qui ita liberati essent, in ciuitatem accepti viderentur. Caius vero libro 1. institutionum, cuius tamen libri duo, qui hodie exstant, mihi suspecti sunt, videntur enim alienas esse manus passi. in his tamen ita Caius scribit: *Ciues Romani sunt, qui his tribus modis, id est testamento, aut in ecclesia, aut ante Consulem fuerint manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittuntur.* In quibus verbis existimo pro eo quod de censu diximus, manumissionem in ecclesia esse adiectam ab eo qui post Theodosianas leges institutiones Cai, & Pauli sententias coniunxit. Etenim libr. 1v. constitutionum Theodosij ea de re exstat Constantini rescriptum ad Osium episcopum datum xlv. Kalendas Mai, Crispo iterum & Constantino iterum Coss. Qui dies & Consules adscribendi sunt lib. 1. constitutionum Iustiniani, ubi eiusdem legis verba referuntur. Itaque censu obsoleto ex ea lege ciuitas Romana seruis dabatur, si in x. de sacra apud Pontificem eius prouinciæ libertas daretur. Latini vero & illis modis fiebant, & alijs, qui ex Iustiniani constitutione, & ex Theophili institutionibus colligi possunt. Namque Iustinianus dum totam hanc Latinam libertatem tollit, enumerare videtur eos modos quibus Latini liberti fiebant. Principio enim per epistolam iubet libertate data quinque testibus adhibitis, ciuitatem competere. quem esse Latinæ libertatis modum Caius & Theophilus scribunt. Item inter amicos totidem testibus præsentibus. Addit, quod ex edicto D. Claudij, cuius apud Suetonium quoque mentio fit olim Latinitas competeat, si ægrotus seruus domo eiectus esset. hic enim olim libertus Latinus fiebat, hodie ciuis Romanus. Huc accedit, si ancilla aduersus conditionem venditionis prostituta sit. Sed & qui pileati domini funus antece-

Inst. de libert. tit. p. vltim.

Perlius.

l. 1. p. l. c. de p. de otig. l. i.

l. vi. C. de his, qui in eccl. na.

E. de Latina libert. col. l. vnc.

dunt, vt captiui ciues Romani, qui in triumpho pileati incedebant, quasi liberati seruitute ab eo qui triumphabat, vt apud Lium in calce libri x xx. Qu. Terentium Scipionem Africanum secutus est, & lib. x x x i v. T. Quintium capitibus raris qui seruitute exempti fuerant. Est autem vtrumque à Plauto in Amphitruone coniuuctum. *Nisi etiam, inquit, herus me ignorabit, quod ille faciat Iupiter, vt ego hodie vaso capite caluus capiam pileum.* Erat autem hoc etiam in manumissionibus obseruatum, vnde testamento manumissi atque adeo omnes defuncti liberti funus pileati antecedeabant, vt in Fusia Caninia dictum est. Sed quoniam heredes solebant ostentationis gratia multos seruos ita adornare, neque eis postea vt libertis vtebantur, iussit Iustinianus ciues Romanos fieri: item illos qui cadauer ventilare in lectulo viderentur, de quibus nihil accepit. Sed arbitror eiusmodi esse, atque eos qui in funere Pontificum aut optimatum hodie ad cadauer atrati cum insignibus atq; stabellis ministrant. Sed neque hos, neque illos, neq; etiam ancillas prostitutas Latinitatem olim fuisse consecutas ab Iustiniano aperte dicitur. Sed tamen initio scripsit se eos modos persequi, quibus Latina libertas dabatur. Quod sequitur apertum est, si libertas ea condicione data esset siue testamento, siue vindicta, vt manumissus libertate Latina vteretur. Hunc enim olim Latinum fuisse non dubito, ex Iustiniani lege ciuem Romanum. Sed & si sub condicione libertas daretur, & heres ei praesentisset antea libertatem, Latinus erat: si condicio existeret, cuius (vt opinor) Romanus. Sed ex illa constitutione ciuis vtroque casu, sed altero heredis libertus, altero orcinus, hoc est testatoris. ita enim à iureconsultis veteribus dicebatur qui libertatem à testatore directam cepisset, ab Orco nomine deducto, quo verbo Virgilius sepe vsus est. Sunt qui malint orthinos *ὄρθινος* quod rectum significat, vt Accursius hoc quoque animaduertit. Sed Theophilus *καρπιαστὴρ* interpretatur, & in Florentino libro non vno in loco orcinus appellatur, à cuius libri scriptura non temere recedendum esse arbitramur. Iam vero si in liberali iudicio superatus fuerat seruus à domino; deinde serui pretium ab aliquo ei solutum esset, in Latinitate seruus constituebatur: sed id quoque Iustinianus tollit, & ei ciuitatem dat, patronatus iure illi ablato. Item Latina fiebat, quæ cum ancilla esset, homini libero fuit in vxorem à domino data, & dos ei, tanquam liberæ data fuit. Sed & qui apud acta seruum suum filium dixerat, aut ipsi seruo instrumenta, ex quibus seruus ostendebatur, tradiderit vel ipse corruperit, qui nouissimus Latinitatis modus fuisse dicitur. Et his omnibus casibus ex illa Iustiniani constitutione ciues Romani fiunt, hoc autem potestimo necesse est quinque testes adesse, cum dominus instrumenta seruo dat, aut ea corrumpit. Ceteros Latinitatis modos tollit, in quibus ille est, de quo Caius & Theophilus scribunt, si seruus ad conuiuium adhibeatur. Sed & Theophilus cum dicat seruis x x x. annis minoribus ciuitatem Romanam non dari, item opus fuisse, vt eorum domini ex iure Quiritium domini essent, vel pleno iure: significare videtur, tum quoque Latinam libertatem competere. De pleno iure ita scribit, dominiuum aut naturale, quod in bonis appellat, aut ex iure Quiritium esse: qui vtroque iure dominus est, pleno iure dominus esse dicitur. Qua de re libro tertio Emendationum diximus. Nam licet nudum Quiritium

L. totcia in
pri. de legit.
sotor.
l. ergo. p. hi
qui de fid. li.
l. duo socij.
de hered.
iustis.

ius quod ex mancipatione & nexu, item ex cessione in iure veniebat, vt in x l i. Tabulis dicemus; Iustiniani constitutionibus sublatum sit: tamen exstant eiusdem rei vestigia, præter ea quæ à nobis illic relata sunt. Etenim Seuerinus in notis ad Ciceronem ita scribit: *Si quis nexu abalienet rem mancipi, id quod suum fuit, in alterius potestatem pleno iure transfuit. Quod si etiam in iure cedat, plenum abalienationis ius erit.* Et Iustinianus lib. l i i. Institutionum: *Cum paterfa. inquit, sese in adrogationem dat, omnes res eius corporales & incorporales, quæque ei debuit sunt, adrogatori antea pleno iure acquirebantur.* Item Imperatores Diocletianus & Maximianus Eucarpiz rescripserunt, si post venditionem ante traditionem manumisit venditor ancillam, pleno iure dominus constitutus, ciuem Romanam facere non prohiberi: personali tamen actione venditorem conueniendum. De eo vero dominio, quod in bonis dicitur, non solum in illa Iustiniani constitutione de nudo iure Quiritium tollendo mentio fit, sed & lib. i v. institutionum scriptum est, in actione vi bonorum raptorum non spectari rem in bonis actoris esse. Nam siue in bonis sit, siue non, si tamen ex bonis sit, locum illa actio habet. Quo loco recte quidam notant, rem in bonis esse, quæ possideatur. Namque Vlpianus libro quinquagesimo nono ad edictum scribit: In bonis nostris computari non solum quæ domino nostri sunt, sed & si bona fide à nobis possideantur, vel superficiaria sint. Item si quid est in actionibus, petitionibus, & persecutionibus, hoc est in personalibus, realibus & extraordinariis persecutionibus, vt idem Vlpianus scribit lib. x l i x. ad Sabinum. Sed ad Latinos libertos, & vt Iustinianus appellat, Iunianos reuertamur, & qua in re à ceteris libertis differrent, videamus. Et Caius lib. i. Institutionum scribit Latinos à ciuibus Romanis differre, quod ciues testamenti factionem habeant Latini neque testamenta facere, neque ex testamento cuiquam succedere possint. A dediticiis vero de quibus in Ælia Sentia dictum est, qui intestabiles etiam sunt, eo differunt Latini, quod dediticij nullo pacto ciuitatem Romanam consequi poterant, Latini si iterum testamento aut vindicta, aut in ecclesia manumitterentur, ciues fiebant. Hoc ipsum in epistola quadam Plinij minoris agnoscimus lib. v l i. epistolar. Proconsul, inquit, *provinciam Baticam per Ticinum est petiturus: spero, immo confido me facile impetraturum, vt ex itinere desleat ad te, si voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos manumisisti.* Ex Iustiniano autem lib. i. Institutionum constat, seruus à dominis semper manumitti posse, veluti cum Prætor, aut Præses, aut Proconsul in balneum vel in theatrum eunt. Quod vero de testamenti factione dicitur, id non vno in loco ab Iustiniano quoque traditur. Nam sub titulo de successione libertorum ita scribit: *Latinorum legitima successiones nulla penitus erant, quia licet vt liberi vitam suam peragebant, at tamen ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, & quasi seruorum bona eorum iure quodammodo peculij ex lege Iulia Norbana manumissos detinebant.* Sed & liberi manumissos ex S C. Largiano, nisi nominatim exheredati essent extraneis heredibus præferebatur. Ex edicto autem D. Traiani, si inuito vel ignorante patrono ad ciuitatem Romanam Latinus libertus vocatus esset, ciuitate viuus fruebatur, moriebatur autem Latinus. Hæc tamen omnia Latinitate

l. v. C. de nudo iure Quirit. tol.

l. v. C. de v. loca. transf. Boët. in Topic. Clear. Insti. de adq. per adrog.

l. si ancillam. C. de act. em.

Inst. de vi bon. rapt. p. sane.

l. bonorum appellatio. de verb. sign.

l. pecuniæ. p. actionis. cod. tit.

Inst. de liberti. p. serui.

Inst. de fruct. lib. in hinc.

Cide lat. lib.
in p. in.

I. in orbe. de
sta. hom.

Instit. de fi
deicom. her.
in p. in.

1. C. de her.
iustit.

¶ sed si con-
dicioni. p. fo-
lemus de her.
inst.
I. sed si hac
lege. p. sed si
per penam.
de in ius vo-
can.
I. ad I. Falc.

de Lat. lib.
cod. Inptiue.

unde here.
p. l. C. T. h.

te sublata, vt antea diximus, abrogata sunt. Illa quoque constitutione se-
pius hoc ipsum ius Latinorum repetitur: *Quis enim, inquit, patitur ta-
lem esse libertatem, ex qua ipso tempore mortis in eandem personam simul &
libertas, & seruitium concurrant; & qui quasi liber moratus est, eripatur
non solum in mortem, sed etiam in seruitutem?* Sed animaduertendum est,
quod ex Cato retulimus, solos ciues Romanos posse ex testamēto quid-
quam consequi. Quod tamen in Iustiniāni libris nō ita aperte scriptum
reperio, data ciuitate Romana omnibus his qui sub imperio Romano
erant, ab Antonino Pio. Significare autem hoc Iulianus & Theophilus
videntur, cum originem fideicommissorum tradunt lib. 1. Instituti-
onum: *Sciendum, inquit Imp. est omnia fideicommissa primis temporibus
infirmā fuisse, quia nemo inuitus cogebatur prestare id, de quo rogatus erat.
Quibus enim non poterant hereditatem vel legata relinquere, si relinque-
bant; fideicommissabant eorum, qui capere ex testamento poterant heredita-
tem.* Quæ verba ita Theophilus interpretatur, vt ea de peregrinis intel-
ligat. Euenisse enim nonnumquam ait, vt ciuis Romanus parentes aut
cognatos peregrinos haberet, qui cum ex testamento neque heredita-
tem neque legata consequi possent, rogabantur heredes, qui testamenti
factionem haberent, vt his legata aut hereditatem restituerent. Cuius opi-
nio T. Antonini constitutione comprobari videtur, cuius verba sunt
hæc: *Qui deportantur, si heredes scribantur, tamquam peregrini capere non
possunt. Sed hereditas in ea causa est, in qua esset, si scripti non fuissent.* Ne-
que enim verum est quod quidam putant, peregrinos deportatos tantum
significare. Significat enim id nomen alterius ciuitatis ciuem. *Peregrini
& incolæ officium est* (inquit Cicero lib. 1. Officior.) *nihil præter suum
negotium agere, nihil de alio inquirere minimeque in alicui esse Repub. cu-
riosum.* Quin potius deportati ea de causa peregrini appellabantur, quod
ciuitatem amittebant. Vlpianus lib. 14. ad Sabinum: *Solemus, inquit, di-
cere media tempora non nocere; vt puta ciuis Romanus heres scriptus, viuo
testatore factus peregrinus, mox ad ciuitatem Romanam peruenit, media
tempora non nocent.* Idem lib. 5. ad edictum peregrinitatem appellat eum
statum, in quo deportatus est. In lege quoque Falcidia non sine causa
adscriptum est: **QUI CIVES ROMANI SVNT, QUI EORVM POST
HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM FACERE VOLET: VT
Paulus lib. sing. ad eam legem scripsit.** Hæc igitur est Latinorum liber-
torum & ciuium Romanorum differentia, quæ ab antiquis ducta tem-
poribus est ad similitudinem antiquæ Latinitatis, quæ in colonias missa
est, vt Iustinianus ait, ex qua nihil aliud Reip. nisi bellū ciuile accessisse
scribit. Quæ verba nescio an ita accipienda sint, vt cum Romani colo-
nias Latinas deduxissent, hæc postea coloniarum ceteris Latinis bellum
sociale ciuitatem petendo mouerunt: quo pacto ipsa rei origo sublata
est, vt postea scribit. Quod vero supra dictum est, Latini liberti succes-
sionem patronum accipere, tanquam peculium: id in Constantini quo-
que rescripto ad Maximum reperitur, quod lib. 11. Theodosiani codicis
refertur in hæc verba: *Si is qui dignitate Romana ciuitatis amissa Latinus
fuerit effectus, in eodem statu munere lucis excefferit, omne peculium eius à
patrono, vel patroni filijs, sine nepotibus eius, qui nequaquam ius agnatio-
nis amiserint, vindicetur.* Aliam differentiam apud Paulum lib. 14. (enten-

tiar. reperi titulo de manumissionib. Mutus enim & furdus seruum vindicta liberare non poterant; inter amicos tamen & per epistolam manumittere poterant. Itaq; Latinos facere, nō ciues permittebatur. poterat tamen is seruus ad iustam libertatem, si ea condicione venderetur, peruenire. Hæc de Latinis libertis, qui ex lege Iunia Norbana fiebant, scribere oportet p̄fectum visum est.

IUNIA PETRONIA.



HERMOGENIANVS lib. 1. iuris epitomarum scribit: *Legge Iunia Petronia si dissonantes pares iudicum sententia existat, pro libertate pronuntiarium iustum* Item Modestinus lib. VI. regular. scribit: *Post legem Petroniam & S. C. ad eam legem pertinetia, dominis potestas ablata est ad bestias depugnandas suo arbitrio seruos tradere.* oblato tamen iudici seruo si iusta sit domini querela, sic p̄cæ tradetur. De hac lege nihil amplius accepi.

l lege Iunia. de manumi.

l. eieuncide. in fine de l. Coru. de si. cat.

Alia lex est, cuius Cicero mentionem facit lib. III. Offic. his verbis: *Male etiam qui peregrinos urbibus prohibent, eosque exterminant, ut Petronius apud patres nostros, Papius nuper. nam esse pro ciue, qui cuius nō sit, rectum est non licere. quam tulerūt legem sapientissimi Consules Crassus & Scæuola: vsu vero urbis prohibere peregrinos sane inhumanum est.*

IUNIA † VELLEA.

a. VELLEIA.



HÆC ANIM appellatur, non Iulia, ut in Florētino libro vidimus apud Caium lib. II. institutionum, & Ulpianum lib. XXXVI. ad Sabinum. De hac lege non est quod multa scribamus, in tanta librorū multitudine, qui nobilitatum illud Scæuolæ caput, GALLVS SIC POSSE, interpretantur. Locos tantum quosdam collegi, quibus huius legis mentio fieri videtur, ex quibus sententia eius magna ex parte cognoscetur. Et apud Scæuolam lib. XVI. Quæstionum huius legis verba referuntur pauca, quæ duobus capitib. diuisa esse dicuntur. Priore capite cauetur, ut liceat institui nondum natos, qui cum nascentur sui erunt. Qua de causa de lege Vellea ita cœpit tractare. *Soluit viuis, inquit, nobis natos similiter non viuere testamentum. & videtur primum caput eos spectare, qui cum nascentur, sui heredes futuri essent.* Verba autem legis referuntur hæc: *QUI TESTAMENTVM FACIET, IS OMNIS VIRILIS SEXVS, QUI EI SVVS HERES FUTVRVS ERIT, & cætera.* Quib. existimo detracta fuisse verba hæc, aut his similia, *INSTITVENDI POTESTATEM HABETO.* Posteriore capite non permittit institui, hoc est, non id agi lex, ut permittat; sed illud cauet, ut vetet rumpi, neve ob eam rem minus ratum esset, quod succedat. De quo autem loquatur, ex ipsis legis verbis apparet. *Videndum num hac posteriore parte, inquit Scæuola, SI QVIS EX SVIS HEREDIBVS SVVS HERES ESSE DESIERIT, LIBERTIVS, & cætera, IN LOCVM SVORVM SVI HEREDIS SVCCEDVNT: possit interpretatione induci, & quæ sequuntur.* Hoc autem posteriori capite id agi, ut non rumpatur adgnatione alterius sui heredis testamen-

l. postumos. in fin. de instit. sup. l. si hereditas. p. qui filii. de testa. rat.

l. Gallus p. ille casus. de lib. & postq. p. nōc. de leg. e. l.

d. p. ille casus.

p. videndum.

tum; alia quoque Scævolæ verba significant: *Nam etsi, inquit, ita verba sunt, Qui testamentum faciet, is omnis virilis sexus, qui ei suus heres futurus erit, & cetera; etiam si parente vivo nascantur; sequenti parte suis edentes in locum liberorum non vult lex rumpere testamentum, & sequentem enim partem alterū caput hoc, quo de agimus, interpretor: de quo mox. Et ita interpretandum, inquit, est, ut si & filiū, & nepotem, & pronepote[m] habeas; mortuis utrisque pronepos institutus succedens non rumpat. Et bene verba se habet, Si quis ex suis heredibus suus heres esse desierit, ad omnes casus pertinet, quos suppledos in Galli Aquilij sententiâ diximus. Subt. 3. illi casus de aqua & ignis interdictione, & de emancipatione, & captivitate, quos Gallus omiserat: item quod ad personas aliorum liberorum attinet. Ut vero hic, qui succedit, non rumpat (quod hoc capite dicebatur) institui eum, aut exheredari nominatim erat necesse, quod Scævola illis verbis significat, *Dummodo heres institutus sit, aut exheredatus*. Quæ verba ad eam speciem referuntur, cum mortuo filio & nepote, siue nepos ante filium, siue postea decedat, pronepos suus heres non rumpit, si institutus aut exheredatus sit. Etenim ex lib. 1. institutus constat, suos & necessarios h[er]edes esse, filium, filiam, nepotem, nepotem ex filio, & deinceps ceteros liberos, qui in potestate morientis fuerint. Sed ut nepos & reliqui sui heredes sint, opus est ut qui eos præcedunt, vivo auctore desierint in potestate esse. Item illud ad hæc ipsa res intelligenda pertinet, ut sciamus olim necesse fuisse ei qui filium in potestate haberet, ut eum heredem institueret, vel nominatim exheredaret. filias vero, aut nepotes, ac reliquos liberos per virilem sexum descendentes licebat inter ceteros exheredare, vel si silentio fuissent præteritius ad crescendi eis ad certam portionem præstabatur. Quæ de re etsi Iustinianus in quadam constitutione scribat, filiam præteritam ad semissem olim ex iure ad crescendi fuisse vocatam; tamen ut Theophilus scribit, & Caius lib. 11. institutionum, & Paulus lib. 11. sententiarum, quod alij animadverterunt, si heredes scripti sui heredes sint, ut puta filia fratres, in eam partem vocabitur, quam esset ab intestato habitura. Sin autem extranei heredes sint, ipsa semissem consequatur. De nepotibus nihil Caius, & Paulus scribunt, propterea quod hi lege Vellea ne rumpant, si sui heredes sunt, instituendi aut exheredandi sunt nominatim. Id epim videtur lex Vellea ad vetus illud ius addidisse. Quæ lex, ut antea scripsimus, priore capite de posthumis locuta est, quod Scævola scribit, item Ulpianus lib. 11. ad Sabinum: *Postumi, inquit, per virilem sexum descendentes ad similitudinem filiorum nominatim exheredandi sunt, ne testamentum agnoscendo rumpant. Postmos autem dicimus eos duntaxat, qui post mortem parentis nascuntur. Sed & hi qui post testamentum factum in vita nascuntur, ita demum per legem Velleam rumpere testamentum prohibentur, si nominatim sint exheredati*. Scævola quoque cum de Galli Aquilij sententiâ disputat, omnes illos casus ad legem Velleam non pertinere: propterea quod Aquilius & Scævola de ea specie scribunt, cum postumus nepos aut pronepos post testatoris mortem natus est. Vellea priori capite de eo postumo agit, qui vivo eo natus est, deinde de ceteris succedunt in sui heredis locum. De posteriore capite multo pluribus locis agitur. Namque Caius lib. 1. institutionum scribit: *Postumorum**

p. unum de leg. & seq.

p. & quid si tantum.

p. etiam si parente in sine.

testis de herede. qual. & diff. p. ius. Instit. de exher. lib. in prin.

l. maximum vicium. p. ierimus. C. de lib. p. ex.

l. p. in prin. de int. sup.

l. Gallus. in prin. & p. & quid si tantum. & p. quid si quis. & p. aut de leg.

l. postumos. de int. sup.

flumorum loco sunt & hi qui in sui heredis loco succedendo, quasi adgnascendo fiunt parentibus sui heredes. & postea: Ne ergo eo modo rumpat mihi testamentum, sicut ipsum filium vel heredem instituire, vel exheredare nominatum debeo, ne non iure faciam testamētum; ita & nepotem neptemve ex eo necesse est mihi vel heredem instituire, vel exheredare: ne forte me viuo filio mortuo succedendo in locū eius nepos neptisve quasi adgnatione rumpat testamentum. Idque lege, inquit, Iunia Vellea prouisum est. Idem scribit Iustinianus, paucis quibūdam verbis immutatis, quæ non recte ad principē essent referenda. quod in illis libris institutionū Iustiniani animaduerti. Vt enim hæc obiter notemus: cū totæ pæne institutiones consentent ex his quæ ex his quæ ex iuriconsul-tutionibus atq; aliis libris sumpta sunt: quidquid iuriconsulti (vt fit) de se sinxerunt, id Tribonianus noluit de principe dici, nisi maiestati eius aptum esset: vt hoc loco. Caius enim ita scribit: Si filium, & ex eo nepotem neptemve in potestate habeat. & postea quæ antea retulimus: Ne ergo eo modo rumpat mihi testamentum. At Iustinianus. Si quis filium & ex eo nepotem neptemve in potestate habeat. Deinde cetera in eandem rationem: Ne ergo eo modo rumpatur eius testamentum, & quæ sequuntur. Idem sub titulo de rerum diuisione multis locis animaduerti potest, qui libro quoque x l. i. Digest. referuntur. In quibus illud præclare immutatum est, quod Caius lib. i. l. rer. coetidianar. siue aureor. ita scripserat: Item quæ ex hostibus capiuntur, iure gentium statim capiuntur sunt. Etenim Iustinianus Imperatoris dignitatem conseruans: Item, inquit, quæ ex hostibus capiuntur, iure gentium statim nostra sunt. Reliquit autem ea quæ communia principi cum priuatis sunt, vt illud est: Quarundam rerum dominium nauiscimus iure naturali, & cetera. Item in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreauimus. Quæ eodem pacto in Digestis reperiuntur. Sed vt ad Velleam reuertamur in institutionibus post illa Caii verba: Idque lege Iunia Vellea prouisum est: additur: In qua similis exheredationis modus ad similitudinem postumorum demonstratur. Quæ verba cum iis quæ ex Vlpiano antea retulimus, facere videntur, qui Velleam de exheredatione sola retulit. Adde Imp. Alexandri constitutionem, cuius verba sunt hæc: Imp. Alexand. A. Heraclidæ. Si auus tuus, qui patrem tuum & nouercam æquis portionibus heredes instituit, cum te quoque haberet in potestate, testamento nominatim non exheredauit; mortuo patre tuo viuo auo, sine impedimento legis Velleæ succedendo in patris tui locum, rupisti aui testamentum, & ad te hereditas eius tota pertinuit. Hic enim cum exheredatus non esset, quasi adgnascendo testamentum rupit, quod ne fieret, lege hac prouisum est. Sed hi omnes de his testamentis loquuntur, in quibus hic qui succedit, institutus non est, quæ ne rumpantur, hic nepos exheredandus est. Sed tamen multo certius est, quod alij scribunt, vt aut instituantur, aut nominatim exheredentur. Vlpianus lib. vi. ad Sabinum: Ne potibus inquit, postumus & demiceps substituere, si qui non recasuri sunt in patris potestate. Sed si eos patres præcedant, ita demū substitui eis potest, si heredes instituti sint, vel exheredati. Ita enim post legem Velleam succedendo non rumpunt testamentum. Nam si principale ruptū sit testamentum; & pupillare euannit: Idem Vlpianus scribit lib. x x v l. ad Sabinū. Qui filiū, & ex eo nepotem habebat, si nepoti intorem dederit, habet disceptationem, an aliquo casu non

Inst. de exher. lib. p. postumorum.

l. naturalium. l. ad eo. l. qua ratione. de adq. rer. dom. d. l. naturalium. in fine. Inst. de rer. diuin. p. item ca.

Instit. eo. p. singul. l. i. de acq. re. dom. Inst. de patris pot. in pr. l. i. de his qui sui.

d. l. 4. de iniur. rup.

l. 2. c. de lib. p. i. c.

l. 2. de vulg. & pup. su.

l. si hereditas. p. q. si filium de test. tut.

fit utilis datio: vt puta si proponas filium viuo patre decessisse, & nepotem ex eo successisse viuo auo. Et fortius dicendum, inquit, est tutelam quoque ex lege Iunia Vellea ¶ confirmatam. Nam & Pomponius lib. xv. l. ex Sabino scripsit valere tutoris dationem. Cum enim confirmatum sit testamentum, consequenter tutoris quoque datio valebit in eo testamento scripta, quod valet id est, vbi nepos vel heres institutus sit, vel uoueat ex hereditate sit. Hæc enim ita scribenda sunt. Sed & solius institutionis mentio sit apud eundem Vlpianum lib. i. v. ad Sabinum. Nepotes autem, inquit, & deinceps ceteri qui ex lege Vellea instituti non rumpunt testamenta, sub omni conditione institui possunt, etsi redigantur ad filij conditionem. Quæ verba Lælius Taurellus nolter ita interpretatur, vt ex lege Vellea nepotes instituantur sub conditione, quæ in eorum potestate non est: vt puta si filii nascerentur. Cum tamen filius sub ea conditione tantum quæ est in potestate ipsius institui possit, vt idem Vlpianus scribit: etsi hi nepotes, qui succedunt, eadem conditione sint qua filij; iura enim sui hereditatis percipiuntur. Quæ res non est sine difficultate. Ad extremum Iustinianus constitutio referenda est, in qua hæc etiam lex refertur. Filio ex hereditate extraneus heres institutus est: deliberante herede filius decessit, filio vel nato vel nascituro relicto: Iustinianus ait, cum pater auo superuenerit, ex lege Vellea nepos patri succedere non potest, & rescindere testamentum. Sed tamen querellam ei patris nomine dat. Hæc sunt quæ de lege Vellea reperimus; ad quam Paulus lib. sing. scripsisse dicitur, ex quo nihil in Digestis relatum esse accepi.

¶ confirmatum. P. Flo.

¶ sed si conditioni. p. l. de her. insti.

¶ sius quoque.

¶ si quis filio. C. de inoffi. test.

vel Platoria.

LÆTORIA. †



L. IUIVS LIB. 21. scribit P. Volerone Tr. Pl. L. Platoriam, P. Furio Coss. rogationem tulisse ad populum, vt patrum magistratus Tributis comitiis fierent. Cui legi cuiuslibet ab nobilitate resisteretur. † Platorius ei collegam institutus est, belli gloria nobilis, rudi vt in homine militari, lingua: a patribus autem Appius Claudius Appij filius Cōsul creatus est, & I. Quinctius. Cum itaque inter Appium & † Platorium contentio maximum periculum ciuitatem adduxisset, lex accepta est: & tum primum Tributis comitiis creati Tribuni sunt quinque, cum antea duo tantum fuissent. Hæc Lilius. Nos vero & a hbi & in Horatia lege diximus Centuriata comitia, quibus maior erat patriciorum potestas, differre à Tributis vel Curiatis: vtroque enim nomine eadem comitia significuntur. Nam licet Curia Tribuum portio initio fuerint, vt Dionysius scribit, postea tamen pro eisdem partibus vtrumque nomen vsurpatur, vt Sex. Pompeius ait. In his populo suffragium ferente confusa plebs, quæ maiori frequentia, quam nobilitas erat, vincebat patricios. Quamobrem soli plebei magistratus ex hac lege, item minor magistratus Tributis comitiis creabatur: maiores vero, hoc est Consules, Prætores, atque Censores comitiis Centuriatis: vt apud Gellium lib. xiii. M. Messala Augur scribit libro i. de auspiciis. Maiores autem dici, quod maioribus auspiciis crearentur; quodque eorū auspicia magis rata essent, quam aliorum. Consules autem & Prætores collegas esse, quod eisdem auspiciis

vel Lætorius.

vel Lætorii.

cap. 13.

auspiciis crearentur. Minores magistratus appellare videtur eos, qui neque vocationem ad se, neque prehensionem haberent, qui que in ius vocari impune possent, vt *Ædiles Curules*, atque *Quæstores*; vt eodem libro scribit. *Tribuni* autem plebis vocationem non habebant, sed prehensionem, ad quam rem viatoribus utebantur. *Ij* enim initio intercessionibus faciendis, ne alicui iniuria à magistratibus fieret, creati sunt. Ita que neque auspicia habebant, neque imperium, neque magistratum, vt *Appius Claudius* in ea contentione dicebat, quæ de hac lege facta est. Qui illud quoque negabat ius esse *Tribuno* in quemquam nisi in plebeium: sed neque illum ipsum submouere pro imperio posse, quia ita more maiorum diceretur: Si vobis videtur discedite *Quirites*. Sed hac quoque de re *Gellius* eodem libro scribit.

Lectoria quoque lege *curatores* vel propter *lasciuia*, vel propter *dementia* dabantur. Primus enim *D. Marcus* constituit, vt omnes adulti non redditis causis *curatores* acciperent, vt *Iulius Capitolinus* scribit: Et *Suetonius* *1111. lib.* *Prætorum* relatus à *Prisciano* *lib. v. 111. Letoria*, inquit, *vetat minorem annis xxv. stipulari*. *Iustinianus* tamen *lib. 1.* institutionum scribit *adulescentes* inuitos *curatores* non accipere, præterquam in *litem*. *Prodigis* vero ac *furiosis* ex lege *xii. Tabularum* *curatores* dabantur, vt in *Duodecim* dicemus. De hac lege *M. Cicero* scribit *lib. 111. officiorum*: *Iste*, inquit, *dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt tutela xii. Tabulis, & circumscriptio adolescentium lege Letoria, & sine lege, iudicijs, in quibus ex fide bona agitur*. Ita enim scribendum est, non lege *Plectoria*. Et *lib. 111. de nat. deor.* *Inde iudicium publicum rei priuatæ lege Letoria: inde euericulum malitiarum omnium iudicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noster protulit.*

In *xii. Tabulis* retulimus *M. Plectorij* plebiscitum, cuius à *Varrone*, & à *Censorino* mentio fit, quo plebiscito *Prætoris* iurisdictione constituta esse videretur. eius verba sunt hæc. *PRAETOR URBANVS QVI NVNC EST, QVIQVE POSTHAC FVERIT, DVOS LICTORES APVD SE HABETO, ISQVE SVPREMVV AD SOLIS OCCASV IVS INTER CIVEIS DICITO*. Non est tamén dissimulandum alios ubique legere *Letoria*.

LENIA, VEL LËVIA.

APVD *Cicer.* *lib. 11. de legibus Leniæ* vel *Leuiæ* leges pro *Liuii*, vt *opinor*, scriptæ sunt, *Philippo Cos.* abrogatæ, vt postea scribemus.

LICINIA.



LIVIVS *lib. vi.* scribit *C. Licinium Stolone m.*, *L. Sextium* *Tribunos* has leges promulgasse: *vnam* de *zre alieno*, vt *deducto* eo de *capite*, quod *vsuris* pernumeratum esset, quod *superesset*, *triennio* æquis *portionibus*, quod *annua*, *bima*, *trina* die à *nostris* dicitur, *persolueretur*. alteram de *modo agrorum*, ne *quis plus quingentis iugeribus* *agri* possideret. *tertiam* ne *Tribunorum militum comitia* fierent. *hebant enim Tribuni Consulari potestate*, quod *Pomponius* quoque refert. *item* vt *Consulum*

I. j. in prin. de annu. legat.

l. v. p. de inde cum post. de orlin.

alter ex plebe crearetur. Sed tamen de his legibus accipiendis permissis amicus pugnatū est. Addita quoque alia rogatio est, vt pro Duumviris sacris faciendis Decemviri crearentur partim ex plebe, partim ex patribus, quam legem decimum eis relictis acceptam esse scribit. Post amicum deinde leges omnes acceptæ sunt, & L. Sextius de plebe primus Censuræ creatus est, cui collega ex patribus fuit L. Æmilius Mamercinus a. d. vrb. CCCXXCVI. Hac de causa Prætor vrbanus patricius magistratus creatus est, item duo Ædiles Curules. Quod Pomponius quoque significat Appianus autem lib. i. bellor. ciuiliū Agrariam legem non solum de quingentis iugeribus fuisse ait, sed etiam vt maiorum armentorum nemo plus centum, neve minorum amplius quingentis haberet. Accedit autem per commode, vt C. Licinius sua lege intra decennium decem millibus æris damnaretur à M. Popilio Lenate; C. Marcio, Cn. Manlio Coss. quod mille iugera agri possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset, vt Liuius lib. v. ii. refert. De eadem lege M. Varro lib. i. de re rustica ita scribit: *Stolonis illa lex, quæ vetat plus D. iugera habere ciuem Rom. & qui propter diligentiam cultura Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores et radicibus, quæ nascerentur è solo, quos stolones appellabant.* Addit illud quoque quod non alibi legi: *Eiusdem gentis C. Licinius Tr. P. cum esset post Reges exactos annis CCCI. xv. primus populam ad leges accipienda in septem iugera forensia è comitio eduxit.*

- II. Ad eandem legem pertinere arbitror quod Cicero de lege Agraria oratione prima scribit: *Leges veteres fuisse, neque eas Cōsulares, sed Tribunicias, Liciniam, atque alteram Æbutiam, quæ non modo eum qui tulerit de aliqua curatioe, ac potestate; sed etiam collegas eius, cognatos, ad fines excipit, ne eis ea potestas, curatioe mandetur.* Et de ditione sua: *Quid nominis, inquit, inscriptio tibi? num aliud videtur esse, ac meorum bonor. direptio; præterquam quod ne id quidem per legem Liciniam, vt tibi curatioem ferres, facere potuisti.* De eadem etiam lib. ii. ad Atticum, vt arbitror, intellexit, cum per multas leges enumerat, quar. cōtemporares Remp. euerterint. Marcianus autem lib. xiv. institutionum, aliud caput Licinæ legis refert, de quo nihil amplius accepimus. *Si quis, inquit, iudicij communi diuidendo euitandi causam alienauerit, ex lege Licinæ ei interdicitur, ne cōmuni diuidendo iudicio experiatur. verbi gratia, vt potior emptor per licitationem vilius eam accipiat, & per hoc iterum ipse recipiat.*

LICINIA ET MUCIA.



CICERO in Corneliā apud Asconium scribit: *Legem Liciniam & Muciam de ciuibus regundis video constare inter omnes: quam duo Coss. omnium quos vidimus, sapientissimi tulissent; non modo inutilem, sed perniciosam Rei fuisse. Eam legem P. Licinius Crassus Orator, & Q. Mucius Scævola Pont. Maxim. vt Asconius ait, tulerunt; cum summa cupiditate ciuitatis Romanæ Italici populi tenerentur; & ob id magna pars eorum pro ciuibus Romanis se gereret. Necessaria itaque lex visa est, vt in suæ quisque ciuitatis ius redigeretur. Sed tamen ita alienati ea lege animi principum*
Italicorum

Italicorum populorum esse dicuntur, ut ea vel maxima causa belli Italici fuerit, quod post triennium exortum est. Hæc Prædianus. Cicer. lib. 3. Officior. ita scribit: *Male etiam qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosque exterminant, ut Petronius apud patres nostros, Papius nuper. nam esse prociue, qui civis non sit, rectum est non licere: quam tulerunt legem sapientissimi Consules Crassus & Scauola: vsu vero urbis prohibere peregrinos sane inhumanum est.* Ex quibus Ciceronis verba intelliguntur, qui cum Catonem maiorem Lyliæ Attico compararet, *Est enim, inquit, Atticus, quoniam certe Athenis est & natus, & mortuus, & sanctus omni civium munere. quamquam Timæus eum. quasi Licinia & Mucia lege repetis Syracusæ.* Idem in Rullum: *In illa lege, qua peregrini Roma eiciuntur, Glaucippus excipitur.* Ad eandem legem refero quod idem in Planciana scribit: *Sed aliquando veniamus ad causam, in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ est de sodalitiis, omnes ambitus leges complexus es.* Namque arbitrator eadem lege sodalitia fuisse prohibita, ut pacatior civitas esset. De eadem arbitrator in Sextiana quoque sentisse: *St atuit, inquit, omnino Consularem legem nullam putare: Atiliam, Didiam, Liciniam, Iuniam contempsit.* Item in oratione pro Cornelio Balbo.

Cic. in Bru.
10.

LICINIA SVMP TVARIA.

MACROBIUS lib. III. Saturnalior. scribit, post Didiam & Fanniam, Liciniam latam esse a P. Licinio Crasso Diuite. Cuius ferendæ & probandæ tantum studium fuisse dicit, ut S. C. iuberetur, ut ea tantummodo promulgata ante trinūdinum ita obtineretur, quasi iam populi sententia comprobata. Qua de re in Cæcilia dictum est. Congruit autem hæc lex in plerisque cum Fannia. Ea autem seu ma legis est, ut Kalendis, Nonis, nundinis Romanis, cuique in dies singulos triginta duntaxat asses edendi causa consumere liceret. Ceteris diebus ne amplius apponeretur, quam carnis aridæ pondo tria, & silfamentorum pondo libra: & quod ex terra, vite, arboreve natum sit. Gellius vero libro secundo Noctium legem Liciniam, sicut Fanniam ait centenos aris impendi permisisse, nuptiis duce nos; ceteris aris tricenos: *cum & carnis aridæ, & silfamenti certa,* inquit, *ponderain singulos dies constituisset: sed quidquid esset de terra, vite, arboreve promisue largita est.* Cum Gellio Sext. Pompeius facit qui centenarias cenas, vel ut in quodam libro legi, centurias dictas fuisse scribit, in quas lege Licinia non plus centum silibus præter terra nata impendebatur. Sed & M. Cicero in quadam epistola ad Fabium Gallum: *Lex, inquit, sumptuaria, quæ videtur de urbe atulisse, ea mihi fraudi fuit. Nam dum volunt isti lautis terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius. Itaque ego, qui me ostreis & muræis facile abstinebam, à beta etiam & malva deceptus sum.* De centenariis cenis Tertullianus ita scribit: *Quoniam illæ leges abierunt, sumptum & ambitionem comprimentes: quæ ceterum æra non amplius in cenam suscipi iubebat; nec amplius quam unam inferri gallinam, & eam non saginatam; Video enim centenarias cenas à centenis iam sestertius dicendas.* Sed & Gellius Lucilij carmen refert, quo legi Fanniæ metio

cap. 14

epist. 16. lib.
7.In Apolog.
tico. cap. 6.

ficeret, & harum cenarum. *Fannij centussisque miscellos.* Post hanc legem Cornelia & Iulia sumptuariz latae sunt vt antea vidimus.

L I V I A.

M. LIVIUS Drusus, vt Florus scribit lib. lxx. & lxxi. optimatum partes tuebatur, qui, cum Senatus moleste ferret iudicia equitibus lege Sempronia data, ea ad Senatores transferre conabatur, plebem spe largitionis corruptens: socios quoque & Italicos populos spe ciuitatis Romanae concitauit: leges per vim Agrarias & Frumentarias tulit, ite-
Judicalem, vt aequarentur Senatores equitibus in iudiciis. Sed cum promissa ciuitas sociis non praestaretur, atque bellum sociale pararetur, L. uuius Drusus etiam Senatu inuisus factus fuit, quasi illius belli auctor, qua de causa domi suae interfectus (incertum à quo) inuentus est. Hae Florus. Plutarchus tamen scribit Drusum à Senatu quæsitum esse, vt per eum C. Gracchus, qui gratus suis legibus plebi habebatur, negligeret. Itaque Graccho duas colonias deducere cupienti Senatus resistebat, Druso xii. colonias decernenti consentiebat, ternaque ciuium millia eas deduci sinebat. Gracchus pauperibus agrum diuidi iubens sine pensione offende-
bat Senatum, Drusus sine pensione id facere permissus. Ille Latinis paria suffragia concedens non audiebatur, hinc a milio erant, qui Latinum virgis caedi in exercitu prohibuit, Idem Appianus lib. ii. bellor. ciuiliu scribit; nisi quod decem L. uuij colonias scribit, easque in Italia & Sicilia fuisse deductas: promississeque eas Latinis, cum Floro consentit. Item Senatum & equestrem ordinem conmixisse, vt iudicarent. Vtrumque tamen ordinem ea in re ostendisse. Nam cum trecenti Senatores essent, totidem equites Romanos designat, qui omnes iudiciis praesent. Quod vterque ordo moleste tulit, ut enim iudicia perdebat, alteri pari munere fungi alteros noluerunt. Latini sunt quæ L. uuium inuisum ordinibus & Italicis populis lecerunt: qui de causa mortuus domi suae inuentus est. Item eius leges sublatae sunt, quæ contra auspicia & legem Cæcilianam & Didiam latae, quæ trinobis obseruari iubebant. M. Cicero hac de re pro domo: *Decreuit Senatus, inquit, M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæcilianam & Didiam latae, quæ populum non teneri.* Hæ leges mendose Iuniz apud Aferoniam in Cæcilianam appellantur. Lataeque esse scribit L. Marcio Philippo, Sex. Iulio Cæsare Coss. qui fuit anno vrbs dccc lxxii. Sed Philippum Cos. qui et inimicus erat, obtinuisse, vt omnes vno S. C. tollerentur. Decretumque illud contra auspicia latas, eisque populum non teneri. Item apud Cicero lib. ii. de legibus non L. uuij, nec Iuniz, sed L. uuij, vel vt in veteri libro videtur, L. uuij, E pro I. vt in plerisque alijs scripto, appellantur. Cum enim definisset legem esse iustorum & iniustorum distinctionem ad naturam expressam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos adiciunt, & defendunt ac tuentur bonos: Scias vero, vel vt nos emendauimus, Titias & Appuleias leges non esse putandas, ne L. uuij vel L. uuij quidem, quæ praesertim vno versiculo Senatus puncto temporis sublatae sint. Et postea cum Augurum potestatem laudat: *Quid, inquit, reli-*

religiosus, quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? Quid, legem, si non iure rogata est, tollere? ut † etiam decreto collegij, ut Leuias, vel Leuias, consilio Philippi Consulio & Auguris? Quæ verba multis modis mendosa sunt. Sed agnoscimus de Liuij Drusi legibus sensisse videri. De cuius Tribunatu initio libri 1. de Oratore ita scribit: Cum igitur vehementius inueheretur in causam principum Consul Philippus, Drusique Tribunatus pro Senatus auctoritate susceptus, infringi iam ac debilitari videretur; dici memini L. Crassum se in Tusculanum conuulisse. Et lib. 111. de Philippi aduentus Senatum concione, & Drusi in Senatu querelis, & postrema L. Crassi oratione initium facit. Non igitur dubito & in libris de legibus & apud Alconium Liuias leges has esse appellatas. De quibus Lucanus lib. v i.

Vidi ego latantes, popularia nomina Drufos

Legibus immodico, ausosque ingentia Gracchos.

MAIESTATIS leges in Appuleia, Cœlia, Cornelia, Varia, & Iulia persecuti sumus. Libet tamen hoc loco incertæ legis sententiam adscribere, cuius apud Tacitum lib. iv. mentio fit. Nam cum esset Cornelio Cosso, Asinio Agrippa Cos. Cremutius Cordus accusatus quod Brutum & Cassium laudasset editis annalibus: id crimen Cordus ita diluit, ut diceret nihil se aduersus principem ciuitatis, nihil aduersus principis parentem quos Maiestas lex amplecteretur, scripsisse.

MAMILIA, SIVE MANILIA ROSCIA PEDV- CAEA ALIENA FABIA DE COLONIS.

IN libro variorum scriptorum de limitibus aliquot capita inuenimus huius legis, quam plebiscitum esse suspicamur; eique Tribunos v. nomen dedisse. Legis verba hæc sunt.

K. L III. Quæ Colonia hac lege deducta quodve municipium, præfectura, forum, conciliabulum constitutum erit, qui ager intra fines eorum erit, qui termini in eo agro statuti erunt, quo in loco terminus non exstabit, in eo loco is cuius † is ager erit, terminum restituendum curato: utque recte factum esse velit, idque magistratus, qui in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo iure dicundo præerit, facito, ut fiat.

K. L. IIII. Qui limites decumani, qui hac lege deducti erunt, quæcunque fossæ limites in eo agro erunt, qui ager hac lege datus adsignatus erit, ne quis eos limites decumanos, ne obleptos, neve quid

in eis immolatum, neve quid ibi positum habeto, neve eos arato, neve eas fossas obturato, neve quis sapito, quo minus suo itinere aqua ire fluere possit. si quis aduersus ea quid fecerit, in res singulas quotiescunque fecerit H-S. IIII. Colonis, municipibusve eius, in quorum agro id factum erit, dare damnas esto: pecuniaque qui volet petitio hac lege esto.

K. L. V. Qui hac lege Coloniam deduxerit, municipium praefecturam, forum, conciliabulum constituerit, in eo agro, qui ager intra fines eius coloniae, municipij, fori, conciliabuli, praefecturae erit, limites decumanique ut fiant, terminique statuantur, curato: quique fines ita statuerit, si fines eorum sunt, dum ne extra agrum Colonicum, territorium, ut fines ducat: quique termini hac lege statuti erunt, ne quis quem eorum eicito, neve termino loco moueto, sciens dolo malo: si quis aduersus ea fecerit, is in terminos singulos, quos eiecerit, loco mouerit, sciens dolo malo, H-S. XXV. in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas esto, de qua ea re curatoris, qui hac lege erit, iurisdictio, recipiatorumque datio addictio esto. cum curator hac lege non erit, tunc quicumque magistratus in ea colonia, municipio, praefectura, foro, conciliabulo iure dicundo praerit, eius magistratus de ea re iurisdictio, iurisdicisque datio addictio esto: inque eam rem is, qui hac lege iudicium dederit, testibus publice dumtaxat in res singulas x. denuntiandi potestatem facito, ita ut de re publica, fideque sua videbitur. & si is, unde ea pecunia petita erit, condemnatus erit, eam pecuniam ab eo, de bonis eius, primo quoque tempore exigito, eiusque pecuniae, quod

al. Terminatio.

al. commo-
ucto.

al. Dic.

quod receptum erit, partem dimidiam ei, cuius v-
nius opera, maxime is condemnatus erit, partem di-
midiam in publicum redigito. Quo ex loco termi-
nus aberit, si quis in eum locum terminum resti-
tuere volet, sine sua fraude liceto facere: neve quid,
cui is ob eam rem hac lege damnas estō.

MANILIA. SIVE MANLIA.



SCRIBIT Livijs lib. VII. Cn. Manlius Cos. legem no-
uo exemplo ad Sutrium in castis Tributum tulisse de vi-
cesima eorum qui manumitterentur. Patres, quia ea lege
haud paruum vectigal inopi arario additum esset, aucto-
res fuerunt. Tribuni tamen plebis, ne quis postea popu-
lum seuocaret, capite sanxerunt. Cum enim milites in Consulibus verba
iurarent, eos ad quascunque leges cogere potuissent. Sed hæc lex Manlia
fortasse dicenda est, in quo libri variare solent; de ea tamen nihil am-
plius accepi. De vicefima vero aliar. rer. in Vicefima lege dicemus.

Altera Manilia lex fuit, de qua in XII. Tabulis videbimus, cum de
prescriptione quinque pedum tractabimus. Et ex Cicerone lib. I. de legi-
bus & Frontino, & Urbico apparet, hac lege finibus regundis arbi-
trum dari, modo ne ea contentio quinque pedes, qui vsucapi vetantur,
excederet.

Aliam idem Cicero in Bruto refert: *Inuidiosa*, inquit, *legis Maniliae* 111.
quæ initione C. Galbam sacerdotem, & quattuor Consulares L. Bestiam, C. Ca-
tonem, Sp. Albinum, L. Opimium Gracchani iudices suffulerunt. De eadem
fortasse pro Muræna, Sulpitium confusionem suffragiorum flagitasse, &
prorogationem legis Maniliae, atque æquationem gratiæ, dignitatis, &
suffragiorum scribit.

Sed hæc melius ad aliam legem referri possunt, quæ de libertinorum 111.
suffragiis lata est, vt Asconius in Corneliiana scribit: quæ prius à P. Sulpi-
cio Tri. Pleb. & à L. Sulla lata esse dicitur.

Tulit autem eam C. Manilius Tr. Pl. qui de Pompcio Magno aduer- V.
sus Mithridatem mittendo legem tulit, quam Cicero Prætor in oratio-
ne, quæ de lege Manilia inscribitur, suavit. De qua lege, vel potius privi-
legio, Florus centesimo libro scribit.

Addunt quidam eundem Tribunum tulisse, vt novis hominibus ma- V I.
gistratus decernerentur. quod à veteribus nescio, an memoriæ tradi-
tum sit.

Quod vero lib. I. de Oratore scriptum est: *Nec quisquam est eorum, qui si* V I E
iam sit ediscendum sibi aliquid, non Teucerum Pacuum malit, quam Manilianas
venalium vendendor. leges ediscere. De illis emptionum & venditionum legi-
bus atque condicionibus intelligendum est, quas apud Varronem libr.
II. de re rustica reperies. Sunt tamen qui malint utroque loco Mamilia-
nas scribere, & earum auctorem M. Mamiliam, non Manilium. Sed

l. 1. p. posthos
faciunt. de
orig. iur.

l. vetus. de v-
tute.

tamen in Etrusco libro Manilius est apud Pomponium. *Post hos*, inquit, fuerunt P. Mucius, & Brutus, & Manilius, qui fundauerunt ius ciuile. Ex his P. Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres. & exstant volumina scripta Manilij monumenta. De eodem apud Ciceronem lib. 1. de finib. *An partus*, inquit, ancillæ sit ne in fructu habendus, differetur inter principes ciuitatis P. Scæuolam, Manillum: ab hisque M. Brutus dissentiet? De qua quæstione Vlpianus lib. xvi j. ad Sabinum: *Vetus*, inquit, fuit quæstio, an partus ad fructuarium pertineret. Sed Bruti sententia obtinuit fructuarium in eo locum non habere: neque enim in fructu hominis homo esse potest.

M A R I A .



Marius, qui postea Septies Consul fuit, cum Tribunus Pl. esset legem tulit de suffragiis, vt Plutarchus scribit, qua optimatum vires in reddendis suffragiis, ac in magistratibus mandandis minui videbantur. Itaque & Consul Cotta, & Metellus valde restiterunt; lex tamen lata est. De ea Cicero lib. 11 1. de legibus. *Pontes etiam lex Maria fecit angustos; que si opposita sunt ambitiosis, vt sunt fere, non reprehendo.* Pontes autem appellabant, qua ciues ad suffragium ferendum ibant; de quibus lib. 1. ad Herennium scriptum est: *Cæpio impetum facit, pontes disturbat, cillas deicit.* De eisdem sunt qui intelligant, quod vulgo dicebatur sexagenarios de ponte deiçi oportere. Itaque eos senes depontanos appellabant, vt Sex. Pompeius scribit. Alij ad scirpeas quasdam effigies, quas argeos vocant, referunt. Eas enim, vt idem Pompeius scribit virgines Vestales in Tiberim singulis annis iacere solebant. Ad hoc in Rosciana priore Cicero alluisse visus est: *Habeo etiam dicere*, inquit, *quem contra morem maiorum minorem annis sexaginta de ponte in Tiberim deiecerit.* Angustos autem pontes Marius fecit, vt libere ciues suffragium ferrent, neque candidati mitterent, qui tabellam inspicerent, & eodem ponte confidentes aliquid per vim aut fraudem conarentur.

11. De iure vero triumphandi tulere L. Marius & M. Cato Tribuni plebis, vt ex Valerio Maximo lib. 11. in Triumphali dicemus.

M E M M I A .

In oratione pro Sex. Roscio Remmia, non Memmia dicenda est, quæ aduersus accusatores scripta est, vt suo loco scribam.

M Æ N I A .



DE hac lege apud Ciceronem in Bruto scriptum est. *Manium Curium suspicari disertum possumus, quod is Tribunus Pleb. Interrege Appio Cæco diserto homine comitia contra leges habente, cum de plebe Consulem non accipiebat, patres ante auctores fieri coegerit, quod fuerit permagnum nondum lege Mania lata.* Refertur etiam apud Nonium Marcellum Varro in lege Mania

Mænia ita scribens: *Si quis patriam maiorem parentem exinguit, in eo est culpa, quod facit pro sua parte is qui se cunuchabat, aut alicui liberus producit.* Et alio loco: *Nemo est tam negligens, quin summa diligentia eligat asinum, qui suam saliat equulam.* Quæ verba ex Satyra ita inscripta sumpta esse videntur. Quamquam Nonius ita mendosus circumfertur, vt non facile audeam eius libri testimonio vti.

MENSIA, VEL MESSIA.

A PUD Vlpianum ita scriptum inuenio: *Connubio interueniente, libevi semper patrem sequuntur: non interueniente connubio, matris conditioni accedunt, excepto eo, qui ex peregrino & cive Romana peregrinarius nascitur: quoniam lex Mensia ex alterutro peregrino natum, deterioris parentis condicionem sequi iubet.* Alibi idem Vlpianus ait: *Lex natura hæc est, vt qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur: nisi lex specialis aliud inducit: De hac lege nihil amplius accepi.*

M E T E L L A.

P LINIUS lib. xxxv. scribit hanc legem fullonibus dictam fuisse, quam C. Flaminius & L. Æmilius Censores dedecant ad populum ferendam. Adeo omnia, inquit, maioribus curæ fuerunt. Hæc si à Metello aliquo lata est, Cæcilia quoque dicitur. Sunt qui hanc Metiliam appellent.

M Æ V I A.

A PUD Nonium Marcellum Varronis verba referuntur ex Geminis. *Contra, inquit, lex Mævia est in pietate, ne filij patribus luci claro suggillant oculos.* Hoc est, ne oculos clauderent, quod per translationem fortasse dictum est, videlicet ne mortem eorum maturarent. Neque enim vetus mos ignoratur, quo parentibus liberi cum morentur, oculos claudebant, item liberis parentes.

Hic certe manibus fugientes prestit ocellos

Mater, & in cineres vltima dona tulit.

In manuscripto tamen libro legitur, Lex Mænia, de qua supra

MISCELLA. De lege Iulia Miscella antea dictum est.

O G V L N I A.

I TIVS lib. x. scribit M. Valerio & Q. Appulcio Coss. Tribuni Pl. Q. & Cn. Ogulnij rogationem promulgarunt, vt cum quattuor augures, quattuor pontifices ea tempestate essent, placeretque augeri sacerdotum numerum, quattuor pontifices, quinque augures de plebe omnes adlegerentur. Miratur tamen Lulius, quo pacto ad parem numerum augures

110 O P P I A, O R C H I A, O V I N I A, P E D I A.

l. i. p. lisdem
temporib. de
de orig. iur.

redacti sint, cum initio tres Tribus in quas Romulus populum diuisit, Ramnenses, Titientes, & Luceres, tribus auguribus indiguerint: quibus nouem numero constitutis terni in illis Tribubus ministrabant. Sualt hanc legem P. Decius Mus, qui ex eadem Pontifex creatus est. Legis tamen nomen obscurum est.

O P P I A.

NEM L. Iulius in initio lib. xxxiv. scribit M. Fundanium & L. Valerium Tribunos plebis ad plebem tulisse de Oppia lege abroganda. Tulerat eam C. Oppius Tr. Pl. Q. Fabio Maximo, I. Sempronio Graccho. Coss. ann. urb. dx i. ante annos viginti in medio ardore Punici belli secundi. *Ne qua mulier plus semuncia auri haberet; neu vestimento versicolori uteretur, neu inuncto vehiculo in vrbe, oppidove, aut propius inde mille passus nisi sacrorum publicorum causa ueheretur.* M. & P. Iunij Bruti Tribuni plebis legem Oppiam tuebantur. Erat tum Consul M. Porcius Cato, qui pro lege acriter habuit concionem, quæ apud L. Iulium referatur, gratissimam atque ornatissimam. Sed Tribuno contra suadente abrogata est; L. Valerio Flacco, M. Catone Maiore Coss. Huius legis apud Tacitum quoque mentio fit lib. iii. historiarum.

O R C H I A.

RIMA omnium lex, quæ de cenis lata sunt, Orchia fuit, ut Macrobius scribit libro iii. Saturnaliorum, quam tulit C. Orchius Tr. Pl. de Senatus sententia tertio anno postquam M. Cato Censor creatus fuerat. Ea numerus conuiuarum præscribatur; de qua ipse Cato postea querebatur, quod plures quam præscripto eius cauebatur, tunc ad cenam vocarentur. Post annos xxii. Fannia lata est, ut idem Macrobius scribit, de qua suo loco.

O V I N I A.

Vel. verbo.
Præterit. Sen.
n. Morca.

INVENIO apud Sex. Pompeium Festum Quinque Tribunicie fieri mentionem: qua sanctum esse dicit, ut Censores ex omni ordine optimum quinque curiatim in Senatumlegerent.

P E D I A.

VELLEIVS Paterculus lib. ii. historiarum scribit lege Pediam, quam Consul Q. Pedius Cæsaris Octauiani collega tulerat, omnibus qui Cæsarem patrem interfecerant, a qua, ignique interdictum. Appianus vero libro tertio eisdem Consulibus ait lege Curia à populo in adoptione confirmatum Octauium, ut iura adgnator. & patronatus assequeretur.

retur. alia vero lege Dolabellam ex hostium numero exsolutum. & ut iudicia in percussores Cæsaris haberi possent, iussum esse idem Dion scribit lib. XLVI. & Octauiano II. Consule hæc facta esse refert. nam licet tum primum Consul creatus fuisset, tamen quod antea consularia ornamenta habuisset, maluit hunc secundum Consulatum appellare. Legis Pædiæ mentionem facit Suetonius in Nerone, & in Galba.

P A P I A P O P P Æ A .

DION lib. LVI. Papiam Popliam, Isidorus lib. v. & Suetonius Pompeiam appellant, sed mms. libri Poppæam, ut apud Tacitum legitur aliquot locis. Et apud Vlpianum in fragmentis. Dederunt enim huic legi nomen suffecti Coss. M. Papius Mutilus, Q. Poppæus Secundus, qui Consulatum gesserunt anno Urbis DCCLXI. ut in Capitolinis tabulis notatur. Dion, *Latâ*, inquit, *hæc lex fuit eo anno, quo Q. Sulpicio & C. Sabino Coss. suffecti sunt Consules M. Papius Mutilus & Q. Poppæus Secundus.* Suffectos veteres appellabant, qui in magistratu substituebantur his qui aut mortui essent, aut alia de causa magistratu abissent. Pomponius lib. sing. enchiridij: *Ateius*, inquit, *Consul fuit, Labeo noluit, cum offerretur ei ab Augusto Consulatus, quo suffectus fieret, & honorem susciperet.* Et alio loco: *Cum Decemviri magistratum prorogarent sibi, neque vellent deinceps sufficere magistratibus.* Non male igitur Isidorus, quem Gratianus refert, scribit: *Sub Octauiano Cæsare suffecti Consules Papius & Poppæus legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellata Papia & Poppæa, continens patrum præmia pro suscipiendis liberis.* Dion vero protulisse quidem eos hanc legem scribit, ea tamen de causa, quod D. Augustus præmia auxisset parentum, & eos qui vxores haberent, à reliquis separasset, annumque adhuc ceteris indulxisset: legem quoque Voconiam eundem aliqua in parte derogasse, ut amplius xxv. millibus mulieres hereditatem consequi possent: & Vestalibus eadem, quæ matribus iura concessisset. Hoc autem Consules non sua sponte, sed de Augusti sententia fecisse, tum superscriptis argumentis, tum etiam Taciti, atque aliorum verbis constat. Sed & quod Dion ait, prætereundum non est, huius rei non leue signum, quod cum lex ferretur, obseruatum est, neutrum Cõsilem liberos, neutrum vxorẽ habere. De hac lege Tacitus lib. III. ita scribit: *Tiberij temporibus relatum est de moderanda Papia Poppæa, quam senior Augustus post Iulias rogationes incitandis calibum pænis, & augendo ærario sanxerat. Ne et ideo, inquit, coniugia & educationes liberum frequentabantur præualida orbitate. Ceterum multitudo periclitantium gliscebatur, cum omnis domus delatorum interpretationibus subuerteretur; ut que antehac flagitijs, ita nunc legibus laborabatur. Quod postremum in hæc quoque tempora iusta querella est. Post pauca vero addit: *Sexto demum Consulatu Cæsar e Augustus potentia securus, quæ Triumviratu gesserat, aboleuit: dedit que iura queis pace, & principe vteremur. agraria ex eo vincla, inditæ cõsodes, & Lege Papia Poppæa præmijs induciti, visi à priuilegijs parentum cessaretur, velut parens omniũ populus vacantia teneret. Quæ verba mendosa circumferuntur. Verum si hæc ita ut scripta apud Tacitum**

† Poppæus.

L. z. p. post.
hunc. de ori.
iur.
p. & cõ pla.
cuisset. e. l.e. quædam
dist. z.

sunt, intelligatur, nimis dura fuisset Papia lex, si caduca eorum bona fierent, qui liberos non haberent. Quod autem de eadem exstat, minus acerbum est.

1. Et principio cum Alciato nostro sentio in Honorij & Theodosij
 1. vlt. C. de in
 firm. pœn.
 cœlib.
 constitutionis interpretatione. Qua lege iubetur inter viros & vxores
 rationem cessare ex lege Papia decimarum: & quamuis non interueniât
 liberi, ex suis quoque eos testamentis solidum capere. Hæc constitutio
 ab Iustiniano conscripta est lib. v. 111. constitution. sub titulo De infir-
 mandis pœnis cœlibatus & orbitatis, & de decimariis sublatis. Sub quo
 titulo altera constitutio scripta est Constantini, quæ cœlibum pœnas
 tollit, eosque æquat maritis, orbos quoque omnibus pœnis liberat, tam
 mares, quam fœminas. Quæ omnia, nisi cõstituta fuissent, minime abro-
 garentur. Fuerunt autem ea & Julius legibus, illa præsertim de maritan-
 dis ordinibus, & hæc Papia, introducta ab Augusto. De his rebus Iulius
 scripsit Vlpianus in fragmentis libri singularis Regular. Recte etiam
 Iuuenalis versus à præceptore in hæc rationem interpretantur.

*Iura parentis habes, propter me scriberis heres,
 Legatum omne capis, nec non & dulce caducum,
 Comoda præterea iunguntur multa caducis.
 Si numerum, si res implevero, iusta doloris
 Ne uole causa tui.*

1. de iure li-
 betor.

Auth. vt lib.
 de ceter. in fi-
 ne.

Adde ego Honoriana illa constitutione ius quoque liberorum om-
 nibus esse datum. Ex die enim & Coss. isdem animaduerti ab Iustiniano
 eandem constitutionem in duas esse diuisam, & sub duobus titulis con-
 scriptam. Quod etiam Iustinianus Nouella 1. xxv. 111. refert. Ius autem
 liberorum impetrare solebant hi qui licet vxores haberent, cum tamen
 liberos non haberent, coniugibus succedere non poterant, nisi decima
 deducta ex lege Papia. Quam obrem exstat post Theodosianas constitu-
 tiones Nouella Valentiniiani de testamentis, in qua relatum est Leo-
 nium & Iucundam vxorem tanta vicissim caritate certasse, vt suis simul
 precibus ius liberor. poscerent: & propter incertum sortis humane su-
 perstitem coniugem precarentur heredem. Cuius legis intepres illud ius
 accepit, vt in coniugio positi filios non habeant, seu maritus vxorem,
 seu vxor maritum voluerit, relinquât heredem; quod ius, inquit, liberorum
 dicitur. Quod etiam Isidorus lib. v. etymologiar. significat. Ad hæc le-
 gem pertinere arbitror quod Caius lib. v. 111. ad legem Iuliam & Pa-
 piam scribit: *Non est sine liberis, cui vel vnus filius, vnaue filia est. Hæc e-
 nim enuntiatio, Habet liberos, non habet liberos, semper plurali numero
 profertur, sicut & pugillares, & codicilli. Nam, vt idem lib. x. scribit,
 quem sine liberis esse dicere non possumus, hunc necesse est dicamus liberos
 habere.* Ius etiam liberorum ad S. C. Tertullianum valde vtile fuit. Nam
 vt Iustinianus scribit libro tertio institutionum, ex illo S. C. quod D.
 Hadriani temporibus factum est, mater ingenua trium liberorum
 ius habens, libertina quattuor, ad bona filiorum intestato mortuo-
 rum admittitur. Quod tamen Iustinianus sub titulo de iure libero-
 rum lib. v. 111. constitutionum abrogat, & omnibus matribus iura le-
 gitima ex illo S. C. concedit. In eodem libro institutionum veteres
 constitutiones referuntur, quæ partim matrem adiuvabant, partim
 grauabant.

1. non est. de
 ver. signi.

1. nam quem.
 en.
 Insti. de S. C.
 Tertul. in
 prin.

1. vlt. C. de
 iure libtor.

grauabant, tertiam ei partem nonnunquam auferentes, quas ipse alia constitutione abrogat. Eas autem leges nos libro v. Theodosiani Codicis reperimus, in quibus illa est Constantini ad Bassum, quam Theophilus referre videtur. Iubet enim ea lex, vt mater, quæ ius liberorū non habeat, tertia portione hereditatis contenta sit, extantibus patris filij; aut patris filij vel nepotibus. Quod si ius liberorum habeat, patris, aut patris liberi tertiam portionem tantum habeat, reliquas mater. Ius vero liberorum habere tum dicitur, vt Theodosianus interpret scribit, cum ingenua tres partus viuos, & libertina quattuor ediderit. Idē Paulus scribit lib. quarto sententiar. titulo de intestator. successione, & ad S. C. Tertullianum. qui illud etiam addit, opus esse, vt vtraque ciuis Romana sit. Sed & Latinam ingenua, quæ ius Quiritium consecuta esset, si ter peperisset, ad legitimam filij hereditatem admitti oportere scribit, quia hæc manumissa non est. Loquitur autem non de liberta Latina, de qua in Iunia Norbana diximus, sed de ea quæ ex Latio esset, ingenua tamen, cuique ius Quiritium, hoc est Romanorum ciuium datum esset. Sic etiam Suetonius scribit D. Claudium constituisse pro condicione cuiusque ciuis vocationem legis Papiæ Poppææ, Latinis ius Quiritium, feminis ius quattuor liberorum; *quæ constituta, inquit, hodie seruantur.* Quod mihi mirum videtur; cum & Plinius, vt Alciatus noster refert, lib. 1. *παρρησιον*, & Paulus iuris Quiritium mentionem fecerint, & iuris liberorum plerique alij, vt antea scripsimus. Quamobrem existimauerim aliqua ex parte hæc omnia esse temperata. Nam caput quoque quod huic legi Tiberius adiecerat, de sexagenariis, vt in lege Iulia de maritandis ordinibus scripsimus, Claudius abrogauit. Addit Tertullianus in Apologetico. *Nonne vanissimas Papias leges, quæ ante liberos suscipi cogunt, quam Iulia matrimonium contrahi, post tantæ auctoritatis senectutem heri Severus constantissim. principum exclusit?* Quod mihi incognitum est. Seneca vero apud Lactantium lib. 1. scribit facetissime: *Cur Impiter desit liberos tollere? vtrum sexagenarius factus est, & illi lex Papia fibulam imposuit? an impetrauit ius trium liberorum? an tandem illi venit in mentem, Ab alio expectes, alteri quod feceris: & timet, ne quis sibi faciat quod ipse Saturno?* Sed de iure trium liberorum apud Dionem lib. 1. v. reperio aliquot annis ante Papiam legem Liuii Augusti id ius fuisse delatum, vt eam hoc munere atque aliis Senatus de Drusi morte consolaretur. Dabatur autem tum à Senatu, postea à principibus, inquit, impetratur ab his, quibus tres liberos habere natura non dederat, vt pœnis soluti essent, quæ aduersus orbos fuerant lata, & præmia consequerentur (etsi non omnia) parentum, in quibus erant etiam hereditates. Hoc tamen postremum non satis apud Dionis interpretem coherere videtur. Ad hunc locum pertinere arbitror, quod Paulus ait lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam: *Ter enixa videtur, etiam quæ trigeminos peperit.* Sed & cetera, quæ sub titulo de verborum significatione ex libris Vlpiani, Pauli & aliorum ad legem Iuliam & Papiam referuntur, item aliis Digestorum locis ad hanc legem, & ad Iuliam de maritandis ordinibus pertinent. Quas iureconsulti simul interpretati sunt, vt alio loco diximus. Eas autem diuersas esse, tum multis aliis argumentis illic ostendimus, tum hoc mihi sit verisimile: quoniam nusquam Papiam de

L. vii. C. ad f.
C. Tertul.

Cap. 4.

Capit. 16. de
fal. relig.

L. ter. de vu.
l. ga.

maritandis ordinibus, sed semper Iuliam appellatam esse viderim. Ordinibus autem maritandis illa lata est, propterea quod Senatorum ordinem, item equestrem ad matrimonia iucitauerit, Papia vero augendo quoque ærario prouisum est. Sed vt ad cetera capita huius legis veniamus, Celtiberi poetæ versus de iure liberorum adscribam, quibus formula libelli conscribitur huius iuris petendi:

Quod fortuna vetas fieri, permitte videri,

Natorum genitor credat vt esse trium.

Et alio loco non infacet:

Natorum mihi ius trium roganti

Musarum pretium dedis mearum

Solus qui poterat, valebis vxor:

Non debes domini perire munus.

Sed & si quis tres liberos superstites Romæ, aut in Italia quattuor habeat, aut in provinciis quinque, à tutela vel cura potest excusari ex cetero ceterorum numerum, in quibus qui in acie aduersus hostes pro Rep. ceciderunt, numerantur, vt Instinianus lib. 1. institutionum scribit. Item in albo Decurionum pater non habenti filios antefertur ex constitutione Imp. Diocletiani & Maximiani. Ius autem liberor. ex Lacedæmonior. Repub. ductum esse videtur, apud quos, vt Aristoteles lib. 1. de Repub. scribit, qui tres filios habebat, præfidij & stationis, qui plures, omnium munerum vacationem habebat. Sed cetera capita videamus.

II.

Et præter ea quæ in Iulii legibus dicta sunt, lege Papia de caducis etiam cauebatur. Quæ cum Iustinianus tolleret, in hunc modum ad Senatam scribit: *Et nomē & materiam caducorum ex bellis ortam & auctum civilibus, quæ inter se Pop. Rom. mouebat, necessarium duximus P. C. in pacificis nostri imperij temporibus ab orbe Romano recludere; vt quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas sopiret. Et quemadmodum in multis capitulis lex Papia ab anterioribus Principibus emendata fuit, vel per desuetudinem abolita, ita & à nobis circa caducorum obseruationem inuidiosum suum amittat vigorem.* In altera vero constitutione, quæ & Græce & Latine ante Digesta scripta est, item libr. 1. constitutionum, dicitur de caducis nihil in quinta parte Digestorum scriptum esse; ne causæ, quæ in rebus non prospere gestis, & tristibus temporibus Romanis calamitatibus increbuit, bello ciuili coalescens, suis temporibus remaneret; ne uelut uosum monumentum lata, inquit, secula in umbræ concedatur. Ex quibus omnibus apparet aut eisdem temporibus, quibus bella ciuilia, aut non multo post, hanc legem latam fuisse. Itaque recte à præceptore nostro dictum est, hanc Papiam fuisse, de qua Tacitus & Honorius scripserunt. Quamuis quod de Vicefima scribit, ex Dionis verbis, quem ipse refert, inhi non probatur. Fuit enim lex Vicefima hereditatum ante triennium lata, quam Papia, M. Emilio Lepido & L. Arruntio Coss. vt lib. 1. v. Dion scribit. Causam autem utrique legi iidem publici sumptus dederunt, & quod ob exhaustum bellis ciuilibus ærarium, ad militares exercitus noua vectigalia desiderabantur. Caducorum autem mentio in Digestis fit apud Vlpianum libr. x v. ad edictum in co S. C. quod de hereditatis petitione refertur. *Ait Senatus, Cum ante quam partes caduca fisco peterentur; Hoc euenerat, inquit Vlpianus, vt partes caduca fisco*

Inst. de exco.
tus. in princ.
l. in albo C.
de decu. li. 10.

l. v. C. de ca.
tol.

l. 1. p. quin.
tus. in huc.
C. de vet. iu.
re cen.

l. itē veniūt.
p. præter hæc
& p. ait Sena-
tus de here.
pet. l. cum fi-
seo. de S. C.
gl. a.

ca fisco peterentur, sed & si ex asse fiebat, S. C. locum habebit. Et apud Caium lib. xvii. ad edictum provinciale: Cum fisco, inquit, caduca bona defuncti addicantur propter inultam mortem; in eam legator. actio datur, & libertates ratae sunt. Appellantur autem caducæ res, quæ facile cadunt, uti arborum frondes, aut matura poma.

Sæpe leuem paleam, & frondes volitare caducas;

Aut summa nautes in aqua colludere plumas.

Apud Caium vero lib. vii. ad edictum provinciale glans caduca appellatur, quæ ex arbore cecidit. Quamobrem Cicero Philippica v. eleganti translatione vsus est: Ne illa quidem Antonij celeritas contemnenda est, quem nisi in via caduca hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceret. Caducas hereditates in via appellat, quæ ei in via cecidissent, ut antea sæpe. Nam secunda quoque Philippica in multas pecunias alienissimorum hominum inuasisse eum cicitis veris hered. scribit. Sed à nostris caduca bona dicuntur, quæ post mortem testatoris eo, cui relinquenda erant, è medio sublato, aut conditione deficiente ante apertas tabulas ad fiscum ex Papia lege defererentur, solis parentibus & liberis testatoris vsque ad tertium gradum, si scripti fuerant heredes, lege exceptis, ut Iustinianus scribit. Quæ de causa inter parentis iura ab illo poeta refertur.

Legatum omne capis, necnon & dulce caducum.

Legæ autem hæc aditionum hereditatum mentio facta est, sed tamè Senatus consulta, quæ lege Papia lata sunt, ab apertis tabulis dies legatorum cedere, non à morte testatoris voluerunt; ut medio illo tempore caduca fierent. Cedere diem, ut Ulpianus lib. i. regularum scribit, significat incipere debere pecuniam; venire diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Vbi pure quis stipulatus fuerit, & cessit, & venit dies ubi in diem, cessit dies, sed nondum venit: ubi sub conditione, neque cessit, neque venit dies pendente adhuc conditione. Itaque si legatarius antequam dies cederet, mortuus esset, caducum legatum fiebat. neque enim ad heredes suos id transmittibat, nisi post eum diem mortuus esset, ut ex Imper. Alexandri rescripto constat. Vsque eo autem verum est diem legatorum non cessisse ante apertas tabulas, ut quamvis vindicationis legatum esset, quo genere legandi legatarius vindicare legatum poterat non expectato herede, ut Caius scribit lib. i. institutionum; tamen apud Paulum lib. i. i. sententiarum ita scriptum est: Per vindicationem legatum, etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere, atque ita post apertas tabulas ante aditam hereditatem decesserit, ad heredem suum legatum transmittit. Neque verum esse arbitror, quod vulgo dicitur, apud Neratium lib. i. membranarum scriptum esse, dominium ad legatarios post mortem testatoris statim transferri. A Titio, inquit, herede homo Seio legatus ante aditam hereditatem Titio furtum fecit. Si adita hereditate Seius legatum ad se pertinere voluerit, furti eius serui nomine agat eum Titius, quia tunc cum faceret furtum, eius fuit. Negat quidem Neratius ante aditam hereditatem heredem fuisse, quippe cum hereditate adita omnia iura ad nos transeunt, ut Iuolenus scripsit lib. i. epistolarum præter possessionem. Post aditam quoque hereditatem heredis seruum non fuisse scribit, quia ea quæ legantur, recta via ab eo qui legauit, ad eum cui legata sunt, transeunt. Quibus verbis mortis nulla

Virg. Geor. i.

l. 61. p. p. 61. de verb. sign.

d. l. vnic. p. & cum triplici. & p. & cum lex. Iuuen. Sat. 9. p. cum igitur. c. l. l. cedere diem. de ver. sign.

L' ex his verbis C. quido diem legati.

l. à Titio. de furtis.

l. c. d. heredes. de adq. pot.

mentio fit, vt post mortem dominium transferatur; sed ex alijs libris iuris id inuestigandum est. Ex his autem quæ antea diximus, illo quoque casu dicendum est non à morte testatoris, sed à tabulis apertis diem celsisse. Quamquam Iustinianus caduca tollens, à morte testatoris diem legator. cedere iubeat. item heredibus permittit, vt à dire hereditatem statim possint: nam id quoque interuallum caduca efficiebat. Idem refert triplici modo res testamenti relictas deficere. Aut enim his relinquuntur, qui cum testamentum fiebat, in rerum natura non erant, quæ pro non scripto dicebantur: aut tunc quidem fuerunt, sed vel uiuo testatore decesserunt, vel res ipsæ sub conditione relictæ, ea conditione uiuo testatore deficiente in causam caduci venisse dicebantur: aut quod relictum erat mortuo testatore deficiebat, quod proprio nomine caducum dicebatur. Et primo casu, si res pro non scripto habebantur, apud eos relinquuntur, à quibus relictæ fuerunt, nisi ei, qui ante decesserat, substitutus, aut coniunctus adscriptus esset, raro hoc casu grauiamine veniente. Quod hodieque obtinere Iustinianus voluit. Ceteris casibus opinor ad fiscum fuisse res delatas ea lege Papia, quod idem Imper. abrogat, qui pluribus verbis totum hunc tractatum conscribit. Quod vero de his quæ pro non scripto sunt, diximus; exstat lib. x. x. i. v. Digestorum titulus De his quæ pro non scriptis habentur, sub quo permulti alij casus enumerantur quibus pro non scriptis res habentur. In quibus vt onus ad alios quoque deferatur, ille tantum est, si quis sibi adscripserit in testamento, & ab eodem fideicommissum sit, vt Paulus scribit lib. x. i. quæstionum. Addit Accursius alterum casum ex Vlpiano lib. v. fideicommissor. si pro non scripto habitus sit seruus alicui legatus, cui seruo per fideicommissum libertas adscripta est. Et hoc est quod ex Iustiniano retulimus, raro grauiamen in huiusmodi relictis accedere. Cetera in eadem constitutione tractantur.

d. l. v. n. c. p. e. u.
igitur. de p.
in nouissi.
mo. de cad.
col.

l. vlti. de his,
quæ pro non
scriptis.
l. cum vero.
p. si pro non
scripto. de si
deicid. libert.

l. i. i.
in l. de succ.
lib. p. postea
vetro.

l. si libertus
de iure patr.

Aliud caput legis Papiæ ab Iustiniano refertur lib. i. i. institutio: *Lege, inquit, Papia adaueta sunt iura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum est enim, vt ex bonis eius qui sestertium centum milium patrimonium reliquerat, & pauciores quam tres liberos habebat, siue u testamento factis, siue intestatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur. Nihil opus est, vt hoc loco repetam, quæ lib. ii. Emendationum de sestertiis nummis diximus: tantum scribam hosce libertos centenarios appellari apud Vlpianum lib. x. ad legem Iuliam & Papiam: Si libertus, inquit, minorem se centenarios in fraudem legis fecerit, ipso iure non valebit, id quod factum est. & ideo quasi in centenarij liberti bonis locum habebit patronus. Sed & alia eo loco dicuntur, quæ ad hanc legem, quam Vlpianus, vt opinor, interpretabatur, maxime pertinent. Paulus quoque in eo indice librorum ex quibus Pandectæ Iustiniani constant; librum singularem scripsisse dicitur de iure patronatus, quod ex lege Iulia & Papia venit. Sed Iustiniani constitutio, quam pro omni natione Græca lingua compendioso tractatu habito scripsisse se dicit, libertos minores centenariis, hoc est, qui aureis minus centum, vt ipse definit, censerentur, ex testamento iure patronatus liberat; ab intestato si sine liberis decesserint, eorum legitimam hereditatem patrono defert. Sed si maiores sint, liberis hereditatem defert; si sine liberis decesserint, ab intestato*

testato eos vocat; ex testamento vero ad tertiam partem bonorum. Est autem ea constitutio plerisque locis ab Iustiniano relata, sed eam nos in libris constitutionum, ut plerisque alias non habemus. Sed lib. VI. constitutionum sub titulo De bonis liberorum. & iure patronatus, quarta desideratur, ut ex Græcis interpretibus animaduerti, ex quibus multarum constitutionum verba, atque sententias nuper collegimus. De quibus alias.

Instit. de leg. agn. suc. p. pla. cebat, & de seru. cog. in pri. & de bo. pos. p. cum que antea.

Ad Papiam legem reuertamur. Et lib. I. Theodosiani Codicis constitutionum extat Constantij & Iuliani rescriptum, quo inofusciosa dos esse dicitur, cum in fraudem legis Papie amplius dodrante marito secundo datur, exstantibus liberis ex priore matrimonio. Qua de re nihil amplius accepi.

IV.
L. de ioo. fi. dotib. in C.
Theod.

Aliud caput est apud Gellium lib. I. Noctium: *Papiam*, inquit, *legem inuenimus, qua cauetur, ut Pontificis Maximi arbitrato virgines e populo viginti legantur, sortitioque in concione ex eo numero fiat.* Agit autem de Vestalibus virginibus, quarum vno tantum loco mentionem fieri in iure ciuili existimo Nouella VI. Capitalem enim pœnam diaconissis Iustinianus indicat, si stuprum passæ fuerint, ad exemplum earum virginum, quas olim Vestæ consecratas viuas defodiabant, si in corpus peccassent. Referuntur à Gellio Vestalium condiciones satis diligenter ex Antistij Labæonis, & Atei Capitonis, atque aliorum libris, quas referre nimis longum esset. De hac tamen lege intelligendum est quod Suetonius scribit; Sacerdotum & numerum, & dignitatem, & comoda Augustum auxisse præcipue Vestalium virginum. Cumque in demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne filias in sortem darent adiurauit, si cuiusquam nepriam suar. competeret ætas, oblaturum se eam fuisse. De præmiis quoque antea dictum est ex Dione lib. LV. præmiis earum quæ peperissent, honestatas esse. Plutarchus tamen in Numa scribit cum Regem magnos honores Vestalibus tribuisset: in quibus erat, ut testamentum facere etiam viuo patre, & cetera gerere sine tutoris auctoritate possent, quemadmodum trium liberorum matres. *Cum fascibus quoque*, inquit, *cum procedunt deducuntur*; quod tamen Augusti temporibus ceptum Dion scribit lib. XLVI. Sed sortitio, ut Gellius scribit, non necessaria postea visa est, sed si quis honesto loco natus adiret Pont. Max. atque offerret ad sacerdotium filiam, cuius saluis religionum obseruationibus ratio haberi posset, Popilij legi factum erat. Popilium autem, sine Pompilium, fuisse arbitror Numæ Pompilij legem, qua Vestales consecrabantur, ut infra scribemus. Hæc sunt quæ de Papia lege reperimus, quæ Tiberij temporibus, ut Tacitus scribit, item Claudij, ut Suetonius, moderata est. Apud Ciceronem vero Papia lex pro Papiria scribitur, ni fallor, in oratione pro Archia poëta, qua de re mox videbimus.

V.
cap. 13.

Auth. quomodo ob. ep. p. pontic.

Alia lex est, cuius Cicero mentionem facit lib. III. de Officiis, his verbis: *Male etiam, qui peregrinos urbibus prohibent, eosque exterminant, ut Petronius apud patres nostros, Papius nuper. nam esse pro ciue qui ciuis non sit, relictum est non licere. quam tulerunt legem sapientissimi Consules Crassus & Scauola: vsu vero urbis prohibere peregrinos sane inhumanum est.*

LIVVS lib. 1v. scribit L. Papirium Crassum, L. Iuniū Coss. cum legem de multarum æstimatione pergratam populo à Tribunis parari, vnus ex eorum collegio pròditi ne sensissent, ipsos preoccupasse, eamque magno populi fauore tulisse. Eam nos Tarpeiam Æterniam fuisse suspicamur, de qua alio loco plura.

11. *cap. j.*
Ad eandē autem referendum non est quod Plinius lib. xxxiii. scribit Papiriana lege semunciales asses factos esse. Etenim ante primum bellum Punicum asses librā pendebant, ex quo asse pro libra in plerisque rebus utimur vt alio loco scripsimus. Tum primum sextantarij asses facti, vt cum impensis Resp. non sufficeret, æs aliqum in hunc modum dissolueretur, quinque partibus in lucrum ærarij cedentibus. Sextantem enim, hoc est vncias duas, asses singuli pendebant, quod ad vsum Reip. non magnum detrimētum priuatorum fuit, vt Pompeius scribit, si modo cum exteris nationibus commercium nummor. non esset. Post septem autem annos Annibale vrgente, Q. Fabio Maximo Dictatore vncias asses facti sunt, & Respub. dimidium lucrata est. Quo tempore denarius quoque qui argenteus nummus fuit, quinque annis ante primum bellum Punicum signatus decem assium æstimatione, tum primū ad xvi. asses auctus est, quinarius, qui etiam Victoriatus dicebatur, de quo in Clodii legibus scripsimus, non quinque vt olim, sed octo assib. æstimatus est: eadem quoque ratione tertius nummus quatuor assib. mutabatur, non vero assib. duobus & semisse, vt olim. Quæ æstimatio ad Volusij Mæciani tempora peruenit, qui de asse lib. singul. scripsit, ex quo verba donationum ab Iustiniano explosa lib. 11. Emendationum interpretabamur. Post illam igitur æstimationis mutationem *max lege Papiriana*, inquit Plinius, *semunciales asses facti sunt, atque iterum dimidiam partem Resp. lucrata est.* Ita paulatim euenit, vt pro libra æris semuncia assis loco daretur. Eutropius lib. 11. rerum Romanarum argenteum nūmum primum signatum fuisse scribit vndecimo anno primi belli Punicī: qua in re a Plinio xv. annis distentit.

11. *l. viii. C. de dona.*

111. *epist. 21. li. 9.*
C. Carbonis quoque leges Papirias esse non dubito ex epistola quadam Ciceronis ad Papirium Prætorum, qua Papirij omnes enumerantur. in qua extrema ita scriptum est: *Tres fratres fuere, Publius, Caius, Marcus Carbones. Publius Flacco accusante condemnatus, fugit Marcus ex Sicilia, Caius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. Is Tribunus plebis seditiosus, & P. Africano vim attulisse existimatus est.* Huius est Tabellaria lex de iubendis legibus, ac vetandis, vt idem Cicero scribit lib. 11. de legibus quem seditiosum ciuem atque improbum, appellat, cui ne reditus quidem ad bonos, inquit, salutem à bonis potuit transferre.

11. *ad ferr. 1v.*

Florus quoque lib. 11. scribit Carbonem tulisse, vt eundem Tri. Pl. quoties populus vellet, creari liceret: quam rogationem Africanus minor dissuasit, in qua oratione dixit Tiberium Gracchum iure cæsum videri, tenuitque eius dissuasio, vt Florus scribit. Appianus tamen, cum de secundo Tribunatu C. Gracchi agit, legem fuisse scribit, qua id permittebatur.

tebatur. Cicero vero lib. 11. de Oratore de illa Carbonis & Africani cō-
tentione ita scribit: *Cum L. Opimij causam defendebat apud populum au-*
diēte me (M. Antonius loquitur) C. Carbo Consul nihil de C. Gracchi cede
negabat, sed id iure pro salute patrie factum esse dicebat; vt eidem Carboni
Tribuno plebis alia tum mente Remp. capeſcenti P. Africanus de T. Grac-
cho interroganti reſponderat, iure caſum videri. Ex quo loco illa quoque
varietas Carbonis cognoscitur, de qua ex lib. 111. de legibus antea scri-
plimus. Sed & in Miloniana Ciceronis idem illud Africani reſponſum
reſertur.

Idem Cicero in oratione pro Archia poëta ſcribit: *Data eſt ciuitas Sil-*
lani lege & Carbonis, ſi qui fœderatis ciuitatibus adſcripti fuiſſent; ſi tum,
lex ferebatur, in Italia domicilium habuiſſent; & ſi 1x. diebus apud Præto-
rem eſſent profeſſi. Eam legem, vt opinor, poſtea Papiam, vel vt arbitror,
Papiam appellat.

Aliam legem Qu. Papirius Tr. Pl. tuliffe dicitur apud Ciceronem in
oratione pro domo, qua vetabat iniuſſu plebis ædes, terram, aram con-
ſecrare. Quam Cicero ita interpretatur, vt de ædibus ſacris, de agris ab
hoſtibus captis, non de priuatis ædibus atque agris intelligatur. *Neque*
enim, inquit, id fieri fas erat, neque quiſquam fecerat, neque erat cauſa, cur
prohibendo non tam deterere videretur, quã admonere. Et poſtea: *Lex Pa-*
piria vetat ædes iniuſſu plebis conſecrari: ſit ſane hoc de noſtris ædibus, ac
non de publicis templis. Quo autem tempore hæc lex lata ſit, ignoro; eam
tamen veterem M. Cicero appellat. Alia lex eſt, quam L. Papirius tulit
de ſacramentis, ſiue is Tribunus plebis fuerit, vt in Feſti veteri libro eſt,
ſiue Tribunes militum, vt quidam ſuſpiciantur. Feſti verba hæc ſunt: *Sa-*
cramentum eſt ſignificat, quod pœna nomine penditur. ſiue eo quis interroga-
tur, ſiue contenditur. id in alijs rebus quinquaginta aſſium eſt, in alijs rebus
quingentor. inter eos, qui iudicio inter ſe contenderent. qua de re lege L. Pa-
pirii Tribuni pl. ſanctum eſt his verbis. QVICVNQVE PRAETOR POST-
HAC FACTVS ERIT QUI INTER CIVES SVS DICIT TRES VI-
ROS (CAPITALES) POPVLVM ROGATO: IIQVE TRESVIRI.
QVICVNQ. FACTI ERVNT SACRAMENTA EX IVDI-
CANTOQVE, EODEMQVE IVRE SVNTO VTI EX LEGIBVS PLE-
BEIQVE SCITIS EXIGERE IUDICARE ESSEQVE OPORTET.
Sacramenti autem nomine id eſt dici ceptum eſt, quod & propter ararij ino-
piam, & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur id in rebus di-
uinis. hæc Feſtus. Videndus etiam Varro lib. v. de lingua Latina.

PESOLONIA.



APRD Paulum lib. 1. ſententiar. ſcriptum eſt: *Si quadrupes*
pauperiem fecerit, damnum ve dederit, quid ve depaſta ſit, in
dominum aſſio datur, vt aut damni aſtimationem ſubeat,
aut ꝑ quadrupedem dedat; quod etiam lege Peſolonia de cane
cauetur. Dicemus in x 11. Tabulis Solonis legem fuiſſe,
qua de canis noxa ſcripta eſt apud Plutarchum, vnde Decemviri hæc i-
pſam de pauperie ſumpſerunt. Itaque non Peſoloniam, ſed Soloniam,
aut Solonis, ſcribendum eſſe arbitramur.

al quadrupe-
de cedat.



In legibus Ambitus scriptum est C. Petillum Tr. Pl. primum de ambitu tulisse, C. Fabio, C. Plautio Coss. ex Livio lib. v. 11. *Ambitus autem, ut Sex Pompeius scribit, proprie dicitur locus inter duorum vicinorum adificia duorum pedum & semipedis, ex lege x. 11. Tab. ad circumcandi facultatem relictus. A M, enim pro circum veteres usurpant, ex quo, inquit, honoris ambitus dicitur captus est à circumcundo & supplicando.*

11. Idem Livius lib. vi. 11. scribit, C. Petillio, L. Papirio Mugilano Coss. plebi Romanae velut aliud initium libertatis factum esse, quod neſti deliquerunt. Cum enim L. Papirius ſcenerator C. Publilium ob æs alienum patris in nexam accepisset, in eum libidinem suam exercere cupiens, quod is flagitium aspernabatur, verberibus probum adolescentem adfecit. Qui cum se in publicum proripuisset, causam dedit, ut Consules iussu Senatus ad populum ferrent, ne quis nisi qui noxam meruisset, donec penam lueret, in compedibus aut in neruo teneretur: pecuniam creditæ bonæ debitoris, non corpus obnoxium esset. Veteribus autem legibus Romuli, & x. 11. Tabular. patria potestas late patebat, ut vincire filium, verberare, necare, vendere, pignori dare liceret, ut in Duodecim scribemus.

PETRONIA. De hac in Iunia Petronia vidimus.

PLAVTIA.



TA veteres in Claudio, & Clodio; aurata, & orata; aulla, & olla, plaustro, & plostro variabant. Celebris autem Plautia lex est de vi. De qua Iulianus lib. x. l. iv. Digestorum, *Si dominus, inquit, fundi homines armatos venientes existimaverit, atque ita profugerit, quamvis nemo eorum fundum ingressus fuerit, vi deiectus videtur. Sed nihilominus id prædium etiam antequam in potestatem domini redeat, à bonæ fidei possessore vsucapitur. Quia lex Plautia, & Iulia ea demum venit longa possessione capi, quæ vi possessa fuissent; non etiam ex quibus vi quis deiectus fuisset.* Idem Iustinianus scribit lib.

I. non solum
p. si dominus
de vsucap.

test. de vsuc.
p. furtive.

11. Institutionum, legem Iuliam, & Plautiam vi possessar. rerum prohibere vsucapionem. Quod vero Iulianus scribit, vi deiectum videri, qui armatos venire ad se existimasset, Ciceronis verba confirmant in oratione pro A. Cæcinnæ: *At vero hoc quidem iam vetus est, inquit, & maioris exemplo multis reb. vsitatum: cum vim ad faciendam veniretur, si quos armatos quamvis procul conspexissent, ut statim testificati discederent, optime sponsorshipem facere possent, ni adversus edictum Prætoris vis facta esset.* De hac lege existimo intelligi oportere, quod Cicero in Miloniana scribit, Milonem Clodio fuisse odio, vexatorem furoris, domitorem armorum suorum, postremo etiam accusatorem suum. *Res enim, inquit, Milonis lege Plautia fuit Clodius, quoad vixit.* Alconius vero in eadem scribit M. Sauticium, qui dux fuerat in expugnanda taberna, in qua Clodius occisus est, primum lege Pompeia, deinde lege Plautia de vi fuisse postulatum, quod

quod loca occupasset, & cum telo fuisset. Vtraque autem lege absolutus est odio magis Clodij, quam causa. Iam vero M. Calpurnius in epistola quadam ad Ciceronem scribit C. Sempronium Rufum calumniam tulisse, quod M. Tuccium accusatorem suum reum lege Plotia de vi fecisset, eo consilio, ne sibi eo anno causa esset dicenda.

Altera lex Plotia fuit de iudiciis, de qua Cicero in Corneliiana apud Alconium: *Memoria, inquit, teneo, cum primum Senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent, hominem dixi ac nobilitati perimusum Cn. Pompeium causam lege Varia de maiestas dixisse.* Cum enim Sempronia lege equester ordo in iudiciis dominaretur, M. Plautius † Silanus Tribunus Plebis Cne. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone Coss. anno secundo belli Italici, vt Alconius scribit, legem tulit adiuuantibus nobilibus, vt Tribus singula, quinos denos suffragio crearent, qui eo anno iudicarent; ex eo factum esse, vt Senatores quoque in eo numero essent, & quidam etiam ex plebe Tribus autem xxxv. fuerunt, vnde iudicum numerus dx xv. fuit. Idem Cicero lib. i. v. ad Atticum: *Non enim te puto de lustro, quod iam desperatum est, aut de iudicijs, qua lege Plotia fiant, quere-re.* Quæ verba fortasse ad legem Plotiam de vi pertinent. iam enim tum lege Aurelia iudicia fuerant Senatoribus, Equitibus, & Tribunis ærariis communicata. Quod vero apud Suetonium scriptum est, rogatione Plotia C. Cæsarem in Tribunatu militum reditum in ciuitate confecisse L. Cinne vxoris fratri, & his qui cum eo civili discordia Lepidum secuti fuerant, & ad Sertorium confugerant: ad neutram legem referendum est, sed id priuilegium potius fuit.

P O M P E I A.

DE parricidijs lex hæc peruulgata est, qua cauetur, vt si quis parentis, aut filij, aut omnino adfinitatis eius, quæ nuncupatione parentum continetur, fata præparauerit, siue clam, siue palam id ausus fuerit, nec non is cuius dolo malo id factum est, vel conscius criminis existit, licet extraneus sit, pœna parricidij puniatur, & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij solenni pœnæ subiciatur, sed insutus culleo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, secundum quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proiciatur: vt omnium elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione vel adfinitate personas coniunctas necauerit, pœnam legis Corneliæ de sicarijs sustinebit. Hæc Iustinianus scribit libro quarto institutionum: item Marcianus libro decimoquinto institutionum, & Modestinus libro duodecimo Pandectarum. Plutarchus ait Romulum Regem nullam parricidio pœnam indixisse, sed qualemcumque egedem parricidium appellasse. Illud enim fieri non posse, hoc impie fieri iudicauit. Itaque primus L. Hostius traditur post annos DC. & post Punica bella patrem suum occidisse. Florus tamen libro LXV. scribit, Malleolum matre interempta omnium primum insutum culleo in mare præcipitatum fuisse. Ad Herennium quoque lib. i. scriptum est: *Qui parentem necasse*

Institi. de pub.
iud. p. l. i. l. i.
& pen. de lege
Pomp. de
parric.

*indicatus erit, is obuolutus & obligatus corio deiciatur in profluentem. Malcolus indicatus est matrem necasse: ei damnato statim folliculo lupino os obuolutum est, & sole a lignis pedibus inducitur, & in carcerem ductus est. Qui defendebat eum, tabulas in carcerem adferunt, testamentum ipso presente conferunt, testes rite adfuerunt: de illo supplicium paulo post sumitur. Idem exemplum lib. 1. de inuentione totidem propemodum verbis refertur; & vtroque loco de testamento dubitatur; quod Vlpianus lib. x. ad Sabinum irritum fieri cum sententiam passus est, scribit. Quod vero ex Plutarcho retulimus, Romulum nullum supplicium constituisse his qui parentem necassent, idem Solonem fecisse in Rosciana priore Cicero scripsit: Qui cum interrogaretur, cur tantum scelus sine pœna reliquisset, respondisse fertur; se id ne in inem facturam putasse. *Quanto melius atque sapientius, inquit Cicero, maiores nostri, qui tantum facinus singulari quodam supplicij genere vindicauerunt?* De quo illa laudantur ab eodem in Oratore, quæ in eadem causa adulescens dixerat. *Et enim quid tam est commune, quam spiritus viuus, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus electis?* Ita viuunt, dum possunt, vt ducere animam de celo non queant: ita moriuntur, vt eorum ossa terram non tangant: ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur: ita postremo eiciuntur, vt ne ad saxa quidem mortui conquelescant. Ex his omnibus locis colligo legem hanc non esse à Cn. Pompeio Magno latam, cum ea Malleolus multis annis ante Pompeium damnatus sit, & Cicero à maioribus fuisse hanc pœnam impositam scribat. Quanquam fieri potuit, vt alia lege hæc eadem pœna imposita est.*

11. Illæ autem Pompeij sunt, quas in tertio Consulatu tulisse eum Asconius in Miloniana scribit. Duas enim ait ex S. C. promulgasse. Alteram de vi, qua nominatim eadem in Appia via factam, & incendium curiæ, & domum M. Lepidi Interregis oppugnatam comprehendit. Fuerant autem hæc illis diebus patrata, Clodio in Appia occiso, cuius corpus in curia combustum fuit, quo incendio & ipsa curia flagrauit. Alteram tulit de ambitu pœna grauiore, & forma iudiciorum breuiore. *Vtraque enim lex, inquit, prius testes dare, deinde vno die atque eodem ab accusatore & ab reo perorari iubebat, ita vt duæ horæ accusatori, tres reo darentur.* De hac iudiciorum forma & lege Cicero in Bruto scribit. Cum enim de sua & Hortensij exercitatione in causis diceret: *Lege, inquit, Pompeia ternis horis ad dicendum datis, ad causas simillimas inter se, vel potius eandem, noui veniebamur cotidie.* Et initio libri quarti de finibus ita Catonem loquentem inducit: *An tandem, inquit, cum ego te hac nona lege videam eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, in hac me causa tempus dilaturum putas? quæ tamen à te agitur non melior, quam illa sunt, quas interdum obtines.* Nouam legem hanc ipsam Pompeiam appellat, quæ eam iudiciorum formam constituerat. De eadem libro x. 111. ad Atticum Is, inquit, ad me venit (de Trigellio autem, siue de Phamea nescio quo loquitur) dixit que iudicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sestio nostro lege Pompeia in consilium iri necesse erat: scis enim dies illorum iudiciorum præstittos fuisse; & que sequuntur. Quæ verba in epistola quoque ad Fabium Gallum referuntur. Eodem pertinet quod Philippica 1. dicitur Centurionibus iudicatus lege Julia, etiam ante Pompeiam,

Uti quis filio.
p. 111. de
muf. supro.

ep. 11. 11.

lib. 7. ep. 110.
14.

Peia, & Aurelia patuisse.

Suetonius in Cæsare Dictatore aliam Pompei legem refert de iure magistratuuum, in qua eo capite quo à petitione honorum absentes submouebat, ne Cæsare quidem excepit per obliuionem. Lege tamen in as incisa, & in ærarium condita correxit errorem suum. Apud Plutarchum quoque laudari reos à Pompeio lege prohibitum fuisse scriptum est, quam tamen is in Planco reo neglexit. Plinius etiam Secundus legem Pompeiam in Bithynia seruari, in epistolis ad Traianum scribit, quæ tota provincialis fuit. Idem Tribuniciam potestatem à Sulla demittam restituit, vt ex Cicerone lib. 11. de legibus constat. De his legibus Tacitus lib. III. ita scribit. *Neq; multo post Tribunis reddita licentia, quoquo vellent, populum agitari iamque non modo in commune, sed in singulos homines late questiones, & corruptissima Rep. plurimæ leges. cum Cn. Pompeius tertium Consul corrigendis moribus delectus, & grauior remedijs, quam delicta erant, suarumq; legum auctor idem ac subuersor; quæ armis subatur, armis amisit. exin continua per xx. annos discordia, non mos non ius.*

lib. x. epist.
34

POPILIA VEL POMPILIA.

IN Papiæ lege dictum est, illius legis caput, quo virgines Vestales sortito eligebantur. non diu obseruatum, vt Gellius lib. I. scribit. *Nam si quis, inquit, honesto loco natus audeat Pont. Max. atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cuius dumtaxat saluis religionum obseruationibus ratio haberi possit, gratia Popiliæ legis per se ratum sit.* His verbis incertum est Popiliæ lex Papiam ne abroget, an vero eadem ipsa Papiæ Poppæ sit: an quod magis arbitror, Numæ Pompilij Regis, qui vt Liuius scribit, virgines Vellæ legit, Alba oriundum sacerdotium, & genti conditoris haud alienum. His, vt assidue templi antistites essent, stipendium de publico statuit; virginitate, alijsq; cæremonijs venerabiles ac sanctas fecit. Dionysius quoque lib. 1. & Plutarchus in Numa scribunt, Pompilium Regem quattuor virgines, Seruium alias duas constituisse, sex deinde fuisse perpetuo. Triginta eas annos virginitatem seruare oportebat, denis annis accipiendis, colendis, atque tradendis cæremonijs exactis. Cetera apud Gellium perscripta sunt.

cap. 17.

lib. 1.

P O R C I A.

IVIUS lib. x. cum de Valeriæ lege, quæ de prouocatione lata est, scriberet: *Porcia, inquit, lex sola pro tergo ciuium lata videtur: quod grani pœna si quis verberasset, necassetve ciuem Romanum sanxis.* Valeria enim ni hil ultra quam improbe factum esse adiecerat. De hac in Rabiriana perduellionis Cicero: *An de ciuibus, inquit, Romanis contra legem Porciam verberatis, aut necatis plura dicenda sunt? & postea: Porcia lex virgas ab omnium iuium Romanorum corpore amouit, hic misericors flagella retulit: Porcia lex libertatem ciuium licet i eripuit. Labienus homo popularis carnifici tradidit.* In Verre quoq; de supplicijs cum ciuem Romanum virgis cæsum fuisse

124 POSTVMIA, PVBLICIA, PVBLILIA, PVPIA.

scripſiſſet, eique cruceſem paratam: *O nomen, inquit, dulce libertatis, o ius eximium noſtra ciuitatis lex Porcia, legeſque Sempronie: o graniter deſiderata, & aliquando reddita plebi Romano Tribunicia poteſtas: hucine tandem omnia reciderunt?* Meminit huius Salluſtius in Catilin. Huius legis nomen non à M. Porcio Catone, ſed ab aliquo Porcio Læca acceptum eſſe denarius nummuſ indicat: in quo P. LAECA & PROVOCO legitur ea ſpecie cælata, vt cuius Romanuſ à magiſtratu, cui licitor præſto eſt, prouocare videatur. Læcam vero cognomen eſſe Porciæ gentis, Liuiuſ libr. x. x. 111. oſtendit, & aliuſ denariuſ, in quo eſt M. PORC. LAECA. Vnde cognouimus LAECAM non LECCAM ſcribendum eſſe apud Ciceronem, & Salluſtium, cum in ſociis coniurationis M. Læcam numerant.

Cic. in Catil.
1. & 2. & pro
Sulla.

P O S T V M I A.

cap. 14.



OSTVMIA lex apud Pliniuſ libr. xiv. referatur. Romu- lum enim diis lacte libaſſe non vino, Numæ regis Poſtu- miam legem fuiſſe, VINO ROGVM NE RESPERGITO. Quod fanxiſſe illum propter inopiam vini ſcribit. Eadem lege ex imputata vite libari vina diis nefas ſtatuiſſe, vt putare cogerentur. Huc fortaſſe Catulli carmen pertinet:

*Inger mei calices amarioreſ,
Vt lex Poſtunia iubet magiſtra,
Ebrioſa acina ebrioſioreſ.*

De quo Gelliuſ libr. vii. cap. xx. videnduſ

P V B L I C I A.

l. in quibus
de alicio.



ARCIVS ait libr. v. regularum ſponſionem facere licere ex lege Titia, & Publicia, & Cornelia in hiſ ludis, qui virtutis gratia fieri in pecuniam liceat. De qua nihil ampliuſ accepi.

P V B L I L I A.



NNO poſt Romam conditam quadringentiſimo decimo- quarto Q. Publiliuſ Philo Dictator ab collega T. Emilio Mar- mercino Coſ. dictuſ tres ſecundiffiſimas plebi, aduerſas nobilitati leges tulit, vt Liuiuſ libr. vii. ſcribit. Vnam, vt plebiſcita omneſ Quirituſ tenerent, de qua re in Hortenſia lege vidimus. Alteram, vt legum, quæ conſtituſ Centuriatiſ ferrentur, ante inituſ ſuffragium patreſ auctoreſ fierent. Qua lege arbitror abſtuliſſe patribuſ, ne quod populo placuiſſet, id ſi ipſi auctoreſ poſt ſuffragia non fieret, abrogarent. Tertia lex fuit, vt alter ex plebe Cenſor fieret, etſi vtrumque iam tunc fieri licebat.

P V P I A.

lib. 1. epiſt. 4.



AC lege comitialibuſ diebuſ Senatuſ haberi prohibebatur. De ea Cicero ad Lentuluſ: *Senatuſ haberi ante Kalend. Februa- riuſ per legem Pupiam, id quod ſciſ, non poteſt.* Et libr. i. ad Qu. fra- trem.

rem. Comitialibus diebus qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege Pupia, quo minus habeat Senatum, & quod Gabinia sanctum sit, etiam cogi ex Kalendis Febr. vsque ad Kalendas Martias legatis Senatum cottidie dari. Et epistola secunda eiusdem libri: Consecrati sunt, inquit, dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat.

QVINCTIA.

HVIVS legis nomen nusquam relatum inueni. Lex tamen ipsa apud Frontinum lib. II. de aquæ ductibus reperitur in hæc verba: T. QVINCTIVS CRISPINVS COS. POPV- LVM IVRE ROGAVIT, POPVLVSQVE IVRE SCLVIT, IN FORO, PRO ROSTRIS AEDIS DIVI IVLII, PREI. K. IVLIAS, TRIBVS SERGIA PRINCIPVM FVIT, PRO TRIBV, SEX. L. F. VARRO. siue, vt potius legendum puto. SEX. TERENCE- TIVS. L. F. VARRO PRIMVS SCLVIT. significat enim Sergiam Tribum initium suffragandi fecisse. ex ea autem Sex. Terentium Var- ronem L. F. primum suffragium tulisse. sequitur deinde: Quicum- que post hanc legem rogatam riuos, specus, forni- ces, fistulas, castella, tubulos, lacus aquarum publi- carum quæ ad urbem ducuntur, earumve quam, sciens dolo malo forauerit, ruperit, forare, rumpe- re curauerit, peioremve fecerit, quominus ea a- qua, earumve qua, in urbem Romam ire, cadere, flui, peruenire, duci possint, quove minus in vrbe Roma, & in his ædificiis, quæ vrbi continentia sunt, erunt, in hisque hortis, prædiis, locis, quorum hor- torum, prædiorum, locorum dominis, possessori- busve aqua data, vel adtributa est, vel erit, vt saliat, distribuatur, diuidatur, in castella, lacus immitatur, is P. R. C. millia dare damnas esto. & qui clam quid eorum ita fecerit, id omne sarcire, reficere, restitue- re, ædificare, ponere, cælare, & demoliri damnas e- sto, sine dolo malo. atque ita omnino vt quicumque curator aquarum est, erit, aut si curator aquarum non est, vel erit, tum is Prætor, qui inter ciues & pe- regrinos ius dicit, multam pignoribus cogito, coer- ceto, eique curatori, aut si curator non erit, tum ei



pratori, eo nomine cogere, & coercere, multa dicenda siue pignoris capiendi ius potestasque esto. si quid eorum seruus fecerit, dominus eius centum millia populo det. si quis circa riuos, specus, fornices, fistulas, tubulos, castella, lacus aquarum publicarum, qua ad urbem Romam ducuntur, vel ducuntur, terminatus steterit, ne quis eo loco post hanc legem rogatam quid opponit, molit, obsepit, figit, statuit, ponit, collocat, arat, serit: neve in eum locum quid immittit, præterquam eorum faciendorum, reponendor. causa, præterquam quod hac lege licebit, oportebit. qui aduersus ea quid fecerit & aduersus ea repleverit, ex iussu, causaque omnium rerum omnibus esto damnas. uti esset esseque oporteret, si is aduersus hanc legem riuum, specum rupisset, forassetve * quique specum forasset, rupissetve, quominus in eo loco pascere herbam, scænum secare, sentes, vepres, caprificos, curatores aquarum, qui nunc sunt, quique erunt, circa fontes, & fontium, & murorum curam, riuos, & specus, terminatus, arbores, vites, vepres, sentes, † ripæ, macerix, salicta, hauridinetæ excidantur, tollantur, effodiantur, † excodicentur uti quod rectè factum esse volet, eoque nomine iis pignoris captio, multæ dictio coercitioque esto, idque iis sine fraude sua facere ius potestasque esto * quominus vites, arbores que villis, ædificiis, macerisive incluse sint. macerix, quas curatores aquarum causa cognita ne demolirentur, dominis permiserunt, quibus inscripta, in sculptaque essent ipsorum qui permisissent curatorum nomina, hac lege nihil † abrogatur, quominus ex his fontibus, riuibus, specubus, fornicibus aquam haurire, sumere iis quibuscumque curatores aquarum permiserunt,

2. Dil.

a. l. Extirpatione

al Rogato in
ver. m. l. Alij
omnium ro-
gatur.

ferunt, præterquam rota, calice, machina, liceat, dum neque puteus, neque foramen nouum fiat, eius hac lege nihilum rogatio.* Valerius Probus tradit sole-re has notas in legibus scribi, E. H. L. N. R. quib. significaretur, Eius hac lege nihilum rogatur. Item has, S. Q. S. F. Q. I. N. S. R. E. H. L. N. R. Si quid sacri sancti est quod iure non sit rogatum, eius hac lege nihilum rogatur. Ex quib. verbis in calce huius legis NIHILVM ROGATVR scribendum esse crediderim. Antiquior vero lex ab eodem Frontino refertur in hæc verba: NE QVIS PRIVATVS ALIAM DVCAT QVAM QVÆ EX LACV HVMVM ACCEDIT. Item hæc: NEQVIS AQVAM OLETATO DOLO MALO, VBI PVBLICE SALIT. SI QVIS OLETARIT, SESTER-TIORVM X. MILLIVM MVLTÀ ESTO. Oletare autem interpretatur olidam facere. In eisdem legib. scriptum esse ait, vt agri, qui aqua publica contra legem essent irrigati, publicarentur. Hæc Frontinus.

REGIA.



VLPIANVS & Iustinianus lib. i. institutionum scripserunt: *Quod principi placuit, legis habet vigorem; vti pote cum lege Regia, quæ de imperio eius lata est, populus ei, & in eum omne suum imperium & potestatem conferat.* Pomponius quoque lib. sing. enchiridij eleganter potestatem principis à C. Cæsare, & Octauio Augusto vsurpatam fuisse tacuit, & paulatim deuenisse Rempub. ad pauciores scribit. Et cum Senatus non probe regere omnes prouincias posset, necesse fuisse, vt per vnum Reip. consuleretur. Itaque constituto principe datum ei ius esse, vt quod constituisset, ratum esset. Dion vero multo verius vtrique Cæsari post bellorum ciuiliu victoriam à Senatu populoque Ro. omnem potestatem atque imperium concessum per vim ac metum scribit. Id quoque cæteris, qui legitimam potestatem deinceps ceperunt, tributum est, quamobrem legibus soluti dicuntur ab Vlpiano lib. x lxx. ad legem Iuliam & Papiam: Augusta vero legibus soluta non erat, quia de ea re nulla lex fuerat rogata. Iure vero Seueri & Antonini vox digna principe laudatur, qui licet legibus solutos se esse animaduertent, legibus viuere se velle prædicabant. Exstat hodie eius legis, qua Vespasiano imperium delatum est, pars quædam Romæ in Ioannis Lateranensis æde, cuius verba sunt hæc:

Fædusve cum quibus volet facere liceat ita vti licuit diuo Aug. Ti. Iulio Cæsari Aug. Tiberioque Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Vtique ei Senatum habere relationem facere remittere Senatus Consulta per relationem discessionemque facere liceat ita vti licuit diuo Aug. Ti. Iulio Cæsari Aug. Ti. Claudio Cæsari Aug.

l. i. de const. princ.
Instit. de iure nauu p. fed. de quod princel. p.
l. i. p. cum enim. C. de vet. iur. enue. l. i. p. nouiss. me. de ori. iu.

l. princeps. de legib.

Instit. quib. mo. test. inf. in fi.
l. digna. C. de legi. l. ex imperfecto. C. de testamen. Nunc est lo Capitolo.

Germanico.

Vtique cum ex voluntate auctoritateve iussu mandatuve eius præsenteve eo Senatus habebitur omnium rerum ius perinde habeatur seruetur ac si è lege Senatus edictus esset habereturque.

Vtique quos magistratum potestatem imperium curationemve cuius rei petentes Senatui populoque Romano commendauerit quibusve suffragationem suam dederit promiserit eorum comitis quibusque extra ordinem ratio habeatur.

Vtique ei fines Pomerij proferre promouere cum ex Republica censebit esse liceat ita uti licuit Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Vtique quæcumque ex vsu Reipublicæ maiestate diuinarum humanarum publicarum priuatarumque rerum esse censebit ei agere facere ius potestasque sit ita uti diuo Aug. Tiberioque Iulio Cæsari Aug. Tiberioque Claudio Cæsari Aug. Germanico fuit.

Vtique quibus legibus plebeive scitis scriptum fuit ne diuus Aug. Tiberiusve Iulius Cæsar Aug. Tiberiusque Claudius Cæsar Aug. Germanicus tenerentur iis legibus plebisque scitis Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit quæque ex quaque lege rogatione diuum Aug. Tiberiumve Iulium Cæsarem Aug. Tiberiumve Claudiû Cæsarem Aug. Germanicum facere oportuit ea omnia Imp. Cæsari Vespasiano Aug. facere liceat.

Vtique quæ ante hanc legem rogatam acta gesta decreta imperata ab Imperatore Cæsare Vespasiano Aug. iussu mandatuve eius à quoque sunt ea perinde iusta rataque sint ac si populi plebisve iussu acta essent.

Sanctio

Sanctio.

SI QVIS HVIVSCE LEGIS ERGO ADVERSUS LEGES ROGATIONES PLEBISVE SCITA SENATVSVE CONSVLTA FECIT FECERIT SIVE QVOD EVM EX LEGE ROGATIONE PLEBISVE SCITO, S. VE. C. FACERE OPORTEBIT NON FECERIT HVIVS LEGIS ERGO ID EI NE FRAVDI ESTO NEVE QVID OB HAM REM POPVLO DARE DEBETO NEVE CVI DE EA RE ACTIO NEVE IVDICATIO ESTO NEVE QVIS DE EA RE APVD

* I. SINITO

* SE AGI NOS.

In his verbis illud neminem fallat, quod capite quarto scriptum est, EURVM COMITIS QVIBVSQVE EXTRA ORDINEM RATIO HABEATUR. Est enim COMITIS pro comitiis scriptum, ex veteri librorum more qui vna littera pro duabus eiusdem generis vtebantur, quod poetæ quoque crebro vsurpant. Id genus scribendi in Florentinis Pandectis animadvertimus, vt in Emendationibus dictum est. Quod vero extrema legis pars sanctio appellatur, veterem quoque legum morem interpretabitur; de quo Papinianus libro secundo definitionum scribit: *Sanctio legum, quæ nouissime certam pœnam irrogat his qui præceptis legis non obtemperauerint, ad eas species pertinere nõ videtur, quibus ipsa lege pœna specialiter addita est.* Hac enim postrema legis parte de lege ipsa sanciebatur, quam pœnis, atque aliis condicionibus sanctam atque inuiolatam efficiebant. Iustinianus lib. 11. institutionum: *Ideo autem muros, inquit, sacros dicimus, quia pœna capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerint. Ideo & legum eas partes, quibus pœnas constituimus aduersus eos qui contra leges fecerint, sanctiones vocamus.* Vlpianus lib. 1. xv. 111. ad edictum: *Proprie, inquit, dicimus sancta, quæ neque sacra, neque profana sunt, sed sanctione quadam confirmata, vt leges sancta sunt; sanctione enim quadam sunt subnixæ. & interdum, inquit, in sanctionibus adicitur, vt qui ibi aliquid commisit, capite puniatur.* Itaque hæ sanctionum pœnæ ad ea capita non pertinent, quæ aliis pœnis vindicata sunt: tum quod in toto iure ciuili generi per speciem derogatur, tum etiam quod verisimile non est, delictum vnum eadem lege variis æstimationibus coerceri vt Papinianus scribit. Quam interpretationem ab aliis didicimus Accursiana longe præstare. M. Cicero libro tertio ad Atticum de sanctione Clodianæ legis, qua ipse in exilium fuerat missus, vel potius eiaqua & igni interdictum ita scribit: *Scis Clodium sanxisse, vt vix, aut omnino non posset, nec per Senatum, nec per populum infirmari sua lex. Sed vides, inquit, numquam esse obseruatas sanctiones earum legum, quæ abrogarentur. nam si id esset, nulla fere abrogari posset. Neque enim vlla est, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis. Sed cum lex abrogatur, illud ipsum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat.* Nihil est his verbis apertius; sed addam tamen aliud eiusdem Ciceronis testimonium in calce Verrinæ orationis de signis: *Quid multa? inquit, nisi vehementius homini minatus essem, nisi legum sanctionem pœnamque recis essem, tabularum mihi potestas facta non esset.* Item in oratione pro Cornelio Balbo: *Sacrosanctum, inquit, esse ni-*

I. sanctio. de pœn.

Inst. de rer. diu. p. 407.

I. sacra. p. 70. p. 10. p. 10.

Epist. 11.

hil potest, nisi quod populus, plebsve sanxisset: deinde sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipso aut obtestatione, & consecratione legis, aut pœna, cum caput eius, qui contra facit, consecratur. Non ignoro aliam esse huius nominis interpretationem; item in his ipsis sanctionibus non de pœna solum, sed de impunitate, de abrogatione, atque aliis de rebus quæ ad legem ipsam pertinerent, perscribi solere: his tamen contentus sum, ut ad legem Regiam reuertamur. Atque eam antiquam fuisse Iustianus in quadam constitutione scribit: *Cum enim, inquit, lege antiqua, quæ Regia nuncupabatur, omneius, omnisque potestas populi R. o. in imperatoriam translata sunt potestatem.*

l. 1. cū enim
C. de vet. iur.
c. 11.

l. 1.
l. de mort.
inf.

al. AEDM
Gel. li. 4. c. 3.
al. Tagit. vid.
Fest. vet. Pel-
lices & verb.
Tagit.
l. Massutius
de verb. sign.

l. 2. In pel. de
orig. iur.

Apud Marcellum lib. xxviii. Digest. scribitur: *Negat lex Regia mulierem, quæ prægnas mortua sit, humari antequam parius ei excidatur. Qui contra fecerit, spem animantis cum gravida peremisse videtur.* Hanc legem Numæ Regis fuisse arbitror, ut Pompiliam, & Postumiam; aut alicuius ex ceteris Regibus. Numam vero religiones, & sepulchrorum iura constituisse certum est. Eiusdem lex apud Gellium libro iv. & apud Sext. Pompeium refertur hæc: **PELLEX † ARAM IVNONIS NE TANGITO: SI † TANGIT IVNONI CRINIBVS DEMISSIS AGNVN FEMINAM CAEDITO.** Pellicem autem appellatam esse aiunt in hac lege, quæ vxorem habenti nupsit. Itaque apud Paulum lib. x. ad legem Iuliam & Papiam refertur Granius Flaccus in libro de iure Papiriano, qui scripserit pellicem vulgo vocari, quæ cum eo, cui vxor sit, corpus misceat. Ius autem Papirianum erat, Regiarum legum collectio, quam Sex. Papius fecerat, ut Pomponius scribit. Granius igitur hanc legem, ut arbitror interpretabatur: Massurius vero dicebat pellicem apud antiquos habitam, quæ cum vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat, quam postea amicam, aut honestiore nomine, concubinam appellarunt. Alij eam, quæ vxoris loco sine nuptiis in domo esset, quam *τῆλακὴν* Græci vocant. Numæ quoque legem alio loco retulimus, quæ ab eodem Pompeio refertur: **SI QVIS HOMINEM LIBERVN DOLO SCIENS MORTI DVIT, PARRICIDA ESTO.** Plutarchus tamen ad Romulum hanc legem ferre videtur, ut in Pompeia diximus. Refertur ab eodem Pompeio Numæ lex, aut legis fortasse sanctio: **SI QVIS ALIVTA FAXIT, IPSOS IOVI SACER ESTO.** Aliuta autem pro aliter, & ipsos pro ipse accipitur. Ceteras aliorum Regum leges apud Dionysium & Plutarchum inuenire quis poterit. Sed & Tacitus lib. iij. auctor est Seruium Tullium Regem præcipuum legum latorem fuisse, quibus etiam Reges obtemperarent.

R E M M I A.

l. 1. ad S. C.
Turp.

l. quæ situm.
de testib.

MARCIVS lib. sing. ad S. C. Turpilianum scribit: *Calumniari, est falsa crimina intendere; prauaricari, vera crimina abscondere; tergiversari, in vniuersum ab accusatione desistere, calumniatoribus pœna lege Remmia irrogatur.* Papiianus quoque lib. i. de adulteriis: *Quæsitum, inquit, scio, an in publicis iudicijs calumniæ damnati testimonium iudicio publico perhibere possunt? Sed neque lege Remmia prohibentur, & Iulia lex de vi. & repetundarum*

tundarum, & peculatus eos homines testimonium dicere non vetuerunt. Ex his duobus locis non male facturum arbitror, qui apud Ciceronem in oratione pro Sex. Roscio legem Remmiam non Memmiam scripsit. Quod etiam in veteri libro scriptum inueni. Verba eius sunt hæc: *Ita tamen questus te cupidum esse oportebat, ut horum existimationem, & legem Remmiam putares aliquid valere oportere. Accusatores multos esse in ciuitate utile est, ut metu contineatur audacia: verumtamen hoc ita est utile, ut ne plane illudamur ab accusatoribus.* Cetera quæ ad hoc crimen pertinent, sub titulo de calumniatoribus, & ad S.C. Turpillianum lib. 1. 1. & XLV 111. Digestor. reperientur.

RHODIA.



APUD Volusium Mæcianum ex lege Rhodia refertur scriptum Imp. Antonini, quo legem Rhodiam mari præesse iubebat, modo ne ceteris legibus cōtra cautum esset, idemque Augustum iudicasse scribit. Paulus vero lib. 1. 1. sententiarum: *Lege, inquit, Rhodia cauetur, ut si lex nauis gratis iactus mercium factus est, omnium cōtributione sarciatur, quod pro omnibus datum est.* Quæ de re plene lib. x. 1. v. Digestor. titulo de lege Rhodia de iactu tractatur: & in illo Pauli libro, qui hodie existat, titulo ad legem Rhodiam. Isidorus vero lib. v. etymologiar. scribit Rhodias leges naualium commerciorum esse ab insula Rhodo dictas, in qua olim mercatorum vsus fuerat. Exstat etiam Venetiis in Bessarionis Marciana bibliotheca Imp. Leonis & Constantini epitome iuris, in cuius initio de hæc lege aliquot capitibus agitur, quorum partem in calce lib. 1. 1. *De* *epist. Harmenopuli* habemus. Sed ut diligentius Rome in alio libro animaduerti, effectum argumentum esse à Græcis cognoui.

Id. deprecatio.
de lege Ro-
dia.

1. 1. co.

Di. 1. 1. e. vlti.

ROSCIA.



L.ROSCIVS Otho Tribunus plebis, ut Florus lib. xc ix. scribit, non vero Consul, ut apud Afconium in Cornelia scribitur, legem tulit, ut equitibus Romanis in teatro quatuordecim gradus proximi darentur, quos ordines alij appellant. M. Cicero in oratione pro L. Muræna: *L. inquit, Otho vir fortis, meus necessarius equestri ordini restituit non solum dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque lex hæc, quæ ad ludos pertinet, est omnium gratissima, quod honestissimo ordini cum splendore fructus quoque iucunditatis est restitutus.* De eadem lege Philippica 11. *Tenes ne memoria prætextatum te decoxisse? sedisti in quattuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamuis quis fortuna vitio non suo decoxisset.* Equites autem dicebantur, qui quadringentis millibus censerentur, ut in Iulia Theathrali dictum est. Flaccus in epistolis:

Viden. Corn.
Tacit. lib. 15.

Lib 1. epist. 11.

*Si quadringentis sex septem millia desunt,
Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidesque,
Plebs eris. at pueri ludentes, Rex eris, aiunt,
Si recte facies.*

Et postea de eadem re:

Roscia dic sodes, melior lex, an puerorum

Nania, qua recte regnum facientibus offert?

Ad eandem fortasse pertinet, quod Quinctilianus ex Theatrali lege refert, **QVI ARTEM LYDICAM EXERCVERIT, XIV. ORDINIBVS PRIMIS NE SEDEAT.**

RVPILIA.

HÆc ita à Siculis dicebatur, quam P. Rupilius Prætor in Sicilia de decem legatorum sententia tulerat, qua lege inter Siculos, qui non essent eiusdem ciuitatis, Prætor iudices sortito dabat; vt Cicero in Verrem de iurisdictione scribit.

SACRATÆ LEGES.

L. 1. p. lfdem
temporib. de
orig. Jur.

SACRATÆ leges, vt Sex Pompeius scribit, illæ dicebantur, quibus sancitum erat, vt si quis aduersus eas fecisset, sacer alicui deorum esset. In illa igitur seditione, quæ xvii. fere anno post Reges exactos facta est, vt Pomponius scribit, cum plebs à patribus secessisset, & sibi Tribunos in mōte sacro creasset, vel vt Lilius lib. 11. ait sedata ea seditione, legē Sacratam cōstituerunt, vt plebei magistratus sacrosancti essent, quibus auxilij latio aduersus Coss. esset, neve cui patrum capere eum magistratum liceret. De hac lege Ciceronis oratio de prouinciis consularibus intelligenda est, in qua extrema: *Si Patricius, inquit, Tribunus plebis fuerit, contra leges Sacratas; si plebeius, contra auspicia fuisse.* De Clodio autem verba facit, qui se adoptari à plebeio homine passus est, vt Tribunus Plebis fieret. In adoptione autem, vt in oratione pro domo scribit, contra auspicia lex lata fuerat. Apud Dionysium libro vi. tota hæc Sacrata lex refertur in hanc sententiā: *Tribunum inuitum nemo compellat quidquam agere; neve verberet, verberariue iubeat; neve occidat, occidere iubeat. Si quis contra fecerit, impius execrabilisque sit; bona eius ad sacra Cereris publicentur; qui eum occiderit, impune fecisse dicatur. Et sic populo Romano liceat hanc legem abrogare, intrare omnes ciues Romanos oportet, se suosque liberos perpetuo hac lege vsuros. Addant etiam imprecationem, vt si secundum sacramenta fecerint, propitios habeant caelestes deos, sin autem sefellent, aduersos.* Hoc itaque sacramento præstito, sacrosancti Tribuni, Sacer ille mons, vt Appianus scribit, & Sacratæ leges dictæ sunt. Sed & Horatia & Valerii legibus eadem hæc Tribunor. auxilia sancita sunt. Hac eadem de re Asconius in Cornelianā diligenter tractat. Apud Liliū quoque lib. 11. scriptum est, Decemuiris legum ferendarum potestatem datam esse, modo ne lex Icilia de Auentino, alizque Sacratæ leges abrogarentur. Ad easdem leges referendum est, quod Cicero in Sextiana, & pro domo sua scribit. *Velant leges Sacratæ, velant x11. Tabula leges priuatis hominibus irrogari, id est enim priuilegium.* De quo in x11. videbimus. Idem lib. 11. de legibus: *Sunt certa,* inquit,

inquit, *legum verba, neque ita prisca, vt in veteribus his, Sacratissime legibus, &c.* Militaris quoque sacrata lex lata est, M. Valerio Coruino Dictatore; C. Marcio Rutilo, Q. Seruilio Coss. vt Liuius in calce libr. v. 11. scribit: Ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleteretur; additumque legi, Ne quis vbi Tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset. Quod propter P. Salonium factum esse dicitur. Qui a ternis annis Tribunus militum & primus Centurio erat, quem primi pili postea appellarunt.

SATYRA.

S Ex Pompeius scribit, Satyram & genus cibi dici ex variis rebus conditum, & legem multis aliis confertam legibus, & genus carminis, vbi de multis rebus disputatur. Isidorus quoque lib. v. etymologiar. scribit: *Satyra lex est, quae de pluribus simul rebus loquitur, dicta quidem à poemata varia condere, vt Horatij, Iuuenalis, & Persij.* Ego vero magis arbitror Satyram à Satyris ac Faunis, quos imitantur, cum illa verborum licentia, tum etiam dicacitate quadam, & varietate; quod in arte poetica Flaccus Horatius significare videtur. Qua de causa Iustinianus scribit de veteri more docendi: *Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur, non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim & quasi per Satyras* (ita enim scriptum est) *collectum, & vtile cum inutilibus mixtum, maxima parte inutilibus deputata.* Et in alia constitutione: *Imperfecta Latinorum libertas incertis vestigijs titubas, & quasi per Satyras indulta adhuc remanet.* Sallustius quoque in Iugurthino: *Postero, inquit, die quasi per satyram sententijs exquisitis, in deditioem accipitur.* Ita enim magis placet vt scribatur, quod Aelianus noster probat libr. iv. de verbor. significatione, quam quod alij scribunt per Satyram legem. Omnibus itaque his locis significat ordinem rerum nullum seruari, saltantesque Satyros, vt ab illo Alpheisibæo Vergiliano fiebat, hos esse imitato.

c. Satyra dicitur
lib. 11.

In proem. Digesti. p. & primi.

Lib. C. de Libertatibus.

Ecol. 1.

SCANTINIA, VEL SCATINIA.

V R P I S S I M V M crimen hæc lex vindicabat, in quod insurgere leges, armari iura gladio ultore Constantius & Constantinus iubebant. Apud Iuuenalem Satyra secunda, cum dormire Iuliam legem adulteræ quidam dixisset, facte illa respondet:

*Tertius è celo cecidit Cato, sed tamen vnde
Hæc emis, hirsuto spirans opobalsama collo
Qua tibi? ne pudeat dominum monstrare taberna.
Quod si vexantur leges, ac iura; citari
Anse omnes debet Scantina.*

I. cum vir. C.
de adult.

Exstat etiã epistola M. Cæcilij ad Ciceronem, qua nit cum se lege Scantinia ab inimicis postulari sensisset, ipse Appium Censorem eadem lege postulauit. Alia quoque epistola: *Curve, inquit, per deos atque homines,*

Lib. 4. epist. 120.

cod. lib.
epist. 14.

cap. 1.

& quam primum hac risum veni, legis Scantinij iudicium apud Drusum fieri: Appium de tabulis & signis agere. Suetonius etiam scribit Domitianum lege Scatinia quosdam ex Senatoribus atque ex equitibus damnasse. Hanc legem, & Voconiam ex Aricino municipio venisse Cicero Philippica tertia scribit. Sunt qui arbitrentur ob C. Scantinium Capitolinum Tribunum plebis, de quo Valerius lib. v. 1. scribit Scantiniam esse appellatam hanc legem. M. enim Claudius Marcellus Aedilis curulis die Scantini dicit ad populum, quod filium suum de stupro appellasset, qui cum se sua potestate excusare vellet, ceteri Tribuni noluerunt ei auxilio esse. Itaque solo teste pudentissimo adolescente productus, eo qui attentatus fuerat, damnatus est. *Pudicitiam quoque cum eriperet militi* (inquit Cicero in Miloniana) *Tribunus militaris in exercitu C. Marij propinquus eius Imperatoris, interfecit ab eo est, cui vim adferebat. Facere enim probus adulescens periculose, quam perpeti turpiter maluit.* Huius autem legis apud Aufonium Gallum mentio quoque fit, ut in Titia lege scribemus.

SCRIBONIA.



PVD Florum lib. XLIX. scriptum est: *Cum L. Scribonius Tr. Pl. rogationem promulgasset, ut Lusitani, qui ex sadere populo Ro dediti à Servio Galba in Galliam venissent, in libertatem restituerentur. M. Cato eam legem acerrime suasit, quæ cum praiudicium in Galbam esset. Q. Fulvius uobilior in Senatu pro eo respondit, & ipse Galba se filiorum pietate & misericordia defendit. Rogatio itaque antiquata est. Eundem Tribunum Libonem postea Florus appellat; item Cicero in Bruto: *Cum Lusitanis, inquit, à Servio Galba Pratore contra interpositam ut existimabatur, fidem interfecit, L. Libone Tr. Pl. populum incitante, & rogationem in Galbam priuilegij similem ferente, summa senectute M. Cato legē suadens in Galbā multa dixit.* Libro tamen primo de Oratore L. Scribonium appellat, & vtroque loco Galbam misericordia filiorum liberatum esse scribit. Eutropius lib. iiii. rer. Rom. *Ser. Galba Prator Lusitanos citra Tagum flumen habitantes, cura voluntarios in deditionē recepisset, per scelus interfecit.* Seruium autē Galbam, non Sergium scribendum semper esse, ex Suetonio in Galba didici. Sulpitij etenim Galbæ, Sergij Catlinæ, & alij fuerunt. Seruios autem Sulpicios plerosque appellatos constat. Item Seruius prænomē est, Sergius familiarē nomen. Legis tamen Scriboniæ mentio fit apud Paulum lib. I. IV. ad edictum: *Libertatem, inquit, seruitutium vsucapi posse verius est: quia eam vsucapionem sustulit lex Scribonia quæ seruitutem constituēbat, non etiam eam quæ libertatem præstat sublata seruitute.* Quo loco Haloander non recte Voconiam scribere tentauit. Seruitutium autem scriptissimus, ut in Florentino libro semper est, ut ciuitatium, prudentium, parentium, & cetera id genus, quæ Diomedes, & Priscianus lib. v. 11. probant. Horatius quoque lib. I. 1. carminum scribit:*

*Dos est magna parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Certo sadere castitas:*

Ciceronē quoque in Verrinis hoc casu nō abstinnisse Priscianus testis est.

L. Scribonius
Libo.

L. sequitur. p.
viii. de via-
cap.



ATQUE Ciceronem lib. 11. de legibus vulgo scribunt: *Igitur tu Seias, & Appuleias leges nullas putas?* Sed ex veteri quodam libro, in quo, *Igitur Titias*, scriptum est, malo, *Igitur tu Titias scribere.* Nam cum de Seia lege nihil de Titia quædam acceperim, ita emendanda cura locum esse suspicor: quod aliis quoque probatur.

SEMPRONIA.



SED IBERIVS & Caius Sempronij Gracchi fratres Tribuni plebis plerasque leges per vim tulcrunt aduersus nobilitatem: quam obrem vterque à suis ciuibus occisus est, Tiberius à P. Scipione Nasica, quem Serapionem quidam appellant: Caius à L. Opimio Cos. Tiberij lex Agraria fuit, vt lex Licinia de quingentis iugeribus seruarietur. Qui eum modum excederet, initio scripsit, vt pretium è publico acciperet: postea Octauij intercessione motus, agros eius publicauit: quibus diuidendis Tresuiros creati iussit, se, & fratrem, & Appium Claudium socerum, vt Plutarchus, & Appianus, & Florus lib. 1. v. 111. scripserunt. quamuis apud Florum mēdose x. iugera pro d. scribatur. De hac lege Cicero in Sextiana: *Agraria Ti. Gracchus legem ferebat: grata erat populo; fortune consilium tenuiorum videbantur. Nitebantur contra optimates, quod ea discordiam excitari videbant; & cum locupletes possessionibus diuturnis mouerentur, spoliari Remp. propugnatoribus arbitrabantur.* Item in Rullum de lege Agraria: *Iubet auspicio colonarium deducendarum causa Decemuiros habere pullarios, eodem iure*, inquit, *quo habuerunt Tresuiros lege Sempronia. Audes etiam Rulle*, inquit Cicero, *mentionem facere legis Semproniae? nec te ea lex ipsa commonet, Tresuiros illos xxxv. tribuum suffragio esse creatos? & cum tu à Ti. Gracchi a quiete ac pudore longissime remotus sis; id quod dissimilima ratione factum sit, eodem iure putas esse oportere?* Addit Appianus lib. 1. bellor. ciuiliū. Tresuiros singulis annis fuisse renouandos, vt agros publicos diuiderent, nemini autem supra d. iugera habere licuisse, filiis autem ex veteri lege eius dimidium permittebatur. Florus pecuniam quoque ex Attali regis hereditate diuidere iussisse Tiberium scribit. Motus autem fuisse dicitur, propterea quod cum Quæstor C. Hostilij Mancini Cos. fuisset in fœdere Numantino, Senatus decreuisset, vt ipse cum Cos. & Tribunus Numantinis dederetur. Quāuis postea Mancinus solus de ditus est, quæ Numantini non receperunt, vt Pomponius lib. xxxvii. ad Q. Mucium scribit: de quo legem latam esse scribit. vt esset ciuis Romanus, ac postea Præturam gessisse prodicit; quod in eo qui Consul fuerat, mirandum est. Hanc autem fuisse Ti. Graccho causam nobilitatis persequendæ, præter Plutarchum M. Cicero in Bruto, & de Aruspicio responsis scribit. De Mancino vero & lib. 111. Officior. & lib. 1. de Oratore, & aliis plerisque locis. Quo autem pacto in Agraria ferenda M. Octauio collegæ intercedenti imperium Tiberius abrogauerit, & quo pacto fuerit occisus, satis notum esse ex his libris, quos retuli, & aliis

L. v. de leg. titio.

permultis scio.

11.
L. in his. in p. p.
fol. mat.

Ad Caium fratrem venio, de cuius morte Iuolenus mentionem fecit lib. vi. ex posterioribus Labeonis. *In his rebus, inquit, quas prater numeratam pecuniam doti vir habet; dolum malum & culpam enim præstare oportere Servius ait. Ea sententia P. Mucij est. Nam is in Licinnia Gracchi vxore statuit, quod res dotales in ea seditione, qua Gracchus occisus erat, derissent, ait, quia Gracchi culpa ea seditio facta esset, Licinnia præstari oportere.* Fuit autem Licinnia P. Licinnij Cralli filia, C. Gracchi vxor, cui tamen dotem ademptam fuisse ex S. C. Plutarchus scribit. Hic Tribunus plerasque leges tulit; & de Frumentaria lege alio loco scripsimus.

111.

Idem tulit ipsam legem Agrariam Tiberij fratris; qua lege atque etiam aliis, complures colonias in Italia deduxit, vt Florus lib. lx. scribit. In Africa quoque vbi Carthago fuerat, ab eodem colonia deducta est. Quo tempore Liuius Drusus perniciosas quoque leges tulit, vt C. Graccho resisteret, vt in Liuiis legibus scripsimus. Ad has leges refertur, quod in Tiberij Cæs. constitutione apud Frontinum scribitur, monumentum ex lege Sempronia & Iulia fieri iuxta ædes aut iter publicum certis limitibus diuisum, vt in Iulius dictum est.

1 V.

Tertia lex, vt Florus scribit, fuit, qua equestrem ordinem cum Senatu consentientem corruerat. Trecenti enim Senatores erant, sexcenti equites, ipse equites Senatoribus admiscuit, vt duplicatas vires equites in Senatu haberent. Appianus autem scribit, equitibus iudicia, quæ apud Senatores erant, commisisse: Plutarchus vero trecentos equites pari numero cum Senatoribus adiecisse ad iudicandum tradit. Illud constat ex lege Sempronia equites Romanos quinquaginta annos iudicasse, quoad L. Sulla Dictator Senatoribus iudicia restituit, qui x. annos iudicia ex lege Cornelia tenuerunt. Aurelia autem lege equites & Tribuni ærarij cum Senatoribus iudicauerunt, Iulia vero Tribuni iudicandi iure priuati sunt. Quod ex Cicerone & Asconio in Verrinis, item ex his quæ in illis legibus diximus, cognosci potest.

v.

Alia lex à Plutarcho refertur, vt vestes è publico militibus sine stipendiorum deminutione darentur, & vt minores xvi. annis ad militiam non cogerentur. Exstant lib. xlii. constitutionum aliquot Impp. rescripta, quæ de militari veste, aut pro ea pecunia præstanda tractant. In quibus Honoraria constitutio qua sextam vestium partem milites à Gyneciaris (erant hi vestibus præpositi, earumque faciendarum artifices) quinque partium æstimationem in pecunia numerata ab ærario accipiebant. De ætate autem militari lib. singulari ad Modestinum scripsimus. Tantum addo lib. xlii. Theodosiani Codicis existere sub titulo de Decurionibus, Constantini constitutionem, qua xviii. annis minores Curiales fieri prohibentur. *Cum enim, inquit, xviii. etatis annum intrauerint, si militia nomen inserere iuxta legem datam non potuerint, vel superfederint, municipali poterunt dari obsequio.* Sed & Tiberonem lib. i. historiarum scripsisse, vt A. Gellius refert in decimo libro Noctium, Cum Ser. Tullius Rex illas quinque classes census faciendi gratia instituisset, de quibus superius scripsimus; pueros esse existimasse minores annis xvii. sed ea ætate maiores idoneos Reipub. esse arbitratum, eosque milites scripsisse, & ad annum xli. iuniores, supra eam ætatem seniores

1. vltim. C. de
mil. vest. lib.
11.

niores appellasse. Dionysius tamen lib. I v. vnum annum huic numero detrahit: quinque enim & quadraginta annis maiores seniores appellat, vt illic retulimus.

De suffragiis quoque, vt idem Plutarchus scribit, legem tulit Caius, VI. qua pares Italos omnes ciuibus Rom. in suffragiis fecit. Quod ita Appianus refert, vt Gracchus ciuium Romanorū colonias in Italia fecerit; ceteris, quibus suffragia in comitiis ferre non licebat, ita ferre concessit, si tributa persoluisent. Quod Senatus per Cōsules, & per Drusum Tribunalum impedire tentauit. Sed cum sociale bellum postea insecutum sit propter eiusdem Drusi promissa, vt in Liuii legibus diximus; hæc lex ignobilis fuit.

De prouinciis apud Ciceronem in oratione pro domo ita scribitur VII. aduersus Clodij Tribunalum: *Ita ne verò? Tu prouincias Cōsulares, quas C. Gracchus, qui vnus maxime popularis fuit, nō modo non abstulit ab Senatu, sed etiam vt necesse esset quotannis constituī per Senatum decretas; lege sanxit: eas lege Sempronia per Senatum decretas rescidisti? extra ordinem, sine sorte, nominatim dedisti, non Consulibus, sed Reipub. pestibus? Quibus verbis apparet successionem prouinciarum quotannis ex hæc lege fuisse. quod in Corneliana quoque pro Balbo significat, cum C. Cæsari decem fuisse legatos decretos, item lege Sempronia non successum scribit. Ad eandem fortasse pertinet, quod idem scribit in Frumentaria, inter Siciliam, & ceteras prouincias in agrorum vectigalium rationibus id interesse, quod ceteris aut impositum vectigal esset certum, quod stipendium diceretur, vt Hispanis & plerisque Pœnorum; aut censoria, inquit, locatio constituta est, vt in Asia lege Sempronia: Siciliæ ciuitates sic in amicitiam fidemque receptæ sunt, paucis exceptis, vt eodem iure essent, quo fuissent. Censoriam locationem interpretor eam, quam Censores in lustris faciebant. De qua paulo post scribit. *Per pauca Siciliae ciuitates sunt bello à maioribus nostris subactæ, quarum ager cum esset publicus Pop. Rom. factus; tamen illis est redditus, & is ager à Censoribus locari solet. Qua de causa lustrum locationis tempus significat apud Vlpianum lib. xx xv. ad Sabinum: Nam etsi colonus post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat, ita demum si non ex voluntate domini percepti sunt. Nouella vero cxi. quinque annorum spatium, quod Græco verbo apertius exprimitur. πενταετία enim octo, xl. annorum tempus appellat. Sunt autem illius constitutionis verba edicto Iustiniani V. conscripta. Namque Iustinianus præter Græcas Nouellas clxviii. edicta quoque conscripsit xlii. quæ nos aliquando proferemus. Sed & de lustris & Olympiadis spatio magna controuersia est. Censorum autem officio hæc in re censitores & magistrōs census successisse alio loco scripsimus.**

I. si quis nec
causam. in s.
de reb. cred.

Idem C. Gracchus aliam legem tulit, ne de capite ciuium Rom. in iussu populi iudicaretur, vt Cicero scribit in Rabiriana perduellionis. VI. Plutarchus in Gracchorum. *Duas, inquit, tulit leges; alteram, vt qui magistratu per populum amotus esset, facultatem alterius magistratus in eundem non haberet. alteram, vt si quis in magistratu ciuem Romanum sine iudicio necasset, in eum populi iudicio animaduertetur. Sed à priore desinit precibus matris pro M. Octaui intercedentis, hanc posteriorem Popillij causa tulit.* De eadem lege cum de coniuratorum nece ageretur in Senatu, ita

scribit IV. in Catilinam oratione: *At vero C. Casar intelligit, legem Semproniam esse de civibus Romanis constitutam: qui autem Reipub. sit hostis, cum civem esse nullo modo posse: deniq; ipsum latorem legis Sempronia iussu populi pœnas Reip. dependisse.* Sed & in Verrem de suppliciis leges Sempronias cum Porcia hac de causa coniunxit. Etenim Porcia quoque ne quis civem Rom. verberare, aut necare auderet, cautum erat.

IX.

Cic. in Cluentian.

Idem tulit, ne quis iudicio circumveniretur, quod postea à L. Sulla in Corneliam de veneficis est translatum, ut Cicero in Cluentiana scribit. Verba autem huius legis referuntur hæc. *DE QUÆ EIVS CAPITE QUÆRITO QUI TRIBUNVS MILITVM LEGIONIBVS QUATTVOR PRIMIS, QUÏVÈ QUÆSTOR, TRIBVNVS PLEBIS, (deinceps omnes magistratus nominavit) QUÏVÈ IN SENATV SENTENTIAM DIXIT, DIXERIT: QUÏ FORVM COIT COERIT, CONVENIT, CONVENERIT, QUO QUÏS IUDICIO PVBLICO CONDEMNETVR.* Sed hac de re in Corneliis plenius scripsimus. Has omnes C. Gracchi rogationes Paterculus lib. iij. paucis verbis significat. *Dabat, inquit, civitatem omnibus Italicis, Italiam ad Alpes fere porrigenz; agros diuidebat, vetabatque quœvisquam civem plus Diugeribus habere, quod lege Licinia cautum erat; portoria nova constituebat; novis coloniis implebat provincias; iudicia à Senatoribus ad equites transferrebat; frumentum plebi dabatur; nihil deniq; e immotum relinquebatur.* Hæc sunt quæ de Gracchor. legibus reperimus, de quorum morte lamentari videtur Crispus Sallustius in libro de bello Jugurthino. Nam & maiores eorum laudat, qui Punico atque aliis bellis multum Reipub. addiderant: hi autem erant Africanus Scipio maior unus, & Tiberius Gracchus pater, qui Tr. Pl. etiam fuit, & eos vindicare plebem in libertatem, & optimatum scelera patefacere cœpisse. occisos autem esse à noxia nobilitate, cum Tribunus Pl. alter, Triumvir colonius deducendis alter esset.

At vero Cornelius Tacitus lib. iij. multo prudentius: *Composita, inquit, duodecim Tabule sunt finis æqui iuris. Nam secuta leges etsi aliquando in maleficos ex delicto, sapius tamen diffensione ordinum, & apiscendi illicitos honores, aut pellendi claros viros, aliaque ob prava per vim lata sunt. Hinc Gracchi, & Saturnini turbatores plebis, nec minor largitor nomine Senatus Drusus; corrupti spe, aut inlusi per intercessionem socij. & quæ sequuntur longe verissima de Sullæ, & Pompeij, & ceterorum legibus per vim latis, quæ nos variis locis retulimus.*

SENIA, VEL SENTIA.



HVIVS legis apud Tacitum lib. xi. mentio solum fit, A. Vitellio L. Vipsanio Coss. cum Claudius Imp. in numerum patriciorum adsciuit vetustissimum quemque è Senatu, aut quibus clari parentes fuerant; cum paucæ essent reliquæ familiæ, quas Romulus maiorum gentium, L. Brutus minorum constituerant. *exhaustis etiam, inquit, quas Dictator Casar lege Cassia, & princeps Augustus lege Senia sublegere.* Sed neque huius legis, neque huius rei mentionem fieri vidi apud Suctonium aut Dionem, Tantum scripserunt Augustum bis Senatam legisse. Et fortasse

Scitia

Sentia dicta est à C. Sentio Cos. de quo Dion lib. LIV. scribit, & Paterculus lib. II. historiarum. Fuit autem C. Sentius Saturninus collega Augusti, pro quo gessit consulatum Q. Lucretius P. R. C. anno DC CXXVIV. Alia autem est Ælia Sentia, de qua suo loco scripsimus.

SERVILIA.



CICERO in oratione pro M. Scauro apud Asconium scribit Scaurum reum factum fuisse antea à Q. Servilio Cæpione lege Servilia, cum iudicia penes equestrem ordinem essent. Id factum esse Pedianus interpretatur ob legationis Asiaticæ invidiam, & aduersus leges pecunias captas, reumque fuisse repetundarum, lege quam tulit Servilius Claudia Glauca. Claudia autem est ex tribu Claudia. Pedianus actione I. in Verrem exponens illud Ciceronis, C. VERREM ROMILIA, Romilia, inquit, nomen est Tribus, ablatiui casus, vt sit, ex Romilia. Cum Servius Sulpicius Quincti filius Lemonia Rufus difficillimo Reipub. tempore, gravi periculosoque morbo affectus auctoritatem Senatus, salutemque populi Romani vitæ suæ proposuerit: Senatus placere Ser. Sulpicio statim pedestrem aneam in Rosolis ex huius ordinis sententia statuit. Verba sunt Ciceronis Philippica IX. quibus censuit S. C. fieri mortuo Sulpicio. cuius rei Pomponius quoque noster mentionem facit. Lemonia autem, vt Claudia, Tribus nomen est. Sed hæc plenius ab aliis prodita sunt. Hic autem C. Servilius Glauca longe post homines natos improbissimus fuit, sed peracutus & callidus, in primisque ridiculus, vt idem Cicero scribit in Bruto. Qui ex summis & fortunæ, & vitæ sordibus in Prætura Consul factus esset, si rationem eius haberi licere iudicatum esset. Nam & plebem, inquit, tenebat, & equestrem ordinem beneficio legis deuinxerat. Is Prætor eadem die, qua Saturninus Tribunus plebis, Mario & Flacco. Coss. publice est interfectus. Eius cædem & ceterorum iure factam fuisse Cicero Consul defendit: exstatque eius oratio pro C. Rabirio perduellionis reo, qua de re in Appuleia scripsimus. Lex itaque qua sibi equestrem ordinem Glauca deuinxerat, hæc de repetundis fuit, cui postea Cornelia, & Iulia successere, vt idem Cicero scribit in oratione pro Postumo: iubet, inquit, lex Iulia persequi ab his, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus sit, peruenit. Hoc totidem verbis translatum caput est, quod fuit non modo in Cornelia, sed etiam ante in lege Servilia. Ante hanc legem Acilia fuit, quæ idem crimen persequabatur. Sed hac lege Glauca primus tulit, vt comperendinaretur reus: antea enim vel iudicari primo poterat, vel, Amplius pronuntiari. Ea vero differentia est inter comperendinationem & ampliationem, quod cum amplius pronuntiatur, iudice sique non liquerit dicunt, is solus causam iterum perorat, in cuius oratione obscuritas est: in comperendinatione vterque iterum causam dicit; prius tamen reus, quam auctor auditur, vt idem Cicero, & Asconius scribunt in Prætura Urbana. Itaque Cicero cum Verrem breui quadam accusatione, vt solum verteret coegisset: vt suam in accusando vim explicare posset, comperendinatum esse reum finxit, quo causa iterum acta putaretur. Quod Asconius, & Plinius in epistolis animaduertunt.

l. p. Servius.
de orig. iur.

11.

Alia lex iudiciaria fuit Q. Seruiliij Cæpionis Consulis, qua equitibus auferre videbatur iudicia, & ea Senatoribus concedere, aut vtrumque ordinem coniungere. Qua de re Cicero plerisque locis facit mentionem; etsi legis sententia minime explicata sit. Exstabat autem tum L. Crassi summi oratoris oratio, qua hæc Cæpionis legem suaserat: & cum in ea suadenda multa aduersus equites Romanos pro Senatu dicta essent, recitata eius oratio est apud ipsos equites iudices à M. Bruto Crassi inimico in iudicio Planciano recitata item alia de colonia Narbonensi, qua Senatum lædere videbatur. Quod præclare vltus est Crassus tribus lectoribus excitatis, qui tres M. Bruti patris de iure ciuili libros legent; neque enim plures is fecerat, vt lib. 11. de Oratore Cicero scribit; & in his tres fundos Bruti, quos ille vendiderat, nominatos esse ostendit. Notus est totus hic locus ex eodem secundo libro, atque ex Cluentiana oratione, relatus à Quintiliano lib. vj. institutionum. Legis autem Seruiliæ in Bruto mentio fit. Namque eam legem suasisse Crassum refert cum quattuor & triginta annos haberet, eodem ipso anno quo Cicero natus est; hoc est, Q. Seruilio Cæpione hoc, & C. Serrano Coss. vt Gellius notat lib. xv. Eam vero Crassi orationem sibi quasi magistram à pueritia fuisse Cicero scribit, in qua & auctoritas ornaretur Senatus, pro quo ordine illa dicerentur, & inuidia concitaretur in iudicum & accusatorum factionem, contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit. Multa in illa oratione grauitè, multa lenitè, multa asperè, multa facete dicta esse Cicero scribit; plura tamen dicta, quam scripta. Et Prisciani tempore eadem exstabat, vt ex libro viij. cognouimus. Ad eandem legem pertinet, quod lib. 2. de inuentione scribit, offensum argumentationis genus esse, si eorum qui audiunt voluntas lædatur, vt si quis apud equites Romanos cupidos iudicandi Cæpionis legem iudiciariam laudet. Sed de legibus iudiciariis in Aurelia, Cornelia, Iulia, & Semproniana diximus.

Cap. 18.

SILIA.



PVD Festum in fragmentis, quorum initium est, Publica pondera; verba plebisciti, quod duo Silij Publius & Marcus Tribuni plebis rogarunt, ex Iunio referuntur hæc: Ex Ponderibus pvelicis, quibus hac tempra-
te popvlvs oetier, qui solet vti coab-
quatvr sedvlvm. vt ei quadrantal vini octoginta pondo siet. Congivs vini decem p. siet. sfx sextarii Congivs siet vini. dvodeqvinqvaginta sextarii qvadrantal siet vini sextarius aeqvvs aeqvo cum libranio siet. sexdeqvinqve librae in modio sient. si quis magistratvs adfersvs hæc d. m. pondera, modiosqve vasaqve pvelica modica minora maiora faxit, iussitve re fieri, dolvmve addvit qvov fiant: evm quis volet magistratvs multaretvr dvm mhore patris familias tamat, liceto: sive quis in sacrvm iudicare polverit, liceto. De his verbis in notis ad Festum

alibi dolo
11.

stum scripsimus:

S I C I N I A.

DIONYSIVS Halicarnasseus lib. vii. originum scribit T. Geganio P. Minucio Coss. Sp. Sicinium Tribunum plebis legem in hanc sententiam tulisse, vt nemo concionanti ad populum Tribuno quidquam in contrarium diceret, neque dicentem interpellaret. Quod si fecerit, det, si id peccatur, vades Tribunis multam soluendi, quæ ei irrogabitur. Qui vades non dederit, caput eius ac bona sacra sint: multæ autem certatio apud populum fiat. Huius legis Liuius mentionem minime facit, tantum lib. i. scribit illos Coss. post Tribunos creatos fuisse anno secundo; Sicinium vero illi seditioni, quæ causam Tribunorum-creandorum dedit, præfuisse, eamque ob rem Tribunum esse factum. De his autem rebus in Valerii, Horatii, & Sacraus legibus scriptum est:

S V L P I C I A.

CVM P. Sulpicius Tr. Pl. (inquit Florus lib. lxxvii.) aurore C. Mario perniciosas leges promulgasset, vt exules reuocarentur; & noui cines, libertinique distribuarentur in Tribus; & vt Marius aduersus Mithridatem Ponti Regem dux crearetur, & aduersantibus. Coss. Q. Pompeio & L. Sullæ vim inuississet; occisoque Pompei Consulis filio, genero Sullæ; L. Sulla Consul cum exercitu in Urbem venit, & aduersus factionem Sulpicij & Marij in ipsa Vrbe pugnavit, eamque expulit. P. Sulpicius, cum in quadam villa lateret, indicio serui sui retrahens, & occisus est. seruus, vt præmium promissi indicij haberet, manumissus est, & ob scelus domini pro diti de saxo deiectus est. Hæc Florus. A M. vero Cicerone laudatur P. Sulpicij eloquentia tum in libris de Oratore, tum etiam in Bruto; legum nulla mentio, quod meminerim, illic est. Sed Appianus lib. i. & Plutarchus in Sulla eam legem referunt, quæ de Mithridatico bello fuit. Illam de libertinorum suffragiis Afconius in Cornelianam refert. Quod ipsum à Ser. Tullio Rege manasse Dionys. lib. i. v. scribit. Sed & idem Florus lib. xx. ait libertinos prope initia secundi belli Punici in quattuor Tribus fuisse redactos, Esquilinam, Palatinam, Suburanam, & Collinam. Has Vrbanas Plinius lib. xvi. u. appellat, in quas transferri à rusticis ignominia loco habebatur. Itaque existimandum est, ter hoc ipsum esse constitutum, propter neglectam hac in re aliquando iuris sanctionem.

Addit Plutarchus eundem tulisse, ne quis Senatorij ordinis supra duo drachmarum, vel, vt arbitror, denariorum millia æs alienum constare posset. Sed cum ipse Sulpicius occisus est, drachmarum tricies debitor inuentus est.

S V M P T V A R I Æ.

MAS in Orchia, Fannia, Didia, Licinia, Cornelia, Emilia, Antia, & Julia ex Gellio lib. i. l. & Macrobio lib. i. i. persecuti sumus.



PVD Ciceronem lib. 111. de legibus referuntur Gabinia, Cassia, Papiria Carbonis, & Cælia Tabellariz de quibus alias.

TARPEIA ÆTERNIA
DE MVLTVS.



SCRIBIT Gellius lib. XI. cap. 1. multam supremam, hoc est, maximam, olim apud Romanos institutam fuisse in singulos dies ouium duarum, bouum triginta: pro copia scilicet bouum, & ouium penuria. Sed cum ad soluendam multam quæ à magistratibus dicta erat, adigerentur boues uelque alias pretij maioris, alias parui, ideoque multæ punitio inæqualis esset, lege Aterina constitutos esse in oues singulas æris denos, in boues æris centenos. hinc Sex Pompeius ait æstimatam pœnam ab antiquis dici solitam, quæ ita esset æstimata: ouis decussi, bos centulli, hoc est, decem & centum assibus. id quod idem alio loco Tarpeia lege introductum scribit. Minima multa erat ouis vnus: ea in hæc uerba indicebatur: **M. TERENTIO, QUANDO CITATVS NEQVE RESPON- DIT, NEQVE EXCVSATVS EST, EGO EI VNYM OUEM MVLTYM DICO.** Oues autem antiqui pro arietibus dicebant, atque ideo eas masculino genere pronuntiabant. Namque ut ex columna Traiani, aliisque veteribus monumentis constat, quæ sacrificia sue, oue, tauro fiebant, unde & Saouetaurilia dicebantur, non oue femina, sed ariete fiebant. Cautum uero erat, ne bouem prius quam ouem nominaret, qui indiceret multam, ut Plinius scribit lib. X VII 11, cap. 111. Ceterum Plutarchus Valerij Publicolæ legem fuisse ait, ut qui Consulibus non paruisset, quinque bouum, ac duarum ouium multam solueret. ouemque decem obolis, bouem centum fuisse æstimatum. Dionysius uero lib. X. antiquitatum scribit Sp. Tarpeium A. Termenium Coss. legem tulisse, ut liceret omnibus magistratibus eos qui immodeste aut præter leges agerent aduersus potestatem suam, multa punire. neque enim aliis olim multam dicere quam Consulibus licuisse. Multam autem supremam ac maximam fuisse ab eis constitutam bouum duorum ouium triginta. Plin. lib. V 11. cap. XX V 11 D & Liius lib. 111. non Termenium, sed Æternium hunc Consulẽm uocant, qui tamen huius legis nullam mentionem faciunt. Diodorus lib. XII. Bibliothecæ cum Asterium, alij Aterium appellant. Ex quo fit ut neque uerum legis nomen, neque eius sententia satis certo constitui possit. Sex. quidem Pompeius scribit ante æ signatum ob delicta pœnam grauissimam fuisse duarum ouium & triginta bouum, atque id lege sanxisse T. Menenium Lanatum, P. Sextium Capitolinum Coss. postea uero lege Tarpeia multam ita æstimatam fuisse, ut antea dictum est. Sed eo loco Pompeius sibi non constat. Liius lib. IV. tradit L. Papirium Crassum L. Iulium Coss. legem de multarum æstimatione pergratam populo, cum ab Tribunis parari vnus ex eis proditione accepissent, ipsos ferre præoccupauisse. Quo fit, ut in tanta uarietate non displiceat ita constituere: **Lege Tarpeia & Æternia grauem multam**

Sex. Pomp.
 ver. æstima-
 ta.
 Idem ver. pe-
 calatus.
 Gellius ibid.
 Nonius ver.
 oues.

Sex. Pomp.
 ver. pecula-
 tuæ

THORIA, TERENTIA ET CASSIA, TITIA. 143

multam triginta ouium, bouum duorum, triennio ante Decemuiros legum ferendarum causa: post viginti quattuor annos oues, bouesque z-limatatos L. Papirio, L. Julio Cos. decussi, & centussi. Menenium autem & Sextium constat biennio post Tarpeium & Aeternium Cos. fuisse post R. C. ann. cccc. Grauem multam Theodosianus interpres quinquaginta librarum argenti esse interpretatur; quæ nostris quoque legibus ab executione appellanti indicitur. Ceterarum multarum modus ab Arcadio & Honorio constitutus est, pro iudicum dignitate varius. qua de re exstat eorum constitutio, titulo De modo multarum quæ à iudicibus infliguntur.

*l. 3. quot app-
mon reci. lib-
u. C. Theod.
l. ab execu-
tione. C. eod.*

*L. vit. C. de
modo mult.*

THEATRALIS. Hoc cognomine Iulia, & Roscia intelligenda est, de quibus satis superque antea diximus.

THORIA.

THORIA siue Toria, à Sp. Torio siue Thorio dicta est, de quo Cicero in Bruto satis valuisse in populari genere dicendi scribit, sed agrum publicum vitiosa & inutili lege vectigali leuasse. Idem lib. II. de Orato. *Nihil magis, inquit, à Idetur, quam quod est præter expectationem, vt Appij maioris illius, qui cum ageretur in Senatu de agris publicis, & de lege Thoria, & premeretur Lucilii ab his, qui à pecore eius depasci agros publicos dicebant: non est, inquit, Lucilij pecus illud; erratis: defendere Lucilium videbatur: ego liberum puto esse, qua lubet, pascitur.* Huius legis fragmenta quædam inuenies in fine huius voluminis.

TERENTIA ET CASSIA

FRUMENTARIA.

HÆC lex lata est à M. Terentio Lucullo, & C. Cassio Varo Cos. anno Urbis DCLXXX. quam quia ad frumentum ex Sicilia exportandum solum pertinebat, vt ex Cicerone in Verrinis constat; priuilegium, non legem appellare possumus. Verba Ciceronis in Frumentaria sunt hæc: *Frumentum emere in Sicilia debuit Verres ex S. C. & ex lege Terentia & Cassia frumentaria. emundi duo genera fuerunt, & c. & in oratione de suppliciiis: Denique cum ex S. C. itemque ex lege Terentia & Cassia frumentum æqualiter emi ab omnibus Sicilia ciuitatibus oporteret; id quoque munus Mamertinis remisisti.*

TITIA.

LIM tutores intra Urbem quidem à Prætoribus urbano, & maiore parte Tribunalium ex lege Atilia, in prouinciis à Præsidibus ex lege Iulia, & Titia dabantur; vt Iustinianus libro I. Institutionum scribit.

*Inst. de Atil.
de tut. in pri.
l. 1.
Epigr. 88.*

Altera lex est. cuius Aufonius mentionem facit, ludens

his versibus:

Iurisconsulto, cui vixit adultera coniunx,

Papia lex placuit, Iulia displicuit.

Quaritis, unde hæc sit distantia? semiuir ipse

Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

Quorum carminum interpretatio ex Titiz legis ignoratione difficilis quibusdam visa est. Mihi vero ex Cornelio Tacito lib. x. i. historiarum hæc esse videbatur: Vt cum Papia lex præmia maritis concedat, Iulia de adulteriis adulteram dimitti iubeat: Scantinia molles coerceat. Titia vero munera patrociniij causa accipi vetethic qui adulteram mollis detinet, metu Scantiniz, vt Papia vtatur, aduersus Iuliam facit, neque metuit Titiam, cum munera à mœchis accipit non patrociniij causa. Sed ceteras quidem leges aliis locis persecuti sumus: de Titia Tacitus scribit: *Cuncta*, inquit, *legum & magistratum munia in se trahens princeps* (Claudium autem significat) *materiam prædandi patefecerat, nec quidquam publicæ mercis tam venale fuit, quam aduocatorum perfidia, adeo vt Samius insignis eques R. O. quadringentis nummorum millibus Sullio datus, & cognita præuacatione, ferro in domo eius intubuerit. Igitur incipient e C. Sillio Cos. Des. consurgunt patres, legemque Titiam flagit aut, qua caesetur antiquis, ne quis ob causam orandam pecuniam, donum ve accipias. Et post ingentem altercationem, tandem, inquit, princeps capiendis pecunijs posuit modum vsque ad dena sestertia, quæ egressi repetundarum tenerentur. Denari sestertia, siue decem sestertium nummorum millia, & ceteri interpretati sunt centum aureor. quantitatem, quam pro singulis causis licitum esse aduocatis capere Vlpianus lib. v. 111. de omnibus tribunali- bus scribit. Neque ad hanc rem pertinent, quæ propter suffragia dantur, vt rectè Alciatus notat, & exstat lib. 11. Theodosiani Codicis, titulo, Si certum petatur, de suffragiis, Iuliani constitutio, quam ipse refert ex Marcelino lib. x x 11. Ex eadem atque aliis non paucis. quæ in nostris libris reperiuntur, constat Titiam legem & aduocatorum patrociniâ ad lites, suffragia vero ad honores, militias, & magistratus pertinere. Sed ve ad Aufonium reuertamar, ita mihi interpretanda esse videbantur, quæ de illis legibus dicta sunt: quamquam ab aliis aliter & Aufonij & Taciti locus accipiatur. Sunt enim qui Cinciam apud Tacitum scribant, quæ lex de donis & muneribus lata est. quod eiusdem Taciti verbis lib. x v. confirmari videtur. *Vsu enim, inquit, probatum est leges egregias, exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorum ambitus Iulias leges, magistratum auaritia, Calpurnia scita pepererunt.* Libro vero x 111. apertius Sullii causa Cinciam restitutâ scribit aduersus eos, qui pretio causas orauissent. Quamobrem quoniam non temere adfirmare velimus res nobis non satis cognititas, veterem opinionem nostram retulisse satis sit.*

Apud Ciceronem quoque Titia lex in libris de legibus non malè, vt opinor, scribitur, à Sex. Titio seditioso Tribuno plebis lata. De quo lib. 1. 1. de Oratore ita M. Antonium loquentem inducit. *Testimonium saepe dicendum est accuratius, vt mihi necesse fuit in Sex. Titium seditiosum ciuem & turbulentum.* Explicauim in eo testimonio dicendo omnia consilia Consulatus mei, quibus illi Tribuno Pleb. pro Repub. restitissim: quæ que ab eo contra Rem. facta arbitrarer exposui. De eodem in Bruto. Appulciuum & Glau-

l. 1. p. 1. cui-
de castior.
cogni.
l. vni. C. de
suffrag.
l. vni. C. de
leg. lib. 1. C.
de leg. lib.
19. 1. de mu-
nereg. lib. 1. f.
11. de silen-
tia. lib. 11. at-
que alia ut
Novel. 7.

ciam consecutus, inquit, est Sex. Titius homo loquax sane & satis acutus, sed tam solutus & mollis in gestu, ut saltatio quadam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset. Itaque non male quidam scribunt apud Ciceronem lib. 11. de legibus. Igitur tu Titias & Appuleias leges nullas putas? non Seias. quod proxime accedebat ad veteris cuiusdam libri mendum cui ego multum defero. Neque illud displicet, quod eodem libro cum de iure augurum agitur, scribunt: *Quid, legem si non iure rogata est, tollere?* ut Titiam decreto collegij, ut Liuias consilio Philippi Consulis & auguris? Quamuis in omnibus libris sit, ut etiam. Quod mendum ex librariorum antiquorum errore manat, ut arbitror, quo solebāt repetitas literas, syllabas, atque etiam verba omittere, TIAM igitur pro Titiam scripserunt, opinor, ut in Seia lege diximus, inde factum est, ut Etiam scriberetur. aut si E. pro I. ut sepe, accipiatur, TETIAM fortasse veteres librarij scripserunt. Hæ nostræ coniecturæ sunt, quibus minime veriora sentientibus impedimento esse volumus.

Refertur apud Marcianum lib. v. regularum ex lege Titia, & Publica, & Cornelia sponsonem facere licere in his ludis, qui virtutis causa fierent. eos autem S. C. enumerat hos: *Si quis certet hasta vel pilo iacendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando*, quibus in pecuniam ludere licebat, ut Paulus scribit libro decimo nono ad edictum. Hi ludi, ut ex Grecis interpretibus accipimus, constitutione Græca Iustiniani permittuntur, lib. 111. Constitutionum. Sunt autem eorum barbarana nomina, sed illis temporibus vsurpata, *μονόβολον* & *πολύβολον*, quæ cursum ac saltum interpretantur, *κόνταξ* & *χουελς* τῆς πόρτης hoc est iaculatio sine ferro, *θεῖχυνά*, id est palaestra, item equorum cursu, quem *ἵππικίω* appellant. Quæ de realio loco scribemus.

I V.
I. in quibus,
de alex.

I. solent. eo.

C. de alex.

TREBONIA.



TREBONIUS Tr. Pl. cui cognomen Aspero fuit quod a sper infectandis patribus esset, Sp. Herminio, T. Verginio Cælimontano Coss. cum vetus lex esset in hæc verba cōcepta: *Si Tribunos pleb. x. rogabo; si quos vos minus hodie x. Tribunos Pl. fecerint; hi sum utiq; quos sibi collegas cooptas sint, ita ut illi legitimi eadem lege Tribuni plebei sint, ut illi quos hodie Tribunos plebei feceritis.* PLEBEI autem hoc loco pro plebis, ut in lege Regia, atque aliis locis accipiendum est. Itaque cum ex ea lege M. Duilius, qui comitiis præerat, quinque solum Tribunos suffragiis populi creati permisisset, ut hi sibi collegas cooptarent: Trebonius rogationem tulit, ut qui plebem Romanam Tribunos Pl. rogaret, is vsque eo rogaret, dū decem Tribunos Pl. faceret, quod Liuius lib. 111. scribit. Idem lib. v. C. Trebonium Tr. Pl. refert vindictam Treboniz legis (fuerat enim eo anno neglecta) suscepisse.

Florus vero lib. cv. alterius C. Trebonij Tr. Ple. legem refert, qua in quinquennium provincie Consulares dabantur, Pompeio Hispaniz, Crasso Syria & Parthiicum bellum, Cæsari Gallia atque Germania. Cui legi cum M. Cato obsisteret, à Tribuno in vincula ductus est.

11.

l. l. p. exactis
 de orig. lat.



TRIBVNICIAS leges appellat Cicero eas, quæ à Tr. Pl. late sunt ut in Hortensia scripsimus. Liuius vero lib. v. eas, quibus Tribunorum plebis potestas constituta & confirmata est, ut Sacrate, ut Valeria, ut Horatia. At Pomponius Bruti Tribuni Celerum legē, qua Reges exacti sunt.

TRIUMPHALES.

cap. 1.



TA quidem appellant eas leges, quæ de iure triumphadi apud Valerium lib. ii. factorum referuntur. *Ob leuia*, inquit, *prælia quidam Imperatores triumphos sibi decerni desiderabant: quibus ut occurreretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi quinque millia hostium vna acie cecidisset.* Huius legis apud Eutropium lib. iv. rer. Rom. mentio fit.

11.

Hæc lex alterius legis auxilio fulta est, quam L. Marius & M. Cato Tribuni plebis tulerunt. Ea pœnam Imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum ciuium falsum numerum, litteris Senatui ausi essent referre. Iubet etiam eos, cum primum Urbem intrassent, apud Quæstores urbanos iurare, de vtroque numero vere ab his Senatui esse scriptum. Cetera, quæ non ex legibus, sed ex more, aut ex S. C. ducta sunt, apud eundem Valerium reperientur.

TVLLIA.



HOC nomine M. Ciceronis lex appellanda est, quam de ambitu, ut arbitror, tulit in Consulatu. Etenim in Sextiana, *Acta mea*, inquit, *Sex. Clodio displicere quis nescit? qui legem eam contemnat, quæ dilucide vetat gladiatores biennio quo quis petierit, aut petiturus sit, dare.* & postea: *Quem non tam admiror, quod meam legem contemnat hominis inimici, quam quod se statuit omnino Consularem legem nullam putare.* In Vatiniū quoque cum ego, inquit, *legem de ambitu ex S. C. tulerim, quæ dilucide vetat biennio quo quis petat, petiturus ve sit, gladiatores dare, nisi ex testamento præstituta die.* De eadem, ut existimo, lege idem in oratione pro L. Murena: *Dixisti, inquit, Senatufconsultum me referente esse factum, si mercede conducti obuiam candidatis essent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus vulgo locus tributus, et item prandia si vulgo essent data, contra legem Calpurniam factum videri.* Quamuis hæc ex S. C. ut ait, coercerentur, quo nomine legem appellari non facile crediderim, sed hoc S. C. legem esse subsecutam. Quod vero de gladiatorum loco scribit, minime est de ipsis hominibus, sed de ludis intelligendum, in quibus locus spectatoribus daretur, quod alij animaduertent. Itaque cum crimina explicantur, *Præstatum fabrum*, inquit, *semel locum tribulibus suis dedisse: quid statuens in viros primarios, qui in Circo totas tabernas tribulium causa comparauerunt?* Sic lib. ii. ad Atticum: *Quatis ex me, num consenuissem Siculis locum gladiatoribus dare.*

Ep. a. l.



EXACTIS Regibus L. Iunius Brutus L. Tarquinius Collatinus Lucretiz vir Consules constituti sunt. Hic tamen propter inuidiam regij nominis Tarquiniorum abdicauit se Cōsulatu, & ciuitate cessit; Brutus P. Valerium Vollesi filium, quo adiutore Reges eiecerat, comitiis cēturiatis Cos. creauit. Sed cum in acie Brutus occidisset, Valerius regnum appetere credebatur, tum quod collegam non sufficeret, tum etiam quod in summa Velia edificaret. Qua re cognita, vocato populo, submissis fascibus in concionem ascendit, in qua populi animos placauit, tum verbis, tum diruta Veliana domo, tum etiam legibus, quę ita populares fuerūt, vt cognomen ei Poplicolę dederint. Illz in primis gratę de prouocatione aduersus magistratum ad populum: item vt caput cum bonis eius scutum fieret, qui regni occupandi consilia inisset. quas solas Liuius libro secundo refert. Addit Dionysius lib. v. Valerium primum a fascibus secures detraxisse, & eius cōsuetudinis auctore fuisse, quę ad ipsius Dionysij tempora mansit, vt extra Urbem Consules fasces cum securibus haberent, intra Urbem secures non haberēt. Scripsit autem eam historiam Dionysius Augusti Octauiani temporibus, Claudio Nerone iterum, Calpurnio Pisone Coss. vt initio libri primi idem scripsit. Sed de fascibus hoc idem Liuius lib. 111. significat cum Decēuiros scribit cum duodenis fascibus prodiisse centumque *Et viginti liñores forum*, inquit, *impleuerāt, & cum fascibus secures illigatas pręferebant. nec attingisse demum securim, cum sine prouocatione creati essent, interpretabantur.* Idem lib. xxv. cum de his comitiis, quibus Q. Fabius Max. i. v. M. Marcellus 111. Coss. creati sunt, verba facit: *Liñores*, inquit, *ad eum accedere Cōsul inisset, & quis in Urbem non inierat, protinus in campū ex itinere profectus, admonuit cū securibus sibi fasces pręferri.* Hac tamen de re in Iulia de maritandis ordinibus scripsimus. Ad Valerium redeo. Et idē Dionysius ait eundem Consulem tulisse, vt ne quis magistratum Romę gereret, quē non à populo suscepisset. quod si fieret, capitali pœna vindicaretur. & qui illum occidisset, ei impune esset. Altera lex fuit, vt si quis magistratus ciuem Romanum interficere, verberib. cedere, aut multā ei indicere vellet, liceret ciui ad populum prouocare, neque posse eum magistratum antequam suffragia lata essent, prouocantem malo quoquā adf. cere. Hę leges à Plutarcho quoque referuntur, qui eadem illa de securibus, obscurius tamen, tradit. Pomponius autem noster lib. sing. enchiridij ita scribit: *Exactis deinde regibus Consules constituti sunt duo; qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum est, vt ab eis prouocatio esset: ne de possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi. solum relictum est illis, vt coercere possent, & in vincula publica duci iuberent.* Sed & idem Liuius lib. x. ait M. Valeriū, qui cum Q. Appuleio Consul fuit, hanc eādem legem iam tertio ab eadem familia latam post Reges exactos, tulisse diligentius sanctam. Causam renouandę fuisse Liuius suspicatur, quod plus paucorum opes, quam libertas plebis poterant. Tres autem Valerij fuerunt, ni fallor; P. Valerius Poplicola, de quo agebamus, L. Valerius Potitus, qui Consul cum M. Horatio fuit, cum

l. i. p. exactis.
l. i. de orig.
iur.

De cœniriis sublatis Horatia lex accepta est; & hic M. Valerius. Addit Liuius, Porcia lege, quæ sola pro tergo ciuium lata esse videretur, graui pœna si quis verberasset, necassetve ciuem Romanum sanciri: hæc Valeria, cum cum qui prouocasset, virgis cædi, securique necari vetuisset; si quis aduersus ea fecisset, nihil vltra, quam improbe factum adiecit. *id.* inquit, *qui tunc pudor hominum erat, visum vinculum satis validum legis, nunc vix seruo ita minetur quisquam.* Ex his omnibus apparet lege hac, quæ de prouocatione lata est, consultum populo; vt ne quis a magistratu necari aut verberibus adfici posset, cui prouocatio negaretur. Sed & Vlpianus lib. v. de officio Proconsulis scribit lege Julia de vi publica teneri eos qui cum imperium potestatemve haberent, ciuem Rom. aduersus prouocationem necauerint, verberauerint, aut quo alio malo coercuerint. Clodius quoque in eo priuilegio, quo Ciceronem Vrbe expulit, ita scripsit, vt qui ciuem Ro. indemnatum interemisset, ei aqua & igni interdiceretur. quod Paterculus scribit. Relictum tamen Consulibus est, vt multam indicere possent, quinque boum, ouium duarum, vt Plutarchus refert. Cuius multæ æstimatiq; fuit ouis decussis, bos centussis, vt in Tarpeia Æterna dictum est. sic enim placet asses pro obolis ex Gellio & Pompeio accipere. Illam vero de tyranno legem, quam ex Liuiolib. 11. retulimus, ita conscriptam esse Plutarchus ait, vt fas esset tyrannidem appetentem indemnatum occidere; occisorem crimine liberandum, si illius conatus probauisset. Hac lege Sp. Cassius, Sp. Mælius, M. Manlius, & fortasse C. Cæsar pœnas dederunt, quamquam Sp. Mælius à Magistro equitum C. Seruilio Ahala, quod venire ad Dictatorem recusasset, interfectus est indemnatus, Cassius & Mælius ante damnati. Idem Plutarchus alias Poplicolæ leges enumerat. Nam & ciuium vestigialia sustulisse, & pecuniam publicam commissam Quæstoribus in æde Saturni collocasse lege perlata scribit.

Valeria quoque lex appellatur, quam L. Valerius Flaccus Interrex tulit, vt quidquid L. Cornelius Sulla fecisset, id ratum esset, vt Cicero in Agraria 111. & Appianus lib. 1. bellor. ciuiliū scribunt. De hac lib. 1. de legibus Cicero ait. *Si x x illi Athenis tyranni leges imponere voluisset, aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco ea iusta haberentur? nihilo credo magis illa, quam Interrex noster tulit: vt Dictator quem vellet ciuium indicta causa (vel vt in veteri libro est, vindictæ causa) impune posset occidere.* Dictator autem Sulla intelligitur, quod victis Marianis partibus se Dictatorem dici curauerit perpetuum. Idem Cicero pro Sex. Roscio, & in eadem illa Agraria lege, Valeriam cum Corneliis coniungit, vt in Cornelia diximus; propterea quod hac lege acta Sullæ confirmarentur. Velleius Paterculus lib. 11. historiæ. scribit Valerium Flaccum, qui in Consulatu Mario 11. Consuli suffectus est, tulisse, vt creditoribus quadrans solueretur, quam is turpissimam legem appellat.

V A R I A.

HÆC lex de maiestate ab Afconio in Corneliā dicitur, & vt idem in oratione pro Scauro, scribit, lata est à Qu. Vario Tr. Pl. cum Italico bello exorto propter negatam socii ciuitatem nobilitas in inuidia esset. Qua lege quærebatur de his, quor. ope consiliove socij contra Pop. Ro.

lege Julia.
ad l. ful. de
vi pub.

Plutarch. in
Poplicolæ.

11.

arma sumpſissent. De hac Cicero lib. 11. Tusculanarū quæſtionum: *Genus mehercule, inquit, M. Antonium vidi, cum contente ipſe pro ſe lege Varia diceret, terram tangere.* Hunc Afconius Hiſpanum, Valerius lib. v 111. Hybridam, propter obſcurum ius ciuitatis, eſſe appellatum ſcribit. Hybridas autem Plinius lib. v 11 i. ſues eſſe dictos ait ex domesticis & feriſ natos, quod C. Antonio Ciceronis collegæ cognomen fuiſſe ſcribit. Notum quoque eſt Horatij carmen:

*Proſcripti regis Rupili pus, atque venenum
Hybrida quo pacto ſit Perſius vltus, opinor
Omnibus & lippis noxum, & conſoribus eſſe.*

Lib. 1. Serm.
Saty. 7.

Quo loco Acron aquilas quoque ex vulture & aquila ita appellari ſcribit, item canes ex venaticis & gregariis natos. Omne itaque mixtum & femiferum, vt poëtæ loquuntur, genus hoc nomine appellabant. *ἄλλο τῆς ἕως, vt arbitror.* Illud Vario huic accidit percommode, vt qui tā multos ſua lege vexarit, in quibus M. Scaurum principem cinitatis, eadem ipſo lege fuerit damnatus. Quod præter Valerium Cicero in Bruto, ſcribit. *Nam cum ipſe in forum venit, exercebatur, inquit, vna lege iudicium Varia, ceteris propter bellum intermiſſis: & poſtea: iam conſequenti anno Q. Varius ſua lege damnatus exceſſerat: ego autem iuris ciuiliſ ſtudio multum operæ dabam Q. Scauolæ P. F.*

VATINIA.

V. VATINIVS Trib. Pleb. fuit C. Cæſare M. Bibulo Coſſ. per quem Cæſar multa, quæ concupiuerat, effecit. Exſtat Ciceronis oratio in Vatinium, qui teſtis aduerſus P. Sextium fuit, in qua totus Cæſaris Conſulatus exagitur. Eius lex fuit de alternis conſiliis reiſciendis, cuius legis beneficio C. Antonius Ciceronis collega exclusus eſſe dicitur. Quæ autem appellentur alterna conſilia non facile dixerim. Sed arbitror ad conſilia iudicum referri, vt alternos conſiliarios auctori & reo reiſcere liceret. Namque Afconius in Verrinis ſcribit, cum de crimine aliquo quæreretur, cui prætor aliquis præpoſitus erat; veluti repetundarum, ambitus, maieltatis; ſortito ex his ordinibus, quibus iudicia erant commiſſa, iudices educebantur: è quib. accuſatori ac reo reiſcere licebat, ſi quos iniquos putarent; reiſctis iudicibus alios in eorum locum prætor ſubſortiebatur. Huius vero alternæ reiſctionis mentio fieri videtur in Planciana.

Vatinix alterius legis apud Suetonium ſit mentio, qua Cæſar Galliam Ciſalpinam & Illyricum accepit, deinde à Senatu Galliam Togatam.

Sed & rogationis Vatinix, qua coloniam Nouocomum deduxit. Scribit Paterculus in hoc Vatinio deformitatem corporis cum ingenij turpitudine decertaſſe, adeo vt animus eius digniſſimo domicilio inclusus videretur. qua de re alij ſcripſerunt.

VECTIBVLICIA.

REPERTVR hæc lex in conſtitutione quadam Diocletiani ſub titulo De ſeruis Reipublicæ manumittendis, eius tamen legis ſententia ignoratur. Tantum enim dicitur ſeruum quendam ſecundum hanc Vectibulici legem; cuius poteſtas Senatusconſulto, Iuuentio Celſo iterum & Ne-

lvi. C. de ſer.
Reip. man.

ratio Marcello Coss. facta, ad prouincias porrecta est, ciuitatem Romanam consequutum esse. Consules autem hi sub Hadriano fserunt. Ita quæ ea lex antiquior fuit, qua fortasse municipiis quæ in Italia erant, concessum fuit vt seruos publicos manumittere possent. Postea id ius ad prouincias porrectum est, item ad collegia ex constitutione Diui Marci. Sed & vt hereditates libertorum & extraneorum capere ex testamento, atque ab intestato, recta via ac per fideicommissum, inuicipes possent, Senatusconsulto Aproniano atque aliis opus fuit, vt Vlpianus libr. XLIX. ad edictum, Paulus libr. singulari de Senatusconsultis scribunt. Dubitationem autem faciebat, quod municipia ipsa consentire non posse dicerentur, vt idem Vlpianus scribit.

J. A. D. de ma-
quæ lera.

Len. de libe-
vniu.
L omnib. ad
S. C. Treb.
L hereditatis.
C. de heran-
lit.

VELLEA, siue VELLEIA. Quærenda in Iuniis legibus est.

VICESIMA.

IN Manilia lege dictum est ex L. i. lib. vii. Cn. Manlium Consulem in castris legem tulisse de Vicesima eorum qui manumitterentur, cuius legis patres auctores fuerunt, quia ea lege haud paruus vectigal inopi ærario additum esset. modus tamen legis ferendæ à Tribuno natus est. Hanc vicesimam fortasse Ciceto lib. i. i. ad Atticum indicat: *Portorij, inquit, Italia sublata, agro Campano diuiso, quod vectigal superest domesticum, præter vicesimam quæ mihi videtur vna conciuicula, clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.* Tacitus tamẽ libro xlii. scribit Nerone iterum & L. Pisone Coss. vectigal. quintæ & vicesimæ venalium mancipiorum remissum specie magis, quam vi. Quia cum venditor pendere iubere-
tur, in partem pretij emptoribus accrescebat.

Epist. 6.

II.

Lex autem Vicesima hereditatum, vel vt in Tuscis libris est, hereditatum, Augusti Imp. fuit, qua vicesima pars hereditatum & donationum causa mortis, in ærarium deferri iuebatur, exceptis proximis cognatis, & pauperibus personis. Hæc lex lata est Æmilio Lepido. L. Arruntio Coss. vt Dion lib. l. v. scribit cum ærarium ob sumptus militares esset exhaustum, neque aliud vectigalis genus melius esset excogitatum. Sed & id aliquando in vsu fuisse Augustus dicebat in Cæsaribus libris reperiri. Plinius vero in Panegyrico Traiano dicto vicesimam tolerabile quidẽ tributum, & facile heredibus dumtaxat extraneis, sed domesticis graue fuisse dicit. Itaque veteribus ciuibus Romanis, qui sanguine, gentilitate, & sacrorum societate coniuncti essent, remissa vicesima est. At hi qui ex Latio, hoc est, ex Latinis erant, aut Latini iuris, vt arbitror, aut alias beneficio principis ciuitatem Rom. essent consecuti, nisi cognationis iura impetrassent, vicesimam soluebant. Nerua tamen sanxit, vt quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis ad matrem peruenisset, etiam si cognationum iura non impetrassent cum ciuitate, eius vicesimam ne darent. In paternis quoque bonis filio, si in eius potestatem fuisset, eadem immunitas fuit. Addidit Traianus, idem in patre seruandum, vt ex filij bonis vicesimam non solueret. Sed & vt filij, qui in potestate non essent, immunes essent, quod Nerua exceperat. In sororis etiam bonis fratrem,

trem, in fratris sororem, auum & auiam in nepotis ac neptis. & contra, immunes esse voluit. His quoque quibus per Latium ciuitas Ro. patuisset, idem indulgit, omnibusque inter se cognationum iura commisit, quod à principibus impetrari solebat. Iam vero summa addita est, intra quam vicesima non solueretur. & vt qui ex his causis vicesimam deberet, nondum tamen intulisset, eam minime solueret. Ex his omnibus apparet, vicesimam magnarum hereditatum ab extraneis heredibus, quibuscumque solui, item à nouis ciuibus, qui non patris, matris, aui, auiz, fratris sororis, filij, filiz, nepotis, neptis hereditatem consecuti essent. Hæ sunt decem personæ, quibus quinto loco bonorum possessio dabatur, vt extraneo manumissori præferrentur. vt Iustinianus libro tertio Institutionum scribit. Apparet etiam, vt supra dictum est, ex Augusti lege & Traiani edicto minores hereditates vicesimam nõ soluisse, sed & vt vicesima recte deducatur, æstimatio fiebat hereditatis, vt Æmilius Macer scribit lib. 11. ad legem Vicesimam hereditatium: quod non male Tribonianus ad Falciadum retulit. Verba autem Macri, vt lib. 1. Emendationum diximus, ita scribenda sunt; *Computationi in alimentis faciendæ hanc formam esse Vlpianus scribit, vt à prima ætate vsque ad annum vicesimum quantitas alimentorum triginta annorum computetur, &c.* Deducebantur tamen prius, vt arbitrator, funeris sumptus, de quibus idem Macer scribit libro 1. & Plinius id significare videtur his verbis: *Carebit, inquit, ouere vicesimæ parua & exilis hereditas; & si ita gratus heres volet, tota sepulchro, tota funeri seruiet; nemo obseruator, nemo castigatior adsistet.* Quamuis ea illo quoque referri possint, vt ad pauperis funus pertineant. Addit Paulus lib. 1 v. sententiarum titulo de Vicesima, testamentum legem statim post mortem testatoris aperiri voluisse, eideoque à presentibus intra triduum, aut quinque dies, ab absentibus cum superuenerint, intra totidem dies, licet sit rescriptis variatum, esse apericndas tabulas. *Neque enim, inquit, oportet testamentum heredibus & legatarijs aut libertatibus vltra quam necessarium vestigali est, moram fieri.* Ea vero de causa D. Hadrianus, qui Traiano successit, edicto hanc totam tabularum inspectionem & in rem missionem constituit. quod edictum occasione vicesimæ introductum, quia ipsa quoque vicesima sublata esset, Iustinianus abrogauit. De eadem lege M. Antoninus philosophus rescripsit; item Offilius iuriconsultus de legibus vicesimæ primus conscripsisse dicitur, qui edictum quoque primus diligenter composuit, vt Pomponius scribit, & Alciatus noster notat lib. 1 i. 1. Dispunctionum. Æmilius vero Macer eius auctorem libros duos conscripsit, quos ad legem Vicesimam hereditatium appellari in Digestis reperimus. Etenim præter ea quæ antea retulimus, ex libr. 1. illa verba referuntur: *Nulli procuratorum principis inconsulto principe transigere licet.* Quod ad vicesimam, quam procuratores exigebant, arbitrator pertinere. Item alio loco: *Simulus, aui surdus vt liceret sibi testamentum facere, à principe impetrauerit, valet testamentum.* Et quod libro 1 v. Emendationum interpretati sumus, *Mille passus non à miliarij vrbis, sed à continentibus, adificijs numerandi sunt.* Eius autem miliarij aurei mentionem fieri, præter ea quæ tum diximus, reperimus apud Dionem libro 1. 14. Namque ait Augustum M. Appuleio P. Silio Coss. cum viarum publicarum curam sumpserit, quæ Romam du-

Inst. de bon. pos. p. sunt autem & quæ autem. l. hereditat. al. computationi. ad l. Falc.

l. funeris de religio. In Panegyrl.

l. v. C. de ed. D. Had. col.

l. 1. p. ex his de orig. iur.

l. nulli. de tran. l. si mucui. de re. l. 1. l. mille pas. sus. de ver. signi.

L. 12. C. de
dif. priu.

cunt; miliarium constituisse. In Zenonis quoque Græca constitutione, quæ sub titulo de ædificiis priuatis desideratur, & miliarij, & Capitolij in noua Roma (ita enim Bizantium est appellatum) mentio fit. Vt et enim inter columnas, quæ in publicis porticibus à miliario ad Capitolium sunt, ædificari latius pedibus sex, altius autem septem. Sed hæc aliquando plenus.

al. VISCEL-
LIA.

† VISCELLIA.

L. vn. C. ad l.
Vifce.



ESTAT lib. ix. Constitutionum Diocletiani constitutio in hæc verba: *Imp. Diocletianus & Maximianus A. A. Baccho. Lex Viscellia libertinæ conditionis homines persequitur, si ea quæ ingenuor. sunt, circa honores & dignitates ausi fuerint atentare, vel Decurionatum arripere: nisi iure aureorum anulorum impetrato à principe sustineantur. Tunc enim quo ad viuūt, imaginem, non statim ingenuitatis obtinent: & sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica.* Additur illud quod alio quoque loco scriptum est: *Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tam de operis ciuilitate, quam etiam ex lege Viscellia criminaliter poterit perurgeti. In curiam autem se immiscens, damno quidem cum infamia afficitur; muneribus vero personalibus in patria patroni, quæ congruunt huiusmodi hominibus, singulos pro viribus attributos esse non dubium est. Meminit huius legis Vlpianus in fragmentis tit. 111. Quo vero tempore lata sit, plane ignoro: sed cum omnibus libertis ius anulorum ex Nouella septuagesima quarta ab Iustiniano datum sit, non magnam habet utilitatem.*

L. vni. C. quæ-
do ciu. actio.
L. vn. victum
ciu. in C. Th.

Auth. vt lib.
de etc. in f.

VILLIA ANNALIS.



Ex Pompeius ait, Annariam legem dici ab antiquis eam qua finiuntur anni Magistratus capiendi. quo nomine Lampridius vtitur in Commodò, & Arnobius lib. 11. aduersus gentes Liuius lib. x l. ait, A. Postumio Albino, C. Calpurnio Pisone Cos. latum esse primum ab L. Villio Tr. Pl. quem Julium quidam vocant, quot annos nati quemque magistratum peterent, ac caperent. Vnde cognomen familiarit inditum, vt Annales appellarent. Hinc ille Ciceronis iocus de Sex. Annali apud Quinctilianum. Cum enim is testis reum læsisset, quem Cicero defendebat, & accusator instaret, vt aliquid de Sexto Annali diceret, si posset: tum Cicero versus Ennij de Sexto Annali dicere cœpit.

Qui potis ingentis causas euoluere belli?

Sed ad Annales leges reuertamur. Et Cicero de his legibus Philippica v. ita scribit. Nam cum decreuisset, vt C. Cæsari Octauiano a dulcescenti Pontificem, Proprætore, Senatorem esse liceret, eiusque rationem perinde habendam esse, ac si Quæstor proximo anno fuisset. *Quid est enim, inquit, Patres conscripti, cur eum non quamprimum amplissimos honores capere cupiamus? Legibus enim Annalibus cum grandiore ætate ad Consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur.* Et postea: *Itaque maiores nostri veteres illi admodum antiqui leges Annales non habebant,*

bant, quas multis post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitionis inter æquales. Et paulo post: *Quid Macedo Alexander? cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & trigésimo anno mortem obiit; quæ est ætas nostris legibus decem annis minor, quam Consularis?* Hæc Cicero. ex quibus intelligimus tribus & quadraginta annis minores Consules ex his legibus fieri non potuisse. Soluebantur tamen legibus multi propter eas causas, quas Cicero refert. At postea sub Imperatoribus x. annis minores inuenimus Consules factos. Hæc enim sunt Vlpiani verba libro secundo de officio Consulibus: *Sed si eueneris, ut minor viginti annis Consul sit, apud se manumittere non poteris; cum ipse sit, qui ex S. C. consilij causam examinat. Apud collegam vero causa probata, potest.* Sed & pueros Consules appellatos esse videmus Gratianum, Valentinianum minorem, & Honorium, ut in Consulibus multarum constitutionum animaduertere possumus, quæ datæ sunt, Gratiano nobili puero, & Gadaiphio Cos. aut Valentiniano Nob. P. & Victore, aut Honorio, & Eudodio. M. Cicero lib. ij. de Oratore scribit, M. Pinarium Ruscam legem Annalem tulisse, cuius dissuasor M. Servilius: *Dic mihi, inquit, Pinari, num si contra te dixero, mihi male dicturus es, ut ceteris fecisti? cui Ruscia, ut sementem feceris, ita inquit, metes.* Huc etiam pertinet quod ait lib. iij. de Legib. EVNDEM MAGISTRATVM, NI INTERFERINT DECEM ANNI, NE QVIS CAPITO. AEVITATEM ANNALI LEGE SERVANTO. Aevitatem pro ætatem scripsit; ut in eisdem legibus. CENSORES POPVLI AEVITATES, SOBILES, FAMILIAS, PECVNIASQVE CENSENTO: POPVLI PARTES IN TRIBVS DESCRIBVNTO: EX IN PECVNIA, AEVITATES, ORDINES PARTIVNTO. Veteres enim ab ævo ævitatem, & æviterium, ut Varro ait, pro ætate, & æterno dixerunt. De annis decem Liuius libro extremo vii. sic ait: *Præter hæc inuenio apud quosdam L. Genucium Tr. Pl. tulisse ad populum; ne fenerare liceret. item alijs plebiscitis cautum, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet; ne duos magistratus vno anno gereret; utique liceret, Consules ambos plebeios creari.* Appianus lib. i. bellorum ciuiliū id à Sulla Dictatore latum esse ait. Florus vero lib. lvi. scribit, P. Scipionem Æmilianum hac lege solutum fuisse. Fuit autem L. Villius Annalis Tr. Pl. qui primus hanc legem tulit P. R. C. Ann. DLXXIII.

L. vii de offic.
Consul.

VOCONIA.



VOLUMNIAM quidam appellant, decepti mendoso Flori libro epitome xli. *Quintus, inquit, Volumnius Saxa Tr. Pl. legem tulit, ne quis heredem mulierem insisteret. Suasisse legem M. Cato, exstat que eius oratio.* Idem tamen Cato apud Ciceronem Capione & Philippo iterum Coss. se annos quinque & sexaginta natum Voconiam legem magna voce, bonisque lateribus suasisse refert. Apud Gellium quoque lib. decimosextimo Marci Catonis verba referuntur hæc, quibus, cum legem Voconiam suaderet, usus est. *Principio, inquit, nobis mulier magnam dotem attulit, tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestate non committit; eam pecuniam viro dat mutuum: postea ubi irata facta est, seruum recepticiū*

Cic. in Cato.
ne.

cap. 61

seclari atque flagitare virum iubet. Recepticium seruum recte Gellius interpretatur, qui receptus esset cum dotem dabat, vt apud Plautum in Trinummo:

Posciculum hoc recepit, cum ades vendidit.

Et apud Ciceronem lib. 11. de Oratore: *Dicet te cum ades venderes, ne in rutis quidem & casis solum tibi paternum recepisse.* Et in Topicis: *Liberales venditores solent cum ades fundum ve vendiderint, rutis casis receptis; concedere tamen aliquid emptori, quod ornandi causa apte & loco positum esse videatur.* Recipere autem his locis pro excipere vsurpatur. Nam ea-

l. fundi p. si
ruta. de actl.
emp.
l. qui fundi.
de ver. sign.
l. mortis cau-
sa capitur. p.
sine dona-
tione. de
mor. eu. do.
Vlpia in fra-
gmentis si. 4.

dem de re Vlpianus lib. xxxi ad edictum ita scribit: *Si ruta & casa excipiantur in venditione; ea placuit esse, ruta, qua eruta sunt, vt barenas; cæsa, vt arbores casas.* Sic Paulus lib. 1v. epitomarum Alfeni: *Qui fundum, inquit, vendidit, pomum recepit nuces, & ficos, & vuds dumtaxat duracinas recepta videri.* Et Caius lib. v 111. ad edictum prouinciale: *Sed & dos, inquit, quam quis in mortem mulieris à marito stipulatur, capitur sane mortis causa; cuius generis dotes recepticia vocantur.* Quæ verba non sine mendo circumferuntur. Receptitia autem dos hoc loco dicitur, quæ data quidem est; tamen receptum fuit, vt post mortem redderetur. Recepticia quoque actio appellabatur, quæ nunc constituta pecuniæ dicitur, quod ab alia huius verbi significatione descendit. Sed vt ad Voconiam reuertamur, eam ex Gellio & Cicerone cognoscimus à M. Catone maiore fuisse defensam contra mulierum impotentiam; quem Oppiæ quoque legis acrem defensorem fuisse aduersus earundem sumptus, alio loco retulimus. Et Q. Voconij nomen in Corneliana pro Balbo reperitur. *Tullius, inquit Cicero, apud maiores nostros legem C. Furius de testamentis: tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus, quas Latini voluerunt, asciuerunt.* Idem tamen in Prætura vrbanda eundem C. Voconium appellat, nisi sit mendum. *Voconia, inquit, lex te videlicet delectabat; imitatus esses ipsum illum C. Voconium qui lege sua hereditatem ademit nulli neque virginis, neque mulieri: sanxit in posterum, qui post eos Censores census esset (A. Postumium, & Q. Fuluium Censores intelligit) nequis heredem, neve mulierem faceret.* Queritur autem Cicero Verrem in Prætura vrbanda edixisse, vt qui heredem fecisset mulierem post legem Voconiam secundum eius testamenti tabulas bonorum possessio non daretur. Qua in re, duo sunt quæ reprehendit, quod census tantum lege comprehenderetur, & quod testamenta ante edictum facta edicto continerentur. Census autem cum esse oportebat, quem pecuniosum A. Sconius interpretatur, & qui centum millia professione detulisset. Erat enim prima eorum classis, qui centum millibus æris censerentur; vt ex Liuiio & Dionysio in Duodecim scribemus. Quamobrem quod Dion ait lib. lvi. Augustum quibusdam mulieribus concessisse, vt supra xxv. millia hereditatis nomine contra legem Voconiam capere possent; id ita interpretor vt xxv. millia sestertiorum nummorum intellexerit. Quod nostram opinionem de sestertio quattuor assibus æstimando, vt libro secundo Eminentationum scripsimus, confirmare videtur. Namque primæ classis census eam summam sestertiorum efficit, quam Dion perferibit. Sed & ex eodem Dionis & Ciceronis loco clicere possumus ad mulieres fortasse referri, quæ de his qui partem capere possunt, in Digestis inueniuntur.

l. vii. C. de
dignat.

tur Terentius Clemens libro quarto ad legem Iuliam & Papiam: *Si quis solidum à lege capere non possit, & ex asse sit institutus ab eo qui soluendo non est. Iulianus ex asse eum heredem esse respondit. Legi enim locum non esse in ea hereditate qua soluendo non est. Idem eodem libro. Si is qui ex bonis testatoris solidum capere non possit, substitutus sit ab eo impuberi filio eius: solidum ex ea causa capiet, quasi à pupillo capiat. Sed hoc ita interpretari Iulianus nosse videtur, ut ex bonis qua testatoris fuerant, amplius capere non possit. Idem lib. xvi. Si servus eius qui capere non potest, heres instituitur; & ante quam iussu domini adeat hereditatem, manumissus, alienatusve sit, & nihil in fraudem legis factum esset; ipse admittitur ad hereditatem. Sed & si partem capere possit dominus eius, eadem dicenda sunt de parte, quam ille capere non potest. Nihil enim interest, de vniuerso quaeratur quod capere non possit, an de portione. Ulpianus lib. i v. fideicommissorum: Hi, qui solidum capere non possunt, ex asse heredes instituti, & rogati restituere solidum; adire hereditatem, & restituere cogentur: cum nihil oneria apud eos remanserunt sit. Omnibus his locis atque aliis, quæ in Pædētis reperiuntur, solent Accursiani existimare, iurisconsultos sensisse de naturalibus filiis, aut de secundis vxoribus, aut de aliis personis, quæ ex recentibus constitutionibus solidum non capiunt. Mihi magis placet, ut ea ad legem Voconiam referantur, quæ mulieres ex asse heredes institui à locupletibus vetabat. Idem fortasse dicendum esset de his qui ciues Romani non erant, quos heredes instituire, ut in Iunia Norbana diximus, non licebat; quod fideicommissis introducendis, ut Theophilum dixisse retulimus, occasionem dedit. Fieri etiam potest, ut ad decumam, quæ ex hereditate orbi coniugis deducebatur, pertinerent ex lege Papiæ, aut etiam ad vicefimam ex lege Vicefima hereditatum. Quanquam magis crediderim ad Voconiam pertinere, aut ad aliam legem, quæ fortasse Julia de maritandis ordinibus aut Papiæ fuit, ut ex illorum capitum inscriptione, quæ antea retulimus, suspicamur: si modo aliquo earum legum capite prohiberetur aliquibus ex asse hereditatem consequi, aut certæ quantitatis summam ex testamento accipere. Hæc tamen ut cætera omnia, doctorum virorum ingeniis subiicimus. Illud certum est M. Tullij tempore, quasi tacita quædam fideicommissa in fraudem huius legis in vsu fuisse. & quod maxime ad hunc locum pertinet, libro secundo de Finib. lege Voconia certam partem filiz relinqui posse significat. P. enim Sextilius Rufus ad amicos referebat se esse hæredem Q. Fadii Gallo, cuius in testamento scriptum esset; se ab eo rogatum, ut omnis hereditas ad filiam perueniret. Id Sextilius factum negabat; addebat etiam se in legem Voconiam iuratum contra eam facere non audere, nisi aliter amicis videretur. eorum nemo censuit plus Fadiæ dandum, quam posset ad eam lege Voconia peruenire. Tenuitque permagnam Sextilius hereditatem. hæc Cicero. & paulo post: Si te, inquit, amicus tuus moriens rogauerit, ut hereditatem, reddas suæ filia, nec vsquam id scripserit, ut scripsit Fadius, nec cuiquam dixerit: quid facies? tu quidem reddes. ut Sex. Peducaeus, qui cum sciret nemo eum rogatum à C. Plotio equite Rom. splendido N. urfino, vltro ad mulierem venis, eique nihil opinanti viri mandatum exposuit, hereditatemque reddidit. In his autem duobus exemplis Ciceronis animaduertendum est, altero de filia, de vxore altero actum esse.*

l. si quis solidum. de her. inst.
l. si is qui de vulg.

l. si servus eius. de acq. her.

l. cogit. p. h. b. qui ad S. C. Trebell.

Lex enim virginem, vel mulierem ab eo qui census esset, institui heredem vetabat, vt ex Cicerone in Prætura vrbana retulimus. Quamobrem huc quoque pertinet, quod Quinctilianus lib. ix. institutionum scribit accidisse sibi, vt eam tueretur, quæ subiecisse dicebatur marito testamentum, & dicebatur chirographum marito expirante heredibus dedisse; quod verum, inquit, erat. Nam quia per leges institui vxor non poterat heres; id fuerat actum, vt ad eam bona per hoc tacitum fideicommissum peruenirent. Addit illud, quod in nostram quoque sententiam facere videtur, caput quidem quæri facile erat, si hoc diceremus palam, sed per se deperibat hereditas. Ita ergo, inquit, fuit nobis agendum, vt iudices illud intelligerent factum, delatores non possent apprehendere, vt dictum. Quod ea de causa dictum est, quoniam delatores deferre solebant, quæ ad fiscum Principis pertinerent; in quibus erant, quæ tacito fideicommissum his qui capere non poterant, relinquebantur. Callistratus lib. i. de iure fisci: *Varie causæ sunt, inquit, ex quibus nuntiatio ad fiscum fieri solet. Aut enim se quis quod tacite relictum est profitetur capere non posse, vel ab alio præuentus defertur, vel quod mors ab heredibus non vindicatur, vel quod indignus quis heres nuntiatur.* Paulus lib. vii. ad legem Iuliam & Papiam: *Diui fratres rescripserunt heredes eorum, quibus tacitum fideicommissum relictum est ita demum ex beneficio Traiani deferre se posse, si is, cui datum fuerat, morte præuentus esset. & alijs alijs locis.*

l. de iure fisci.

l. editio p. legem Iuliam & Papiam.

11.

Tit. 8. d. successiones.

l. lege 11. Tab. C. de leg. her. Instit. de leg. assign. suc. p. ceteris.

cap. 1.


cap. 11.

l. 11. Instit. de lege Falc. in prin.

Huc accedit, quod Paulus ait lib. iv. sententiarum: *Feminae ad hereditates legitimas ultra consanguineas & sorores non admittuntur, idque iure ciuili, id est, Voconia rogatione videtur effectum.* Ceterum lex x 11. Tab. nulla discretionem sexus cognatos admittit. Ex quibus verbis cognoscimus ex hac lege manasse, quod Iustinianus non vno in loco queritur post x 11. Tabulas feminas exceptis filiabus & fororibus consanguineis esse nouis legibus, quam mediani iuris prudentiam appellat, legitima successione exclusas. Quamuis hac quoque in parte Voconia legi derogatum est Iustiniani constitutione, ante quem Prætores eis subuenerant data bonorum possessione, quæ vnde proximi cognati appellatur. Quamobrem quod Gellius lib. x x. scribit nihil vtilius fuisse plebiscito Voconio de coercendis mulierum hereditatibus, obliteratum tamen esse, oportumque ciuitatis opulentia: existimo eum ad Prætorum edicta respexisse. Fieri tamen potest, vt iam tum tota lex in vsu esse desierit. De qua Aurelius Augustinus lib. 11. de ciuitate Dei inter secundum & tertium Punicum bellum scribit Voconiam esse latam, ne quis heredem feminam faceret, ne vnicam quidem filiam. *Qua lege quid, inquit, iniquius dici aut cogitari possit ignoro.* Hæc itaque iniquitas effecit vt lex abrogaretur vel moribus, vel scriptis legibus.

Aliud caput est, cuius ab Iustiniano mentio fit lib. 11. Institutionum. Nam cum lege x 11. Tab. latissima potestas data esset vel totum patrimonium legatis erogare; & recusarent heredes pro nullo aut minimo lucro hereditatem adire: lex Furia, & lex Voconia latæ sunt, quarum altera, vt Theophilus scribit, certam quantitatem singula legata excedere prohibebatur; altera plus vni legatario relinquere, quam quantum apud heredes maneret, non licebat. De Furia alio loco scripsimus; Voconia eam fuisse sanctionem Cicero locuples esse testis potest in eadem illa

illa Prætura urbana. Nam cum reprehenderet, quod Verres ad antea facta testamenta edictum portexisset his verbis: *Si quis feminam heredem ab A. Posthumio Q. Fulvio Censoribus posivē ea fecit, fecerit: nec petitionem, nec possessionem dabo. Quæ verba ad priorem partem Voconia legu pertinebant. Quod si plus inquit, legarit, quam ad heredem, heredesve perveniat; quod per legem Voconiam ei qui census non sit, licet: cur hoc cum in eodem genere sit, non caues?* Ex quo apparet rectè Theophilum Voconiam interpretatum fuisse, nisi quod de censo additur à Cicerone. Sed cum Falcidia lege plenius consultum sit heredibus scriptis; hac quoque in parte Voconia cessat.



LEGES XII. TABVLARVM.



EQVITVR vt de duodecim Tabulis videamus. Et quoniam hæc res nuper à doctis aliquot viris satis diligenter tractata est; nisi ab eis multis de causis, neque vt arbitror, contemnendis, longe dissentirem; ad eorum libros lectores allegarem. Sed quoniam simplicis veritatis studiosus amatorque sum; verba legum nostris temporibus efficta, aut ex Ciceronis legibus sumpta repudiaui. Et duodecim Tabularum leges, quas



nobis temporum iniuria abstulerat, quantum ex veterum monumentis colligere potuimus, qua in re horum quoque doctorum virorum libris adiuti sumus; eas, inquam, leges, aut earum sententiam magna ex parte in hunc locum contulimus. Ciceronis vero leges XII. Tabularum non esse, minime dubitandum foret, nisi animaduertissem doctissimos viros id scriptis mandasse. Aduersus quos Ciceronem ipsum constituiam. Cuius illud institutum fuit, vt cum sex libros de optimo genere Reip. scripsisset, & animaduertisset Platonem de Rep. & de legibus scripsisse, ad eius imitationem eas leges conscriberet, quibus optimus ille Reip. status vteretur. Leges autem veteribus verbis finxit, vt haberent ex ipsa verborum vetustate nonnihil maioris auctoritatis. Ita enim in libro II. scribit: *Et quoniam & locus & sermo familiaris est, legum vocem proponam. Sunt enim certæ legum verba, neque ita prisca, vt in veteribus his, Sacratifque legibus, & tamen quo plus auctoritatis habeant, paulo antiquiora, quam hic sermo est. eum morem igitur cum breuitate, si potero, consequar.* Hoc est quod optimos illos viros decepit. item illud quod post legem de religione latam scribit. Nam cum Atticus diceret non multum eam religionum constitutionem discrepare à legibus Numæ, & à Romanorum moribus; tum Cicero, *An censes,* inquit, *cum in illis de Rep. libris persuadere videatur Africanus omnium verum publicarum nostram illam veterem fuisse optimam; non necesse esse optimam Reipub. leges dare consentaneas? Quæ cum ille probasset. Ergo ad ea, inquit, expectate leges, quæ genus illud optimum Reip. contineant. Et si quæ forte à me hodie rogabuntur, quæ non sunt in nostra Rep. nec fuerint; tamen erant fere in more maiorum,*

qui tum vt lex valebat. Quibus verbis ostendit Cicero se in legibus referendis secutum esse veteres leges omnes, quæ ab initio Urbis ad eam diem optimis Reip. temporibus essent conkitutz, item maiorum morem, neque de Duodecim solis sentisse. Quod vel ex eo apparet, quod de funeribus & sepulchris ipse refert se ex illis legibus sumpsisse, atque etiam de priuilegiis libro tertio. Quid enim opus erat vnum atque alterum caput referre, si omnia essent ex illis legibus accepta? Iam vero quæ de Prætoribus, Ædilibus curulibus, de auro atque argento signando, de annualibus legibus, & de plerisque aliis rebus quæ post Duodecim fuerunt; additæ eâ à Cicerone fuisse nemo negauerit. Quamobrem non magis ea XII. Tabularum esse credendum est, quàm quæ Riuallius ingenij ostentatione vsus effinxit. Cuius audaciæ Crinitus, vt opinor, occasio fuit, quem secuti aliquando fuerunt Budæus & Alciatus noster, atque alij non pauci, quorum omnium æmulari negligentiam mallet, quàm aliorum obscuram diligentiam, vt Terentius ait: nisi a pertissimis, vt mihi videtur, testimonijs veritatem occultari deprehendissem. Quod si quis altera, aut vtraque in re me falli cognouerit, aut etiam multo plura ex alijs libris addi posse animaduertent; ea aut nobiscum, aut cum omnibus qui his studijs tenentur, communicet. Tantum enim abest vt scripta nostra, iure præsertim, reprehendi moleste feramus, vt maximam à nobis gratiam inierit, qui nos aliqua in re doctiores effecerit. Sed ad XII. Tabulas veniamus, in quibus referendis Institutionum Iustiniani ordinem sequar: veteresque scriptores nominatim proferam, vt in ceteris soleo, qui earum faciant mentionem: Et quoniam de his legibus dicere aggredior, præterendum non est præclarum M. Ciceronis testimonium, qui lib. 1. de Oratore ita scribit: *Fremant omnes licet, dicam quod sentio. bibliothecæ mehercule omnium philosophorum vnus mihi videtur XII. Tab. libellus, si quis legum fontes & capita videris, & auctoritatis pondere, & utilitatis vbertate superare.* Idem lib. 11. de legibus pueros Romanos discere solitos ait Duodecim, vt carmen necessarium. Quæ verba ita quidem interpretantur, vt existiment Ciceronem significasse versus duodecim Tabulas esse scriptas, quod ipse non probat. Neque enim arbitrator tantum otij Decemuiris fuisse neque ita excoluisse veteres poësim, vt legum verbis numeros adderent. Namque vt idem Cicero in Bruto, & lib. 1. Tusculanarum quæstionum scribit, cccc. anno post Romam conditam C. Claudio Cæci F. & M. Tuditano Cos. Linius Andronicus primus fabulam docuit. Gellius tamen, quem alij sequuntur, lib. x. v. 11. centum annos illi numero addit. ex quo tempore constat versus in pretio fuisse: cum tamen has leges trecentesimo tertio anno scriptas esse tradatur. Huc accedit, quod Cicero lib. 1. v. Tusculanarum quæstionum ait. Nam cum cuperet demonstrare veteres vocum sonis & carminibus delectatos; legem fuisse in Duodecim refert, qua prohibebatur carmen fieri in alterius iniuriam. Etenim si ipsa legum verba ita composita fuissent, satis erat legum carmen referre. Sed & ipsum carminis verbum non semper poetarum versus significat, vt apud Lium lib. 1. horrendi carminis lex, & Tarquinij cruciatus carmina apud Ciceronem in Rabiriana, item formulæ iurisperitorum, pro L. Muræna, atque alia id genus apud Lium, & ceteros, qui quæ conceptis verbis atque compositis

tis dicuntur, ita appellasse videntur. De Decemviris vero qui fuerint, & quo pacto ceteris magistratibus se abdicantibus constituti sint, de legatis quoque in Græciam missis, de decem tabulis, quas illinc ex Solonis & Lycurgi legibus attulerunt, de duabus tabulis adiectis ab iisdem Decemviris, altero anno atque etiam tertio potestatem sibi ex Appij Claudij fraude usurpantibus, de eiusdem Appij libidine, quæ seditioni causam dedit, Verginia à patre cæsa; & de Decemviris sublatis Pomponius lib. sing. enchiridij, Livijs lib. 111. & Dionysius lib. x. & x1. pluribus verbis nota omnibus fecerunt. Nos itaque ipsarum legum sententiam referamus.

l. i. p. ca. d. 1.
l. & p. & cum
placuisse.

Et initio de legibus ita constitutum esse animaduertimus, vt quodcumque postremum Populus Rom. iussisset, id ius ratumque esset; vt Livijs lib. vi. 1. & 1x. scribit. qua lege omnium legum iubendarum auctoritas populo data est. Hinc illa Iustiniani definitio manat, vt lex sit, quod populus Rom. constituebat, siue Senatorio magistratu, veluti Cos. interrogante, vt ille ait, siue etiam Tribuno plebis post legem Hortensiam. Rogabatur autem plebs ac populus in eum modum, quem Cicero in oratione pro domo expressit. *VFLITIS IUBEATIS, VT M. TVLLIO AQUA ET IGNIS INTERDICATVR.* Ex quo rogatio dicebatur, cum ferretur; lata lex, iussio. Sed postea lege Regia potestate in Principem translata, is solus legislator iustus habetur.

cap. l.

inst. de iur.
nat. p. lex.

Illud etiam in his legibus fuit, vt priuilegia de capite ciuis Romani ne irrogarentur, nisi per maximum comitiatum. Nam cum Cicero lib. 111. de legibus hanc legem protulisset. *PRIVILEGIA NE INROGANTO. DE CAPITE CIVIS, NISI PER MAXIMUM COMITIATVM, OLLOSQVE QVO3 CENSORES IN PARTIBVS POPVLI LOCASSINT, NE FERVNT:* leges, inquit, *præclarissima de XII. Tabulis translatae duæ, quarum altera priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat. Et nondum in his seditiosis Tribunis Pl. admirandum tantum maiores in posterum prouidisse. Quid autem priuilegium sit, ita interpretatur: In priuatos homines leges ferri noluerunt, id est enim priuilegium, quo quid est iniustius? cum legis hæc vis sit, scitum esse & iussum in omnes.* De altera lege ita scribit; *Ferri de singulis nisi Centuriatis comitijs noluerunt. Descriptus etenim populus censu, ordinibus, at atibus plus adhibet ad suffragium auxilij, quam suse in Tribus conuocatus.* Hæc ille, vt ex mendofo libro elicere potuimus. Sed de priuilegijs Ateius Capito apud Gellium lib. x. scribit: Legem esse generale iussum populi, aut plebis, rogante magistratu; quam obrem priuilegia appellanda sunt, quæ de singulis ciuibus ferebantur, vt de Cn. Pompei imperio, quæ lex Manilia dicitur, item de Ciceronis exilio, ac reditu. Priuata autem veteres singula dicebant. Quo pacto Isidori definitio lib. v. etymologiarum accipienda est. De comitijs vero idem Gellius lib. x. v. ex lib. 1. Lælij Felicis ad Q. Mucium ait, eum qui vniuersum populum congregat, comitium habere; qui vero partem populi, consilium edicere. Calata comitia pro collegio Pontificum habebantur, aut Regis sacrorum, aut Flaminum inaugurandorum causa, item sacrorum detestandorum gratia, aut testamentorum faciendorum: quod Iustinianus lib. 1. Institutio. probat. Hæc comitia aut Curiata aut Centuriata erant. Curiata per licitorem curia-

cap. 11.

cap. 22.

c. priuilegia
dist. 1.
cap. 27.

inst. de
deca-
tio prin-

rim calabantur, hoc est vocabantur, ex omnium generibus latis suffragiis; quod Cicero fufe in Tribus populo conuocato appellat. Centuriata per Cornicinem conuocabantur, atque tunc ex censu & ætate suffragium ferebant; quod ex Cicerone retulimus. Erant etiam Tributa comitia cum ex regionibus & locis ferebatur suffragium. Centuriata autem, quæ maxima à Cicerone appellantur, intra pomeria Urbis non habebantur, sed in Campo Martio. Illud quoque ad huius loci interpretationem pertinet, vt de Tribuum, Curiarum, Centuriarum, & census significatione dicamus. Et Dionysius lib. 11. antiquitatum scribit Romulum in tres partes populũ diuississe, quas ea de causa Tribus appellauit, & eis præfectos Tribunos, quod Pomponius quoque significat, licet postea Tribus x x v. fuerint, Tribuni x. Harum trium partium partes denas Curias appellauit, eisque præfectos Curiones. Hoc est quod idem Pomponius scribit Romulum in triginta partes populum diuississe, quas Curias appellauit, propterea quod tunc Reip. curam per sententias partium earum expediebat: & ita leges quasdam Curiatas ad populum tulisse. Has Curias non inib. raptar. Sabinar. appellasse Liuius ait. Addit Dionysius Curias in Decurias esse diuisas, quibus præfecti Decuriones dicebantur. quod nomen ad Senatores coloniar. & municipiorum manasse animaduerti. Liuius vero lib. 1. tantum scribit Centurias tres equitum à Romulo esse conscriptas, Ramnensium, Tatiensium, & Lucerum: quas Priscus Tarquinius numero equitum auxit, vt mille & trecenti equites essent: eas sex centurias, quia gemmatæ erant, appellarunt. Seruius vero Tullius ex primoribus ciuitatis x 11. equitum Centurias fecit, quas ad sex illas priores adiecit existimo. Pedites vero in quinque classes militiæ & comitior. causa diuisit ex censu cuiusque. Is enim primus censum in hunc modum instituit, vt qui centum millib. æris, aut eo amplius censerentur, primæ classis essent, quæ lxx. Centuriis constabat, quar. x l. seniorum, totidem iuniorum fuerunt. Secunda classis lxxv. millibus censorum erat, in qua seniorum atque iuniorum conscriptæ Centuriæ xx. Tertia quinquaginta milium æris, totidem Centuriarum, quot classis secunda. Quarta xv. millium, xx. quoque Centuriarum. Quinta classis Centuriarum triginta, quæ xl. millibus censebatur. Vna quoque Centuria adiecta est eorum qui immunes militia essent, quos Gellius libro xvi. ait proletarios & capite census appellatos. Proletarij mille & d. assibus censebantur, Capite census ccc lxxv. Idem præne quod Liuius, Dionysius lib. 1v. scribit, nisi quod æstimationem pecuniarum ad Græcorum consuetudinem conuertit. Addit illud, quod prætereundum non est, seniores appellari qui supra xl v. annum essent, reliquos iuniores. item his Centuriis præfectos Centuriones appellatos, quorum vsus in militia erat. Gellius tamen lib. x. refert Tuberonem scripsisse in hoc censu iuniores appellari annis xvi 1. maiores, sed minores xlvi. Equitum census quadringentorum sestertiorum fuit. quod nescio à Ser. ne Tullio initium ceperit, an à Tiberio Cæsare, vt Plinius lib. xxx 111. significare videtur. Senatorum censum Suetonius ait dccc. millium fuisse, sed ab Augusto ad duodecies sestertium auctum. qua de re doctè, vt semper, Budæus in libris de assè, & in annotationibus scribit. Ex cuius libris, & ex his quæ antea retulimus, ita interpretabimur Ciceronis verba:

L. p. iisdem
temporib. de
orig. iur.

d. l. 1. in prin.

l. papillns. p.
decuriones.
de verb. sign.

cap. 10.

cap. 11.

ba: vt in Duodecim cautum fuisse dicamus, non licere de capite ciuis, nisi centuriatis comitiis rogari: hoc est, totius populi Romani conuentu, singulis in suis Centuriis, quæ censu, ætate atque ordine separatæ erant, suffragium ferentibus, non vero Curiatis comitiis, in quibus non ita separati ciues censu atque ætate erant; sed vt ex Dionysio retulimus, omnibus in Curiis, quæ Tribuum portio erant, confuse suffragium ferentibus. Illud negligendū non est, quod apud Sex. Pompeium extat, Centuriam esse à Ser. Tullio Rege cõstitutam, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non tulisset in sua. eaque NI QVIS SCIUIT appellabatur, quam nisi quis sciuit. Sciscito enim significat sententiam dicito, ac suffragium ierto, unde plebiscita. In ea tamen neque celebratur quisquam, neque Censuræ præficiebatur: De hac eadem XII. Tabul. lege idem Cicero scribit pro domo sua: *Vetant, inquit, leges Sacratæ, vetant XII. Tab. leges priuatis hominibus irrogari, id est enim priuilegiū. & in Sextiana: Cur, cū de capite ciuis (no disputo cuiusmodi ciuis) & de bonis proscriptione ferretur, cū & Sacratæ legib. & XII. Tab. sancitū esset, vt neq; priuilegiū irrogari liceret, neq; de capite, nisi Comitiis Centuriatis rogari, nulla vox est audita Cõsulum; Ad hanc legem Porcia quoq; pertinere videtur, de qua alio loco scripsimus.*

Ver. Na qui sciuit.

De vindiciis nunc agendum est, quas secundum libertatem dari, cum controuersia esset, in XII. Tabulis scriptum erat. De quibus Pomponius ita scribit: *Initium fuisse secessionis dicitur Verginius quidam, qui cum adiuuauisset Appium Claudium contra ius, quod ipse ex veteri iure in XII. Tabulis transulerat, vindicias filia sua à se abdisse, & secundum eum, qui in seruitute ab eo suppositus petierat, dixisse: indignatus quod ventulissima iuris obseruantia in persona filia sua defecisset, vt pote cum Brutus, qui primus Romæ Consul fuit, vindicias secundum libertatem dixisset in persona Vindicis Vitelliorum serui, qui proditiõis coniurationem in iudicio suo detexerat, castitatem filia sua quoque eius præferendam putauit. Quæ verba ex Liuiio lib. I. I. & Dionysio lib. X. I. eam interpretationem recipiunt, vt Appius noluerit vindicias secundum libertatem dare, vt in Duodecim pollicitus fuerat se daturum, dum lis esset. quin potius eas secundum seruitutem dedit, & à patre vindicias abdisit, & secundum eum qui ab ipso Decemuiro fuerat suppositus, vt virgine potiretur, ius dixit. legemque aiebat ita accipiendam esse, vt in his personis locum haberet, quæ in alterius manu non essent. Vindicæ autem à Vindice illo, vel vt Liuius Libro I. I. ait, à Vindicio Vitelliorum seruo dicte, vt opinor, sunt. Is à Liuiio primus vindicta liberatus esse dicitur, fuisseque ait qui dicerent vindictæ nomen ab illo tractum. post illum obseruatum esse, vt qui ita liberarentur, in ciuitatem accepti esse viderentur. Hinc etiam vindicandi quoque nomen tractum reor, siue quis aliquam rem asserat suam esse, siue iniurias suas persequatur, atque vlciscatur. Vindicæ autem dari dicebantur, cum fas esse rem vindicare dicebatur; ceteri ad præiudicium, & quasi momentum quoddam pertineret:*

CAP. III.

L. p. Initium de orig. iur.

His consequens est, quod de assiduo vindice, & proletario Cicero in Topicis, & Gellius lib. X. I. scribunt. Duodecim Tabularum verba sunt. ASSIDVO VINDE ASSIDVVS ESTO. PROLETARIO CIVI QUIVIS VOLET VINDRE ESTO. Quæ nos ita interpretamur, vt is qui in seruitutem peteretur, si assiduus, hoc est, locuples esset, locupletem ad-

CAP. IV.
CAP. V.

sertorem daret pauper vero, quem proletarium lex appellauit, vel pauperem dare posset. *Cum lex assiduo*, inquit Cicero, *vindictam assiduam esse iubeat, locupletem iubet locupletis. Locuples enim assiduus, ut ait Aelius, appellatus est ab ære dādo.* Sex Pompeius assiduum eum esse appellatum ait qui suis sumptibus militaret, ab æsse dando. Proletarij eum tenuissimi censul essent, quæ de causa militia vacabant, si quando difficillimis Reip. temporibus armabantur, ut bello Tarentino apud Eutropium lib. 11. rerum Romanarum; arma his sumptu publico præbebantur. Initio autē Urbis constat milites suis sumptibus militasse, namque CCL. fere post R. C. anno stipendium milites de publico acceperunt, ut Liuius lib. 1. v. scribit. id autem erat in singulos dies asses deni, quæ veteris denarij æstimatio erat, ut Cornelius Tacitus lib. 1. auctor est. Itaque assidui dicebantur illi omnes, qui in quinque classibus censebantur; proletarij, qui prolis giguenda causa, ut Eutropius ait, dōmi manebant; item capitecensi proletariis pauperiores. Verba autem huius legis illam etiam interpretationem recipiunt, ut locuples locupletem cognitorem vel procuratorem faciat, pauper cuius quemcumque, quod Boëthius existimat. *Locuples autem est*, ut Caius lib. 11. ad legem x 11. Tabularum scribit, *qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit.*

l. quos dos
de verb. sign.

CAP. V.
l. statulibe-
ros de statu-
lib.
l. i. co.

Ad seruos quoque pertinet aliud caput x 11. Tabular. de quo Modestinus lib. 1. x. differentiar. ita scribit: *Statuliberos venundari posse leges x 11. Tabular. putauerunt. Duris autem condicionibus in venditione minime onerandi sunt. Statuliber autem est*, ut Paulus lib. v. ad Sabinum definit, *qui statutam & destinatam in tempus vel condicionem libertatem habet.* Lex autem x 11. Tabularum emptionis verbo omnem alienationem complexa videtur, neque interest quo genere quisque dominus eius fiat, ut Aristo apud Pomponium lib. x v 11. scripsit. Quæ verba ita mihi interpretanda esse videntur, ut credendum sit in x 11. esse adiectum, ut qui statuliberum emerit, condicione impleta, aut tempore, seruo libertatem præstet. Quamobrem recte Mucius respondit, posse heredi solui, secundum quem sententia dicta esset, et si contraria sententia teneretur. Hic enim licet seruum non emisset, tamen erat ex sententia dominus iudicatus. Quæ res non est sine difficultate.

l. statulib. co.

CAP. VI.

Nunc ad patriam potestatem veniamus, ut de his qui alieno iuri subiecti sunt, tractatum potestæ sit. Et Dionysius lib. 1. i. originum scribit Decemuiros in quarta tabula hanc legem scripsisse, ut parentibus in filios plena potestas vendendi, vincendi, verberandi, occidendi esset. Eamque legem à Romulo latam esse censet, propterea quod in Numæ Pompilij legibus scriptum sit, ut si pater filio vxorem ducere permiserit, quæ ei sacrorum, & pecuniarum locia ex legibus heret, non amplius filium vendendi ius haberet. Quamobrem existimat Dionysius ante Numam latam esse legem de patria potestate, quippe quæ ea lege coercetur. De venditione autem ita latam esse scribit, ut patri liceret iterum ac tertio filij venditione pecuniam quærere. Namque si is semel aut iterum venditus esset, & emptor eum manumisisset, in patris potestate reuocaretur. Post tertiam patris venditionem, & manumissionem emptoris, sui iuris efficiebatur. Hæc est illa antiqua legis observatio, quæ v

Iustinianus

Iustinianus ait, per imaginarias venditiones, & intercedentes manumissiones celebrabatur. Nam, vt Caius & Theophilus scribunt, si quis filium emancipare vellet, eum coram quinque ciuib. Romanis, vel potius septem (namque duo pro libripende & antestato, de quibus postea dicemus, adhibebantur) per 25 & libram fiduciario patri ter vendebat, emptor vero eum bis manumittebat. nam post tertiam venditionem, iterum fiduciarius patri naturali mancipabat, isq; vindicta apud Prætorem manumittebat, vt legitimam successionem retineret. Id autem est, quod contracta fiducia manumitti dicitur apud Iustinianum lib. 111. Institutionum. Nam si, id non obseruasset pater, extraneus ille manumissor vt patronus ab intestato succedebat. aduersus quem Prætores decem personis honorum possessionem dabant, patri, matri, auo, auix tam paternis, quam maternis, filio, filia, nepoti, nepti tam ex filio, quam ex filia, fratri & sorori consanguineis & veterinis. Sed ex Iustiniani constitutione neque venditionibus, neque manumissionibus opus est, neque contumeliis atque alapis, quæ postea venditionibus successerant, & rhapsimata à Iustiniano appellantur: sed aut ex Principis rescripto liberos emancipare licet, aut adito iudice apud eum de manu sua liberos dimittere. Quo pacto successionem quoque retinebant, nullius fiduciæ mentione facta. Sed hæc posteriori inuenta sunt. Apud veteres quod Dionysius ait ex lege x 11. Tab. obtinebat, præter id quod de tribus emancipationibus dicitur. Non enim in feminis, neque in nepotibus tribus venditionibus opus erat, sed vt Theophilus & Caius scribunt, vnica venditione ac manumissione de patris vel aui potestate exhibant. Singulæ autem filiorum emancipationes, vel iisdem vel aliis testibus præsentibus fieri possunt, vel eodem die, vel intermisso tempore, item seriatim die emancipatio hæc fieri potest, vt Paulus lib. 11. sententiar. scribit. In adoptionibus quoque eorum qui in parentum potestate essent, eadem obseruabantur. Ita enim Iustinianus lib. v 111. Constitutionum scripsit. *Veteres circuitus in adoptionibus quæ per tres emancipationes & duas manumissiones in filiis, aut per vnã emancipationem in ceteris liberis fieri solebant, tollentes, censemus licere parenti sine veteri obseruatione actis interuenientibus id facere.* Ea vero adoptio, quæ eorum qui sui iuris erant, olim lege lata apud populum, postea apud Principem fiebat, adrogatio dicebatur propterea quod & is qui adoptabat, rogabatur, an vellet eum; quæ adoptaturus esset, iustum sibi filium esse; & is qui adoptabatur, rogabatur, an id fieri pateretur, vt Caius lib. 1. Instit. scribit. Exstat rogationis formula, quæ ad hanc legem, qua de agimus, pertinet, apud Ciceronem pro domo sua: *Credo enim, inquit, quamquam in illa adoptione legitime factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctore ne esses, vt in te P. Fonteius vis & necisque potestatem haberet, vt in filio.* Populi autem rogationem Gellius lib. v. refert. Ex quibus omnibus, & ex his quæ antea ex Dionysio retulimus, Pauli verba intelligantur, qui lib. 1. ad Sabinum ait, liberos, licet non sine heredes instituti, dominos tamē esse nec obesse, quod liceret eos exheredare, nam occidere etiam eos licebat. Sed cum domini quoque in seruos vis & necisque potestatem habuerint; ex constitutione tamen D. Antonini qui sine causa seruum occiderit suum, non minus cuius iubetur, quam si alienum occiderit, vt Caius & Iustinianus

In fil. quibus
mo. ius. p. p.
sol. p. præter-
ca.

Instit. de leg.
adgn. sac. p.
vir. & de bo.
pos. p. quæ
autem.

l. vit. C. de e-
manc. liber.

d. l. vi. & No.
Et.

l. vit. C. de a-
dopt.

l. 1. de adopt.

cap. 19.
l. in suis. de
lib. & postu.
l. si filius. C.
de pat. pot.
l. 1. de his qui
sui. & Instit.
p. sed hoc re-
pore.

l. vi. C. de par.
qui liberor
distr.

scripserunt: in filios scire multo minus licet. Imp. tamen Constantini lege permissum est, ut propter nimiam paupertatem & egestatem filium filiamve victus causa parens vendere possit. Licet autem ei qui vendidit, aut ei qui venditus est, aut alij cui libet ad ingenuitatem eum reuocare, pretio serui reddito emptori, aut alio mancipio eiusdem estimationis. Quamobrem mirandum est eundem Imp. scripsisse, patribus, quibus ius vitæ in liberos, necisque potestas permissa est, eripere libertatem non licere, ut in Theodosij & Iustiniani constitutionibus reperitur, nisi velimus coniunctis hisce capitibus respondere nihil horum esse sine maxima causa permissum. Hoc autem ius potestatis patrum, ut Iustinianus exultat, proprium est ciuium Romanorum. *Neque enim, inquit, alij sunt homines, qui talem in liberos potestatem habeant, qualem nos habemus. In potestate autem nostra sunt liberi, quos ex iustis nuptijs procreauimus, item quos filij nostri, qui sub nostra potestate sunt, procreauerint, non etiam filia. Ne potes enim ex filia in generi nostri potestate sunt, si is sui iuris sit.* Patria autem potestas utilis est ad bonorum acquisitionem: qua de re nostri pluribus verbis scripserunt.

De nuptijs vero tantum reperio, quod in Canuleia lege dixi, in duabus illis tabulis, quas Decemuri adiecerunt, legem posuisse eos Dionysius lib. x. scripsit; ut matrimonia inter patricios & plebeios non essent. quæ lex intra decennium abrogata est C. Canuleio Tri. Ple. auctore, ut L. ius lib. iv. scribit. qui ea de causa ait connubia fuisse prohibita, item maiores magistratus, quoniam nemo plebeius auspicia habebat. Ad hunc locum pertinere arbitror, quod Caius lib. vi. ad legem xii. Tab. scribit, *Plebs est ceteri ciues sine Senatoribus.*

Diuortia in eisdem tabulis permissa fuisse crediderim aliqua de causa. Ita enim Cicero Philipp. ii. scribit: *Nonne credere, fugi factus est Antonius, mimam illam suam suas res sibi habere iussit ex duodecim Tabulis, clauas ademit, exegit.* Et ut Caius lib. x. ad edictum provinciale ait: *In repudijs & renuntiatione comprobata sunt hæc verba: TVAS RES TIBI HABETO. item hæc: TVAS RES TIBI AGITO.* In sponsaliorum renuntiatione, *CONDICIONE TVA NON VTOR.* Idem Caius lib. iiii. ad L. xii. Tabular. scripsit: *Si ex lege repudium missum non sit, & idcirco mulier adhuc nupta esse videatur, tamen si quis eam uxorem duxerit, adulter non erit.* Quod tamen ad legem Iuliam de adulteriis referri potest. Sed et si diuortia essent in xii. permissa, intra xxx. annos nullum Romæ diuortium factum esse Dionysius lib. i. Gellius lib. xv. scripserunt. Primusque omnium Sp. Seruilius, vel ut aliis placet, Caruilius Ruga. M. Pomponio & C. Papirio, vel ut Gellius lib. i. v. ait, M. Atilio & P. Valerio Coss. diuortium fecisse dicitur ob vxoris sterilitatem, quod iurasset apud Censores liberorum gratia se uxorem ducturum. Quæ etsi honesta causa visa est, tamen ob exemplum inuidia apud P. R. non caruit. De trinoctio vero vsurpandi causa in vsucapionibus dicitur.

De tutelis multa existant earum legum testimonia. Et in isto Caius lib. x. i. ad edictum provinciale scribit: *Lege xii. Tab. permissum est parentibus liberis suis siue masculini, siue feminini sexus, si modo in potestate sine tutoris testamento dare.* Id autem aperte existimo constitutum quauis P. P. pouius lib. v. ad Q. Mucium scribat: *Verbis legis xii. Tab. hic, VTI LEGAS-*

l. vii. C. de
pat. pot. l. x.
de lib. cau. in
C. Th.

ioff. de pat.
pot.

l. vi C. de bo.
quæ lib.
instit per qu.
per p. i.

CAP. VIII.

l. plebs. de
ver. sig.
CAP. VIII.

l. a. de diuor.

l. si ex lege.
ad l. iul. de a-
dult.

cap. vii.

cap. i.

cap. i. x.
l. de test. i.

l. verbis legis
de verb. sign.

SET SVÆ REI, ITA IVS ESTO. *latissima potissima potestas tributa videtur & herediis instituendi, & legata & libertates dandi, tutelae quoque constitutendi.* Tutela igitur testamentaria ex hoc iure descendit.

De legitima vero. Vlpianus lib. xlv. ad Sabinum ita scribit: *Legitima tutela lege xii. Tab. agnatis delata sunt, & consanguineis, item patronis, id est his, qui ad legitimam hereditatem admitti possit.* De hac tamen quæ patronis defertur, lib. x. xxviii. scribit eam nominatim delatam non fuisse, sed per consequentias hereditarium, quæ ex ipsa lege patronis datæ sunt. Idem Iustinianus scribit lib. i. Institutionum. Ad hanc legem pertinere arbitror quod Paulus lib. l. ix. ad edictum scribit: *Cum dicitur a pud veteres, ADGNATORVM GENTILIVMQ. pro separatione accipitur. at cum dicitur, SVPER PECVNIAE, TVTAE LEVE SVÆ: tutor separatim sine pecunia dari non potest.* Illud sine dubio huius legis est, quod Iustinianus refert, ab intestato vocatos esse ad tutelam agnatos. Quod ita interpretatur, nõ ut omnino is testamentum nõ fecerit, sed si quantæ ad tutelae pertinet, intestatus decesserit. Sunt autem agnati, qui per virilis sexus personas cognatione iuncti sunt, veluti frater ex eodẽ patre natus, fratris filius, nepos ex eo, item patruus, & patru filius, qui frater patruelis dicitur, & nepotes ex eo; vt Caius lib. i. Institut. scripsit. Quã obrem recte Diocletianus & Maximianus rescripserunt, ad auunculos tutelae ex lege xii. Tab. non deferri, sed ad patruos, nisi se excusauerint.

De curatoribus vero ita Iustinianus scribit: *Furiosi quoque & prodigi licet maiores xxv. annis sint, tamen in curatione sunt agnatorum ex lege xii. Tab. Vlpianus quoque lib. i. ad Sabinum scribit lege xii. Tab. prodigo interdici bonorum suorum administrationem. Et Caius lib. i. ad edictum provinciale ait: Sæpe ad alium de lege xii. Tab. curatio furiosi, aut prodigi pertinet, alij Prætor administrationem dat. scilicet cum ille legitimus inhabilis ad eam rem videatur. Huius autem legis illa fortasse verba sunt, quæ Cicero lib. ii. de Inventione refert. SI FVRIOSVS EST, ADGNATORVM GENTILIVMQ. IN EO PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. Quæ etiã verba lib. i. ad Herennium reperiuntur, nisi quod illic SI FVRIOSVS EXISTET, scriptum est. Supra quoque Pauli verba retulimus, quæ agnatorum gentiliumque mentionem facerent. Addit Iustinianus postea Prætores, vel Præfectum vrbi Romæ, præsides in provinciis solitos esse ex inquisitione curatores illis personis dare.*

Sciendum etiam est, quod Vlpianus lib. xxxv. ad edictum, & Iustinianus lib. i. Institut. scribunt, suspecti tutoris crimen è lege xii. Tabularum descendere. Suspecti autem tutores remouebantur, vt opinor, ex hac lege. Dolus vero malus eorum hac lege pledebatur. namque vt Iustinianus scribit, suspectus remotus, siquidem ob dolum; famosus est, si ob culpam; non æque. Hoc est quod Cicero lib. iii. Officiorum ait, de doli mali Aquiliana definitione scribens: *iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt tutela xii. Tabulis, & circumscriptio adulescentium lege Latoria.* Hæc ad librum i. Institutionum Iustiniani pertinere animaduertimus.

Initio autem secundi libri Iustinianus refert lege xii. Tabularum cautum esse, ne quis tignum alienum ædibus suis iunctum eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet per actionem, quæ vocatur de tigno

CAP. X.
L. de legitu-
l. j. co.

Inst. de legi-
adgn. tut. in
pri. & de le-
git. patro tut.
l. i. i. p. in pr.
de verb. sign.
Inst. de legi-
adgn. tut. p.
quod autem.
L. de curat.
fuz

l. i. i. p. autem.
de legi. tut.
L. C. eo.

CAP. XI.
Inst. de cura.
p. furiosi.

L. i. p. co.

d. l. sæpe de
verb signi.
Inst. de cura.
p. furiosi.

XII.
l. i. de iur. iur.
Inst. eo. in p.
i. p. suspectus
autem. eo.

XIII.
Inst. de iur.
diu. p. cum
in suo.

l. adeo. p. cñ
in suo de ad
quir. ter. do.
l. i. de tigno
iun.

iuncto, ne ædificia rescindi necesse sit. Qui locus, vt pleraque alia, sumptus est ex lib. 11. Cai rerum cottidianarum, siue aureorum. Vlpianus quoque lib. xxv 11. ad edictum scribit: *Lex xii. Tabul. neque soluere permittit tignum furtiuum adibus vel vineis iunctum, neque vindicare: ne vel ædificia sub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur. Sed in eum qui conuictus est iunxisse, in duplum dat actionem: quod Paulus quoque lib. x 1 v. ad Sabinum ait. Quod quidem verum est, nisi voluntate domini res eius in alienum ædificium coniuncta sit: neque enim in duplum actio datur, sed dissoluto ædificio rei illius vindicatio. Non enim credendum est (inquit Neratius) de his Decemuiros sensisse. Tigni autem appellatione contineri Vlpianus ait omnem materiam, ex qua ædificium constet, vineque necessaria. Vnde quidam, inquit, aiunt tegulam quoque & lapidem, & testam, ceteraque si qua ædificijs sunt vitilia tigna enim à tegendo dicta sunt. hoc amplius & calcem & harenam tignorum appellatione contineri. Sed & in vineis omnia vineis necessaria, vt puta pertica, & pedamenta. Et Caius libro xxv 1. ad edictum provinciale scribit, tigni appellatione in Duodecim omne genus materiz significari. Hanc legem, vt opinor, Caius interpretabatur, cum libro 111. ad legem x 11. Tabul. scripsit: *Fabros tignarios dicimus non eos dumtaxat qui tigna dolarent, sed omnes qui ædificarent.* Ita enim arbitror Caium scripsisse, non ligna. Nam video in Etrusco libro Digna scriptum fuisse scili librarij errore. Sex quoque Pompeius scribit hæc in xii. verba fuisse: *TIGNVM IUNCTVM AEDIBVS, VINEA VE ET CONCAPV NE SOLVITO.**

l. gemma. ad
exhib.
l. de eo de do
nat. int. vir. &
vzoz. d. l.

l. tigni de ver
bor. signat.

l. ferri. de ver
bor. sig.

XIV.
l. via de seru.
p. zd. rust.
lib. 6. de ling.
Lat.
l. i. de ser. ru.
stic. p. zd. in
st. de seru.
in prin.
lib. 4. de ling.
Lat.

l. qui sella co.

l. via eo.

l. i. p. viar.
ne quid in lo
co pub.

De seruitutibus illud tantum reperio, quod Caius scribit lib. v 11. ad edictum provinciale: *Via latitudo ex lege x 11. Tabularum in porrectum octo pedes habet; in amfractum, id est vbi flexum est, sedecim.* Cuius legis à Varrone quoque mentio fit. Iter est, vt Vlpianus & Iustinianus libr. 11. Institutionum scribunt, ius eundi ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, vnde etiam nomen est; illac enim itur. Actus est ius agendi vel iumentum vel vehiculum, vnde etiam nomen habet. Via est ius eundi, agendi, & ambulandi, à vehendo, vt Varro ait; qui iter à terendo deducit, quod syllabarum quantitate propius accedit. Itaque qui viam habet; & iter, & actum habere dicitur: quod is quoque qui actum habet, habere videtur: nisi quod is qui viam habet, lapides trahere, & tigna potest, & quod Paulus libro xxi. ad edictum notat, hastam rectam ferre potest, modo ne fructus lædat. At qui actum habet, nihil horum facere potest, quia neque eundi, neque agendi gratia fiant. Ad hæc omnia lex x 11. Tabularum octo pedes latitudinis via dedit, quæ in porrectum duceretur, in nullam partem flexens. Quod si ita flexeretur, vt vehicula circumflecti oportet, quod amfractum appellat, latitudinem duplicauit. Paulus tamen libro xv. ad Sabinum scribit posse viam constitui octo pedibus latiore, item angustiore, si tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire possit. Ad eandem legem fortasse pertinet, quod Cicero pro A. Cecinna ait: *Si via sit immunita, iubet lex qua velis, agere iumentum.* Viarum autem, vt Vlpianus libro l xv 11. ad edictum scribit, quædam publicæ sunt, quædam priuatæ, quædam

quædam vicinales. Publicas vias dicimus, quas Græci *ἄσπλιμας*, nostri Prætorias, alij Consulares appellant. Priuatæ sunt, quas agrarias quidam dicunt. Vicinales sunt viæ, quæ in vicis sunt, vel in vicis ducunt; quæ publicæ sunt, si non ex collatione priuatorum constitutæ sint. Priuatæ viæ dupliciter accipi possunt, vel hæ quæ sunt in agris, quibus imposita est seruitus, vt ad agrum alterius ducant, vel hæ quæ ad agros ducunt, per quas omnibus commutare licet, in quas exitur de via Consulari: quas publicas esse Vlpianus existimat. Idem scribit lib. x x i l. ad Sabinum, Inter vicinales vias, quæ ex agris priuatorum collatis factæ sunt, quarum memoria non extat, & ceteras vias militares (ita enim Consulares appellant) hoc interesse, quod viæ militares exitum ad mare, aut in vrbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent; vicinales aut in militares vias exitum habent, aut sine vilo exitu intermoriuntur. Militaris via & regia Theophilo appellatur, quæ publica ab Iustiniano dicitur lib. i v. Institutio. titulo de lege Aquilia; Vicinalis autem, quæ in vicis ducit, quas *ἄσπλιμας* Græce appellat. Iustiniani verba sunt hæc, quæ ex superscriptis optime intelligentur: *Item si putator ex arbore deiecit ramo seruum tuum transeuntē occiderit: si prope viam publicam aut vicinalem id factum est, neque proclamauit, vt casus evitari posset, culpa reus est.* Viæ regie mentio fit apud Innocentium Pontificem Maximum. Sed de his factis superque dictum est.

Ad vsucapionem veniamus. Et Iustinianus scribit: *Furtiua quoque res, & quæ vi possessæ sunt, nec si longo tempore bona fide possessæ fuerint, vsucapi possunt. Nam furtiuarum rerum lex x i. Tabul. & lex Atinias* (ita enim scribendum est, non Atilia) *inhibent vsucapionem, vi possessorum lex Iulia & Plantia.* Idem Iulianus scribit lib. x l i v. Digestorum. Diximus in Atinia lege eius legis verba à Gellio relata esse. **QVOD VSUCAPITVM ERIT, EIVS REI AETERNA AVCTORITAS ESTO.** Quæ verba arbitramur ex hac lege sumpta esse. Nam vt Macrobius lib. i i i. Saturnaliorum scribit, accidit nonnumquam, vt exolescente nieta legis antiquioris, auctoritas nouæ legis quæratur, vt in *ipsis*, inquit, x i. Tab. factum est, quarum vbi contemni antiquitas cepit, eadem illa qua illis legibus cauebantur, in alia lator nomina transferunt. Quamobrem Liuius de eisdem lib. i i. ita scribit: *Centuriatis comitijs x. Tabularum leges perlatæ sunt: qui nunc quoque in hoc immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo, fons omnium publici priuati que est iuris.*

Huc accedit, quod Cicero lib. primo Officiorum scribit in duodecim Tab. scriptum esse, **ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVCTORITAS.** Quibus verbis significabatur, rem eius qui peregrinus esset, hoc est, hospes & alienæ ciuitatis, vsucapi non posse; aut, vt quibusdam placet, aduersus peregrinum semper iudicationi locum esse. Sed mihi illud magis probatur ex superiori interpretatione legis Atinæ. Verba autem Ciceronis sunt hæc: *Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.* **Indicant x i i. Tabulæ, AVT STATVS DIES CVM HOSTE.** Itemque **ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVCTORITAS. Quid**

l. vlt. de locis
& iiii. pub.

Insti. de lege
Aquil. p. item
si putator.

c. qualiter &
quan do. i. d
accusa.

X v.
Inst. de vsuc.
p. furtiua.

l. non solum.
in prin. de v-
sucap. Gell. li.
i7. cap. 7.

X v i.

ad hanc mansuetudinem addi potest, eum qui cum bella gerat, tam molli nomine appellare? Quamquã id nomen durius iam effecit vetustas. à peregrino enim recessit, & proprie in eo qui contra ferret arma, remansit. Sed & Varro multa verba esse ait, quæ aliud nunc ostendant, aliud ante significarēt: ut hostis. Nam eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur: postea eum, quem tum dicebant perduellem. In Cælia lege diximus ductum veteres bellum, & perduelles hostes appellasse. Nam præter hæc testimonia poetæ nobis & comici & epici exemplo esse possunt. Et Cicero in legibus quas veteri sermone effinxit: QUIQUE AGENS, inquit, REM DVELLI, QUIQUE REM POPVLAREM, AVSPICIUM PRÆMONENTO. Et alio loco: AST QUANDO DVELLYM GRAVIUS, DISCORDIAEVE CIVIVM ESCVNT, POPVLI MAGISTER ESTO. Et lib. 1. 1. ex Platone: ÆS atque FERRVM, inquit, DVELLI INSTRUMENTA, NON FANI. Hanc legem fortasse, aut aliquid huiusmodi Caius interpretabatur, cum lib. 1. 1. ad Leg. x 11. Tabul. ita scribit: Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Hinc perduellionis crimen, de quo in Cælia egimus: Hostes autem sunt, ut Vlpianus lib. 1. Institutionum & Pomponius lib. 1. 1. ad Qu. Mucium scripserunt, quibus bellum publice populus Romanus decreuit, vel ipsi populo Romano; ceteri latrones vel prædones appellantur.

l. quos nos de verb. sig.

l. hostes de captio. & de verb. sig.

XVII.

Ad x 11. quoque Tabulas Cicero respexit, cum in Topicis ita scripsit: Quoniam vsus auctoritas fundi biennium est, sit etiam adiun. At in lege ades non appellatur, & sunt ceterarum omnium, quarum annus est vsus: valeat æquitas, qua paribus in causis paria iura desiderat. Quod Boethius ita interpretatur, ut plurimar. rerum vsucapio annua sit, ut si quis eis anno fuerit vsus, eas firma iuris auctoritate possideat, veluti res mobiles. Fundi vero vsucapio biennij temporis spatio continetur, de ædib. in lege nihil adscriptum est. quamobrem videntur taciturnitate legis x 11. Tabularum (id enim expressit) inter eas esse relictas, quarum est vsus annuus. Idem Cicero pro A. Cæcinnâ: Lex vsus & auctoritas fundi iubet esse biennium, at utimur eodem iure in ædibus qua in lege non appellantur. Ex quibus verbis apparet Iustinianum quoque ad hanc legem tum respexisse libro 1. 1. Institutionum, cum ita scripsit, quod Theophilus significat: Iure civili constitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo qui dominus non erat, cum crederet eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione alia iusta causa acceperit, is eam rem si mobilia erat, anno ubique uno; si immobilia, biennio in Italico solo vsucaperet, ne rerum dominia in incerto essent. Quæ tempora Iustinianus auxit, ut res mobiles triennio, immobiles longi temporis possessione, id est, inter præsentis de cennio, inter absentes viginti annis vsucapiantur. Quod vero Cicero ait fundi solum mentionem esse factam, nihil mirum est; cum Iuolenus libro 1. v. epistolarum fundum esse definiat omne, quicquid solo continetur. & Florentinus libro v 111. Institutionum eleganter scribit: Fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur: sed in vsu urbana ædificia, ades; rustica, villa dicuntur. Locus vero sine ædificio in vrbe area, rure autem ager appellatur, idemque ager cum ædificio fundus dicitur. Ad auctoritatem vero, cuius in his legibus mentio fit, præter ea quæ in Atinia diximus,

Inst. de vsuc. in prin.

l. vn. C. de vsuc. l. 2. 2. 1.

l. quæstio. de verb. sig.

l. fundi cod.

mus,

mus, ille Ciceronis locus pertinet, in oratione de Aruspicum responsis: *Multa sunt domus in hac vrbe P. C. atque haud scio an pane cunctæ, iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipij, iure nexi nego esse vllam domum aliam aequè priuati iure, atque optima lege, publico vero omni præcipuo, & humano, & diuino iure munians.* Quo loco possidendi causæ enumeratæ sunt, quibus quis dominus efficitur. Sic Horatius lib. secundo epistolarum.

Si proprium est, quod quis libra mercatur & ære, 11

Quædam, si credis consultis, mancipat vsus;

Qui te pascit ager, tuus est.

Epist. vii.

Nam quod Cicero mancipium & nexum, id Flaccus libra & ære mercari appellat, quæ de re Boethius in Topicis eleganter tractat, & nos paulo post in Venditionibus scribemus. Vfus autem captionem, & pignoris captionem veteres dicebant, quasi pignoris, atque vsus captionem, vt Gellius lib. v. 11. scribit. deinde vsucapi dictum est.

cap. 10.

Ad hoc autem ius pertinet, quod idem Boethius ait tribus modis vxorem haberi, coemptione, vsu, & confarreatione. Coemptione vxor materfam. fiebat, & in manum viri conueniebat, quibusdam mutis venditionibus. Namque vt Nonius ait, nubentes tres asses ad maritum adferrebant, vnum marito emendi causa dabant, alterum in focum, tertium in compito vicinali mittebant. Confarreatio vetus quædam erat matrimonij contrahendi obseruatio, de qua Dionysius libro 11. antiquitatum, & Tacitus lib. 1v. historiar. scripserunt. Vsu vxor fiebat, cum ceteris omissis vxoris loco ea vir utebatur anno. Quod si trinoctio à viro eo anno abfuisset, ex lege x 11. Tabular. vsurpata fuisse dicebatur: hoc est, interrupta præscriptio erat. Nam vt Paulus lib. 1. 1v. ad edictum scribit: *Vsurpatio est vsucapionis interruptio. Oratores autem vsurpationem frequentem vsum vocant.* Quamobrem ita interpretanda sunt quæ Gellius lib. 1. 17. Noctium, Macrobius lib. 1. Saturnaliorum scribunt. Quorum verba sunt hæc: *Quintum quoque Mucium iuriconsultum dicere solitum legi, non esse vsurpatam mulierem quæ cum kalendis Ianuarijs apud virum matrimonij causa esse cepisset, ante diem 1v. kalendas Ianuarias sequentes vsurpatum esset. Non enim posse impleri trinoctium, quod abesse à viro vsurpandi causa ex Duodecim Tabulis deberet: quoniam tertia noctis posteriores sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex kalendis.* Nam dies more Romano à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur, & duabus dimidiatis noctibus & luce media constat, vt Paulus libro decimotertio ad Sabinum notat, quod Gellius multis argumentis probat; quæ de re à nobis quoque lib. 1v. Emendationum & opinionum scriptum est. Quæ de causâ quæ vxor quarto kalēdas Ianuarias discessit, non dicitur interrupisse præscriptionem, ad quam tres noctes eam abesse oportebat: quippe quæ eius diei non totam noctem abfuisset, sed dimidiatam, nisi pridie eius diei ante sextam horam noctis discessisset. Sex autem noctis horæ, quæ ante kalendas Ianuarias consequebantur, ad alterum annum pertinebant. nam Vlpianus quoque lib. x 1. ad edictum scribit: *In vsucapionibus non à momento ad momentum, sed totum postremum diem computamus. Ideoque ait lib. x v 11.*

XV 111.

de dectoz. indagac.

l. 2. de vsura.

cap. 1.
cap. 4.

l. more Roma. de feris.

Qui hora sexta diei kalendarum Ianuariarum possidere ceperis, hora sexta noctis pridie kalendas implet vsucapionem. Quæ etiam ratio est, vt eam

L. in vsucapio
nibus.
L. ideoque. e.

vxorem vsu captam esse dicamus, etsi vere tres noctes abfuerit. Quæ res non est sine difficultate. Excipere tamen videtur Cicero in oratione pro L. Flacco, vt vxor quæ vsu in mariti manum conuenisset, tutorum auctoritate id faceret. Verba eius, quoniam ad hanc rem attinent infra scribam. Nam cum quereretur Sextilius Flaccum vxoris Valeriæ, quæ intestata mortua erat, hereditatem consecutum; propterea quod ei in manum conuenerat: *Nunc audio, inquit Cicero, sed quæ uo, utrum vsu, an coemptione? vsu non potuit; nihil enim potest de tui et legitima sine omnium tutorum auctoritate deminui. Coemptione? omnibus ergo tutoribus auctoribus in quibus certè Flaccum fuisse non dices.* Apud Arnobium lib. iv. aduersus gentes ita scribendum est: *Vxores enim dy habent, atque conugalialia fœdera condicionibus veniunt ante quesitus è vsu, farre, an coemptione genialis lectuli sacramenta conducunt? Habent speratas, habent passas, habent interpositis stipulationibus sponsas.* De hac in manum conuentione existimant quidam Papirianum locutum lib. xi. responforum. Sed tamen in Florentino libro ita scribitur: *Mulier ab eo, in cuius matrimonium conueniebas, stipulata fuerat ducenta, si concubina tempore matrimonij consuetudinem repetisset.* Cicero tamen in Topicis non vno in loco ea de re agit: *Si ita Fabiæ, inquit, pecunia legata est à viro, si ei materfamilias esset, si ea in manum viri non conuenerat, nihil debetur. Genus enim est vxor: eius due formæ, vna matrumfamilias; hæ sunt, quæ in manum conueniunt; altera earum, quæ tantummodo vxores habentur.* Alter locus est, qui ad orationem pro Flacco pertinet, ita enim scribit: *Cum mulier viro in manum conuenit; omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiant dotis nomine.* Manum autem non dubito hoc loco potestatem significare: nam vt Gellius lib. i v. & x v III. ait, vxores in manu mancipioque viri erant: atque ea de causa suspicior auctoritate tutorum opus esse, quoniam, vt Cicero pro L. Muræna scribit, mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse voluerunt. & quod addit, inuenisse iuriconsultos genera tutorum, quæ potestate mulierum continerentur, nescio an ad eosdem ipsos maritos pertineat; qui vt antea dictum est, ab vxoribus emebantur. quod Vergilius illo versu significare voluit:

Teque sibi generum Thetis emat omnibus vndis.

quod Nonius notat. Sed magis placet, vt eos tutores significet, qui arbitrato mulierum negotia gererent. In eadem oratione scriptum est, veteres, omnes mulieres quæ coemptionem facerent, Caias appellasse, quod ad Caiam Cæciliam rectè quidam referunt. Illud etiam notandum est, vxores quæ in manum conuenirent, capite deminui; quod Boethius tradit, cum Tulliana verba hæc interpretaretur: *Si ea mulier testamentum fecit, quæ se capite numquam deminuit, non videtur ex edicto Præt. secundum eas tabulas possessio dari.* quod propter perpetuam tutelam eodem idem Seuerinus scribit. Neque mirum est coemptione vxores capite minui, cum idem contingat emancipatis liberis, & adoptatis, qui eodem pacto per æs & libram venduntur. Ad has vxorum differentias Vlpianus lib. ii. de adulterijs respexisse visus est: *Plane, inquit, siue iniusta vxor fuit, siue iniusta, accusationem inslituere vir poterit. Nam & Sex. Cæcilius ait, Hæc lex ad omnia matrimonia pertinet, & illud Homericum adfert: Nec enim soli, inquit, Atride vxores suas amant. Et quoniam dictum est matresfam.*

L. ex ea parte
p. 1. de vct. obli.

al. ea. si vxor
materfamilias.

cap. 6.

Georg. lib. i.
Nonius ubi
supra.

l. si vxor. de
adul.

matresfam. esse, quæ in manu viri coemptione conueniant; ceteras vxores tantum esse: Gelliuslib. xviii. scribit inter matronam & matremfamilias id interesse, quod matrona ea proprie est quæ in matrimonium conuenit, etiam si liberos non habeat, dicta à matris nomine non adepto; materfam. ea solum est, quæ in mariti manu mancipioque est, aut in eius, in cuius manu mancipioque vir esset: quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, & in sui heredis locum venisset. Sex. Pompeius ait non ante vxores matresfam. dici, quam viri ear. patresfam. dicantur. neque viduas, neque eas, quæ sine filii essent, eo nomine appellari. Matronas eas esse quibus stolas habendi ius erat. Hic fortasse matronalis habitus appellatur ab Vlpiano lib. lxxvii. ad edictum. In nostro autem iure matresfamil. appellantur, quæ sui iuris sunt, item honestæ vitæ mulieres. Vlpianus lib. i. Institutionum: *Patresfamil. appellantur, qui sunt sui potestatis, siue puberes, siue impuberes. simili modo matresfamiliarum.* Idem lib. xlvii. ad edictum: *Patresfam. mortuo singuli singulas familias incipiunt habere.* Idem lib. lxx: *Neque nuptiæ, neque natales faciunt matresfamilias, sed boni mores.* Et lib. i. xxv. *Donec res iudicetur, feminam, prætextatam, eumque qui proxime prætextati ætatem accedet, interim apud matresfamilias, deponi Prætor iubet. Cum audis, inquit, matresfamilias, accipe nota auctoritatis feminam.* Sic etiam intelligendum est quod Iustinianus scribit, iniuriam committi, si quis matremfam. aut prætextatam, prætextatamve adfectatus fuerit. Sed vt ad vfucapionem reuertamur, ita existimamus legem xii. Tab. apud Gellium esse intelligendam, vt interrupta dicatur vfucapio, qua vxor in mariti manum conueniebat, si trinoctium intra cum annuui vxor abfuerit.

Alia lex vestibulum sepulchri, bustumve vfucapi vetat; vt Cicero lib. ii. de legibus refert. quod nos postea cum de sepulchris agemus, tractabimus.

Nunc de quinque pedibus videamus, de quibus magna controuersia est iuris interpretibus recentioribus. Et mihi Alciati præceptoris opinio placet, vt lege xii. Tabular. vfucapio inter quinque pedes non fuerit, sed quæstio de finibus. in qua ex lege Manilia singuli arbitri regundis finibus darentur; vt Cicero lib. i. de legibus scribit, etsi vulgares libri mendosi circumferantur; quod etiam Ildori lib. v. accidisse arbitror, in quo vt existimo, ita scribendum est: *Finium regundor. alio dicta eo quod per eam regantur fines utriusque ne dissipentur, dummodo angustiore quinque pedum loco ea controuersia sit.* Exstat hodie Constantini Imp. constitutio post Theodosianum Codicem collocata, cuius verba sunt hæc: *Si finalis controuersia fuerit, tunc demum arbiter non negetur, cum intra quinque pedes locum, de quo agitur, apud Præsidentem esse constiterit: cum de maiore spatio causa quædam non finalis, sed proprietatis est, apud ipsum Præsidentem debeat terminari.* Item Theodosij, Arcadij & Honorij ad Rufum P. P. cuius portio ab Iustiniano lib. i. i. c. Constitutionum refertur. Tota autem lex ita scripta fuit: *Cunctis motionibus & machinis amputatis finalibus iurgijs omnem modum, quem præscribimus, ac de eo tantum spatio, hoc est, pedum quinque qui veteri iure præscripti sunt, sine obseruatione temporis arbitros iustissimus indicare. Quod si loca in controuersiam veniant, solemniter indicare*

cap. 4.

Verb. Matresfamilie.

ver. Matronæ.

Litem apud Labconem. p. si quis virginis. de iure.

I non clod. de his qui sui.

L pronuntiation. p. famillæ. de verb. signifi.

L pronuntiation. p. i. co. l. in fine de liberis ex h. Instit. de iure p. i.

X I X.

X X.

cap. 29.

l. vii. C. de leg. 109.

cognoscas. Et Iulius Frontinus, quem alij Nypsum appellant, ita scribit: *Secundum legem Maniliam de finibus controversia est, cum de ea latitudine agitur, de loco autem, cum excedit quinque pedes.* Aggenus Vrbicus id ita interpretatur, vt de fine controuersiam quinque aut sex pedum latitudine præscribat. Quomiam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat, vel circumactus aratri. idque vsucapi non posse ait. Iter autem quod vsu biennij capitur, non id est, quo quis ad culturas peruenit. Hæc

L. quinque
pedum. C. e.

lib. a. de legi.

sunt hæc: *Quinque pedum præscriptione submota, finalis iurgij vel locorum libera peragatur intentio. vt si de finibus controuersia sit, nemo possit de eo solo, quod intra quinque pedes sit, præscriptionem opponere; quippe cum id vsucapi nequeat.* Verba autem Ciceronis sunt hæc: *Ex hac autem non rerum, sed verborum discordia, controuersia est nata de finibus; in qua quoniam vsucapionem xii. Tabula inter quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus: nec Manilia lege singuli, sed ex his tres arbitri fines regemus.* Quibus verbis illud significare voluit, Stoicis à veteribus Academicis verbis non rebus distare. quod idem pluribus verbis lib. iij. de finibus disputat. Itaque inter eos contentio parua de re esse videtur, quasi de finibus quos ex lege Manilia & illa veteri xii. Tab. intra quinque pedes, quod vsucapi nequit, constitutos animaduertimus. *Hanc igitur controuersiam nos tres, inquit, arbitri finium regundorum acutum illum hominem (Zenonem autem significat) depascere Academiæ possessionem non sinemus.* Tres autem, quos arbitros esse vult se, & Quintum fratrem & Pomponium Atticum, quos colloquentes inducit, significauit. Similis locus est, etsi sententia contrarius, in Lucullo, qui Academicus inscribitur. *Nam aut Stoicus constituitur, inquit, sapiens, aut veteris Academiæ. vtrumque non potest. Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio.* Hanc legem fortasse Caius interpretabatur, cum lib. iij. ad legem xii. Tabular. ita scribit: *Sciendum est in actione finium regundorum illud obseruandum esse, quod ad exemplum quodammodo eius legis scriptum est, quam Athenis Solonem dicitur tulisse.* Totâ deinde lex Græcæ conscripta est, quæ à Plutarcho etiam in Solonis vita refertur. *Vt si quis sepem suo prædio addiderit, fines non excedat; si maceriam aut parietem edificauerit, pedem relinquat vicino; si domum, pedes duos; qui sepulchrum aut fossam fodcrit, quantum ea alta erit, tantum spatij liberum relinquat. puti causa pedes sex, oleæ, aut ficus gratia nouem pedes, ob ceteras arbores quinque.* Ita enim in Tusco libro est, non duos. in quo Crinitus deceptus non est. Sed tamen quod idem ait, ad hosce quinque pedes Valentiniæ constitutionem pertinere, merito à præceptore nostro reprehenditur. Longe enim separatum est, quinque pedes radicibus arborum relinquere, & vt siue arbor, siue lapis, in confinio sit, iubere, vt quod ex alieno intra quinque pedes sit, nunquam vsucapi possit, sed de his controuersia de finibus, quocumque tempore moueri possit. Illud non negauerim fieri potuisse, vt aliqua de causa cum de altera re ageretur, hanc alteram Caius illi ad finem retulerit. Sed de his hæcenus. Ad finem est huic loco, quod Volusius Mæcianus lib. singulari de aße scribit, sestertertium dictum

i. vlt. D. fin.
168.

dicitum esse quasi semissem tertium, qui duobus assibus olim & semisse æstimabatur, vt apud Græcos ἐξ ἑξ ἡμιτέλιον sex talenta & semitalentum dicitur. *Lex etiam* xii. *Tabularum*. argumento, inquit, est, in qua duo pedes & semis festerius pes vocatur. Ita enim hæc scribenda esse lib. 11. Emendationum scripsimus. Hæc autem in verba xii. Tab. ex Sex. Pompeio ita interpretor, vt de ambitu ædium accipiantur, qui duorum pedum & semipedis latitudine erat inter ædificia vicinorum ad circumcundum relictus, vnde ambitus appellatur. Varro quoque scribit xii. Tab. interpretes ambitum parietis, circuitum esse dix. ssc. Eisdem legibus fortasse prohibebatur parietes in communi loco crassiores sesquipedem fieri, vt Vitruuius lib. 11. Plin. lib. x x v. scribunt.

Ver. Anobitus.

lib. 4. de ling. Lat. cap. 8. cap. 14.

Ad testamentor. iura veniendum est, qui locus est in nostris libris non leui manu tractatus. Et principio Plutarchus in Solonis vita scribit. Cum Athenis olim non liceret hereditates extra familiam testamento relinquere, atque adeo nulla iura testandi essent: is tulit, vt is qui liberos non haberet, liceret heredem extraneum facere, modo id nullo coactus malo, nullisque blandiciis, sed sanus atque valens sponte sua ita disponderet Eum secuti, vt opinor, Decemviri sunt, qui ita in Duodecim scripserunt: VTI LEGASSIT SVÆ REI ITA IVS ESTO, Quibus verbis, vt Pomponius scribit lib. v. ad Q. Mucium, latissima potestas tributa videtur & heredis instituti, & legata & libertates dandi, tutelæ quoque constituendi. Sed id interpretatio coangustatum est, vel legum, vel auctoritate iura constituentium. Iustinianus quoque lib. 11. Institutionum, lege xii. Tabularum liberam fuisse legandi potestatem ait, vt liceret vel totum patrimonium legatis erogare. ita enim in ea cautum erat, VTI QVISQVE LEGASSET SVÆ REI ITA IVS ESTO. Quod deinde lege Furia, & Voconia, & Falcidia coangustatum est. Sed & in Nouella xxii. eadem verba paululum immutata refert in hunc modum: VTI LEGASSET QVISQVE DE SVA RE, ITA IVS ESTO.

X XI.

I. verb. legis. de verb. sign.

Instit. de lege Falc. in p. 11.

Aush. de nupt. p. dispo. nat.

Quæ ita interpretari videtur Græce: Νομιθετότω ἕκαστος ἑαυτοῦ νόμος ἢ τὸν βουλῆ. Quæ ita vulgo vsurpari solent, Disponat testator de rebus suis, & erit lex. pro quibus melius legis vestustissimæ verba vsurparent. Theophilus tamen ira eandem legem interpretatur. Ὡς ἀνελγαυόσθαι καὶ δναυνοῦσθαι τὴν ἐν τῇ οἰκίᾳ ὑπερσσίαν, τὸ νόμος ἔστω. In vtriusque interpretatione illud animaduertendum puto, νόμον pro iure scriptum esse, quod aliis quoque locis vsurpatum scio. Ad hanc legem Vlpianus respexit, opinor, lib. 11. ad Leg. Iuliam & Papiam: *Lege, inquit, obuenire hereditatem non improprie quis dixerit, & eam que ex testamento defertur; quia lege* xii. *Tabularum testamentaria hereditates confirmantur*. Et Cicero lib. 11. de Inventione: *Lex est: PATRIMONIA SVT SVPER FAMILIA PECVNIAQVE SVA LEGAVERIT, ITA IVS ESTO*. Quæ etiam verba lib. 1. ad Herennium referuntur. Eodem fortasse pertinet quod libro primo de Oratore idem Cicero ait de eo milite qui testamento præteritus erat: *Tu si causam ageres militis, patrem eius, vt soles, dicendo à mortuis excitasses, flensque filium Centumviris commendasset, vt totum illud, VTI LINGVA NVNCVPASSIT, non in* xii. *Tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri carmine scriptum videretur.*

I. lege obuenire. de ver. sign.

XXII.
l. launi. et
cife.
l. ea quæ. C.
eo.

J. vbi C. de a-
ctio. here.
l. pacto fue-
rit. C. de
pact.

l. heredes. p.
an ea. lami.
et cife.

e. l. p. idem
iuris.

XXIII.
Instit. de he-
re. quæ. p. i.

l. in suis. de
test. & postu.

l. vlt. de bou.
dam.
l. i. & i. de
hered. peti-
tio.

l. liberorum.
de verb. sign.

Addit Caius lib. vii. ad edictum provinciale, familiaris cretiscundæ ac-
tionem ex lege xii. Tabul. proficisci: ut coheredibus volentibus à
communione discedere, ea actione res hereditariæ distribuerentur. Gor-
dianus tamen Pomponio rescripsit, quæ in nominibus sunt, non recipere
diuisionem, cum ipso iure in portiones ex lege xii. Tabul. diuisa sint.
Diocletianus quoque & Maximianus rescripserunt euidentissime duo-
decim Tabulas facere heredes obnoxios hereditariis creditoribus. Idem
rescripserunt non posse pacto successorum debitoris vnum eorum in
solidum obligari. quoniam lege xii. Tab. æs alienum hereditarium pro
portionibus singulos heredes creditoribus obliget, ipsoque iure inter
eos diuisum sit. Paulus vero lib. xxi. ad edictum scribit, cum stipula-
tionem, qua singuli heredes in solidum habent actionem, veluti si is qui
viam, iter, actum stipulatus erat decesserit; per hanc legem non diuidi.
Sed si pecunia promissa sit à testatore, adiecta pœna, si non soluerit, hæc
obligatio per legem duodecim Tabularum diuiditur. Hæc ad extraneos
heredes solent pertinere.

De suis & necessariis Iustinianus scribit: *Sui autem & necessarij heredes
sunt veluti filius, filia, nepos, neptis ex filio, & deinceps ceteri, qui in pote-
state morientis fuerint, modo non nepotis pater in potestate sit.* Sui autem
heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt, & viuo quoque
patre quodammodo domini existimantur. Necessarij, quia omnino siue
velint, siue nolint, tam ab intestato, quam ex testamento ex lege xii.
Tab. heredes sunt. Prætores tamen eis hereditate abstinere permisere-
runt. Ex his apparet Solonis legem Decemuiros esse secutos, ut liberis
deberetur hereditas, ceteris lucro esset. Quamobrem Paulus lib. i. ad
Sabinum scribit: *In suis heredibus euidentius apparet continuationem eo-
rum perducere, ut nulla videatur hereditas fuisse; quasi olim hi domini es-
sent, qui etiam viuo patre quodammodo domini existimantur. Itaque post
mortem patris non hereditatem, inquit, percipere videntur, sed magis libe-
rans honor. administrationem consequuntur. Hac ex causa licet non sint he-
redes; instituti, domini sunt.* Hæc ille: quibus consentanea sunt quæ libro
singulari de portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur, scribit. Ad
hanc vero legem fortasse pertinet quod Caius lib. vi. ad edictum pro-
uinciale, & Vlpianus lib. x. v. ad edictum scripserunt, licet ea Iustinianus
lib. v. Digestor. non satis apte coniunxerit. Hæc enim sunt Cai verba in
Florentino libro: *Hereditas ad nos pertinet aut veteri iure, aut nouo. Ve-
tere è lege xii. Tabularum vel ex testamento, quod iure factum est.* Vlpiani
hæc: *Siue suo nomine, siue per se, siue per alios effecti sumus.* Deinde Cai
verba adscribuntur, quibus exempla duo addit, quibus per alios heredes
efficiamur; ceteraque verba, quæ principio referebantur, sequuntur: *Vel
ab intestato forte quod sui heredes, &c.* Ego vero existimo Vlpianum tres
casus testamentariæ successionis ex lege duodecim Tabularum conscrip-
sisse: siue quis suo nomine (hoc autem ad sui heredis ius pertinere ar-
bitror) siue per se, cum extraneus institutus est; siue per alios, seruos puta
aut filios, heres effectus esset. Mendum tamen in illis verbis inesse non
dubitauerim. Suorum mentionem fieri in Duodecim ex Callistrati ver-
bis constat libro i. quæstionum: *Liberorum, inquit, appellatione nepotes,
& pronepotes, ceterique qui ex his descendunt, continentur. Hos enim omnes
suor.*

suor. appellatione lex XII. Tab. comprehendit.

Suos autem ab intestato primos ex eadem lege vocari Iustinianus scribit lib. I. I. Instit. & Caius lib. VI. ad edictum provinciale ait ex lege XII. Tab. ab intestato ad nos hereditatem pertinere, forte quod sui heredes defuncto sumus vel adgnati, vel ex aliis causis, qua illic referuntur. Suos autem Iustinianus appellat, ut supra dictum est, eos qui in potestate defuncti erant, nunc vero sui iuris sunt, in quibus adoptiui numerantur. Emancipati sui heredes non sunt, quoniam in potestate parentis esse desierunt, qua de causa nullo iure ex Duodecim vocantur; Prator tamen eis bonorum possessionem unde liberi præstitit, ut Iustinianus scribit. Nepotes vero tum lex duodecim Tabularum vocat, cum filio mortuo, aut alio pacto à medio sublato, is in potestate reperitur. Succedit autem cum filiis nepos huiusmodi, quod euidenter in Duodecim caueri Diocletianus Frontoni rescripsit. Idem Marcellæ rescripsit postumum suum potiore forore consanguinea esse ex ordine legis duodecim Tabularum. Qua de causa Iustinianus scribit: *Postumi quoque qui si viuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt.* & Vlpianus lib. XI. v. ad Sabinum: *Usique & ex lege XII. Tabularum ad legitimam hereditatem is qui in utero fuit, admittitur, si fuerit editus. Inde solet remorari insequentes sibi adgnatos, quibus præfertur, si fuerit editus.* Addit Vlpianus, quod propter eandem legem addi existimo: *Post decem menses mortis natus non admittitur ad legitimam hereditatem.* Namque Gellius lib. I. I. scribit Decemuiros in decimo mense gigni hominem non in vndecimo scripsisse, & si is exempla tradat mensis vndecimi partus, quem Iustinianus Nouella XXXIX. detestatur, Decimus mensis à veteribus frequentior esse ad partum credebatur, inde illud ortum est:

Matri longa decem tulerant fastidia menses.

Sed & Ouidius de anno Romuli mensium decem:

*Quod satis est, utero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.*

Hinc in Aquiliana formula apud Sæuolam lib. VI. quaestionum: *Si filius meus viuo me morietur, tunc si quis mihi ex eo nepos, siue qua neptis post mortem meam in decem mensibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus nata erit; heredes sunt.* Et in Iustiniani constitutione lib. VI. Constitutionum: *Si filius vel filia intra decem mensium spatium post mortem meam editi fuerint, heredes sunt.* Paulus autem lib. IV. sententiarum ita scribit: *Septimo mense natus matri prodest, ad ius liberorum. Ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno, aut decimo mense partus maturior videatur.* Quod etiam Alexander Aphrodisiensis, siue quis alius, in problematibus scribit. De eisdem numeris mentio fit à Cicerone lib. III. de natura deorum. & à Macrobio in somnio Scipionis, & ab Aurelio Augustino apud Gratianum. De septimo autem mense Hippocrates in libro de septimestri & octimestri partu scribit CLXXI. die partum legitimum nasci posse, quod Vlpianus refert. Et Paulus lib. decimonono responsorum scribit septimo mense nasci perfectum partum receptum esse propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis. Scribit Herodotus libro VI. Aristonem Lacedæmonior,

XXIV.
L. I. de her.
quæ ab inte-
sta p. 3
L. I. & I. de he-
re. pesu.

p. emancipa-
ti, de her. quæ
ab int.

p. VI. eo.

L. J. C. de suis
& legiti.
I. 4. eo.
p. postum.
de her. quæ
ab int.
L. intestato. p.
VI. de suis &
legi.

p. VI. e. I.

c. p. 16.

Aut. de resti-
tu. & ea quæ
parit.

Virg. Eclog.
lib. I. Fast.

L. Gallor. in
p. inc. de his
& post.

l. VI. C. de po-
stu. her. e.
Tit. 8.

c. non obser-
uatis 26. q. 7.

L. intestato. in
fine. de suis
& legi.
L. septimo. de
h. h. h. m.

Regem, cum ei nuntiatum esset ante decem menses exactos, quam uxorem duxerat, eam filium peperisse, iurasse apud Ephoros non esse suum. Id cum filio Demarato Regi postea nocuisset; matrem dixisse ait Aristonem stulte fecisse. Neque enim semper mulieres decimo mense partum edere, sed & septimo, quod tum ei euenerat, & nono. Sed nos ad legitimum hereditatem reuertamur.

XXV.
In tit. de legi.
adgn. succ. in
prin.

Le pronuntiat
io in pri. de
verb. signifi.

It. ff. de succ.
cognat. in fi.
l. in vulgari
in prin. de
verb. signi.
klegens. Tab.
l. vl. C. de leg.
her. in lit. de
exh. lib. p. f. d
hæc quidem
& de leg. ad
gn. suc. p. &
hæc quidem
atque alib.
Instit. de S.
C. Orphi. p.
sciendum. &
de iure cog.
in pri. & leg.
adgn. tut. in fi.
l. capitis de
suis & legit.
¶ I inter ad
gnatos. vnde
leg. Instit. de
leg. adgn. tut.
p. o.
I. fontem autem
de legit. tut.
Auct. de her.
ab intest. vl.
p. nullo m.

XXVI.
Instit. de succ.
liberti in pri.
l. i. & de her.
re. per. i. o.

¶ Hæc inter
gesta. in fine
de verb. signi.
Le pronuntiat
io p. l. co.

Si nemo suus heres, vel eorum, quos inter suos heredes Prætores vel constitutiones vocant, existat, qui successionem quoquomodo amplectatur; Iustinianus ait ex lege x i i, Tabul. ad agnatum proximum pertinere hereditatem. Quis autem adgnatus sit, in tutelis diximus. M. Cicero lib. i i. de inuentione: *Lex est, inquit, Si pater familias intestato moritur, familia pecuniaque eius adgnator. gentiliumque esto.* Hæc autem verba in Duodecim non fuisse arbitror, sed illa quæ Vlpianus refert lib. x i. v i. ad edictum: *Familia, inquit, appellatio in res & in personas diducitur, In res, vt puta in lege x i i. Tab. his verbis: ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO.* Vocantur autem omnes ex hac lege, & si decimo gradu proximus ille adgnatus sit, admittitur, quod non ita est in cognatis, quos Prætores vocant; qui septimo gradu circumscribuntur, vel potius sexto. namque ex septimo solus sobrino sobrinave natus admittitur. Proximus autem in Duodecim habetur ille etiam qui solus est, vt Pomponius lib. i i. ad Sabinum scribit. Masculor. vero & feminar. nulla erat ex hoc iure differentia; quod Iustinianus permultis locis testatur; quod postea immutatum esse moleste fert. Item capitis deminutione adgnationis ius tollitur, quod ex Duodecim descendit; illa autem hereditates, quæ nouo iure competunt, vt ex S. C. Tertulliano & Orphitiano, capitis deminutione non pereunt, vt Iustinianus scribit; Prætor tamen tanquam cognatos eos vocat. Inter adgnatos enim & cognatos hoc interest, vt Modestinus libro tertio Pandectarum scribit, ¶ quod in adgnatis & cognati continentur, in cognatis non vtique & agnati verbi gratia, Patris frater, id est Patruus, & adgnatus est & cognatus: matris autem frater id est amniculus, cognatus est, adgnatus non est. Qua de causa Iustinianus lib. i. Instit. adgnatos esse definit cognatos per virilis sexus cognationem coniunctos: quamuis in Cai definitione cognati non appellentur. Hæc tamen omnia Iustiniani legibus abrogata sunt, & ex Nouella ex x v i i i. nulla est adgnatorum & cognatorum differentia, nulla quoque emancipationis & patris potestatis, sed ab intestato illis personis defertur hereditas, quæ ea constitutione enumeratæ sunt.

De patronorum successione Iustinianus scribit, ita demum legem x i i. Tabularum ad hereditatem liberti vocasse patronum, si intestatus mortuus esset libertus herede suo nullo relicto. & Caius lib. v i. ad edictum prouinciale scripsit hereditatem ad nos pertinere ex lege x i i. Tabular. ab intestato forte quod sui heredes defuncto sumus, vel adgnati, vel quod manumissimus defunctum, & quodve patens noster manumiserit. Nam hi quoque quos parentes manumiserint, nostros libertos esse dicimus, vt idem Caius lib. x x i v. scribit. Quamobrem in hanc rationem Vlpiani verba accipiemus lib. x i. v i. ad edictum: *Ad personas, inquit, refertur familia significatio ita cum de patrono & liberto loquitur lex (de x i i. autem Tabulis loquebatur) Ex ea familia, inquit, in familia.*

FAMILIAM.

FAMILIAM. & hic, inquit, de singularibus personis legem loqui constat. Quæ verba exiitimo de libertorum successione intelligenda, vt bona ex liberto in dominum veniant; vel vt ex parente in filium ius patronatus perducatur. Cetera quæ ad libertorum successione[m] pertinent ex Prætorum edicto, ex lege Papia, & ex Iustiniani Græca constitutione quæ non existat, sub titulo de successione libertorum lib. 111. Institutionum cognoscuntur. Nos reliqua persequamur.

Et quoniam veteres nullam obligationem firmiorem emptione & venditione existimabant, de ea quid in XII. scriptum esset videamus. Et Iustinianus scribit lib. 11. Instit. *Venditæ res & traditæ non aliter emptori acquiruntur, quam si is venditori pretium soluerit, vel alio modo ei satisfecerit, vel uti ex promissione aut pignore dato. Quod quamquã canetur, inquit, ex lege XII. Tabularum tamen recte dicitur & iure gentium, id est iure naturali, id effici.* Idem libro tertio scribit emptionem & venditionem contrahi simul atque de pretio conuenerit. Pretium autem in numerata pecunia consistere oportere. Pecunia initio Urbis rudi ære constabat. Quamobrem libra opus erat, vt pretium solueretur: neque enim signatis nummis utebantur. Prinius Seruius Rex signauit æs; argentum quinque annis ante primum bellum Punicum signatum est, post LXII. annos aurum, vt Plinius lib. XX XII. scribit. Æs autem illud, quo XII. Tab. tempore utebantur, æs graue appellabatur, propterea quod asses tum libram penderent qui ad semuncias Papiria lege uenerunt. Quamobrem Vlpianus lib. 1. ad Sabinum scribit: *Etiam auteos nummos æs dicitur.* Ab eo nummorum pondere, vt Plinius ait, expensa in rationibus dicuntur, item impendia, & dependere, & militum stipendia, cuiusque stipis ponderandæ pensatores libripendes. & ob eam consuetudinem ponderandæ pecuniæ in earum rer. emptionib. quæ mancipi sunt libra interponitur. Mancipi res, vt Seuerinus Boëthius ait, sunt quæ ita abalienantur, vt abalienatio per nexus fiat solemnitate[m], neque aliter per leges XII. Tabularum alienari possunt. Nexus autem solemnitate[m] ex Caio lib. 1. Institutionum ostendit, cuius verba sunt hæc: *Est autem mancipatio, vt supra quoque indicauimus, imaginaria quadam venditio, quod ipsius ius proprium Romanorum est ciuium, eaque res ita agitur. Adhibitis non minus quam quinque testibus Romanis ciuibus puberibus, & præterea alio eiusdem conditionis qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens: is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit; Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, is que mihi emptus est hoc ære, aeneaque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco.* Ceteræ autem res, quæ sui iuris sunt, nec mancipi dicebantur. In iure quoque res mancipi cedebantur in hunc modum, vt Caius scribit. Apud magistratum populi Romani, vel Præto[re]m vel prouinciæ Præsidem, is cui res in iure cedebatur, rena tenens ita vindicabat: *Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio.* Prætor tunc interrogat eum qui cedit, an contra vindicet; eoque negante aut tacente, ei qui vindicaucrit, eam rem addicito, idque legis actio vocabatur. Ita pleno iure duobus his modis res in alterum transferebatur. Quamobrem Cicero in Topicis abalienationem esse definit eius rei, quæ mancipi est, aut traditionem alteri nexu, aut in iure cessionem, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

XXVII.

Instit. de rer. diuin. p. venditæ.

Instit. de emp. & vend. in prin. & p. tit. pretium.

cap. 1.

L. tit. de verbor. signi.

d. lib. 31.

Regem, cum ei nuntiatum esset ante decem menses exactos, quam suorum duxerat, eam filium peperisse, iurasse apud Ephoros non esse suum. Id cum filio Demarato Regi postea nocuisset; matrem dixisse ait Aristonem stulte fecisse. Neque enim semper mulieres decimo mense partum edere, sed & septimo, quod tum ei euenerat, & nono. Sed nos ad legitimam hereditatem reuertamur.

Si nemo suus heres, vel eorum, quos inter suos heredes Prætores vel constitutiones vocant, existat, qui successionem quoquomodo amplectatur; Justinianus ait ex lege xli. Tabularum agnatum proximum pertinere hereditatem. Quis autem agnatus sit, in tutelis diximus. M. Cicero lib. 11. de inuentione: *Lex est, inquit, Si paterfamilias intestato moritur, familia pecuniaque eius agnatorum gentiliūque esto.* Hæc autem verba in Duodecim non fuisse arbitror, sed illa quæ Ulpianus refert lib. XLVI. ad edictum: *Familia, inquit, appellatio in res & in personas diducitur, in res, ut puta in lege XII. Tab. his uerbis: ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO.* Vocantur autem omnes ex hac lege, & si decimo gradu proximus ille agnatus sit, admittitur, quod non ita est in cognatis, quos Prætores vocant; qui septimo gradu circumscribuntur, vel potius sexto. namque ex septimo solus sobrino sobrinave watus admittitur. Proximus autem in Duodecim habetur ille etiam qui solus est, ut Pomponius lib. 1. ad Sabinum scribit. Masculorum. uero & feminarum nulla erat ex hoc iure differentia; quod Justinianus per multis locis testatur; quod postea immutatum esse moleste fert. Item capitis deminutione agnationis ius tollitur, quod ex Duodecim descendit illa; autem hereditates, quæ nouo iure competunt, ut ex S. C. Tertulliano & Orphitiano, capitis deminutione non percutiunt, ut Justinianus scribit; Prætor tamen tanquam cognatos eos uocat. Inter agnatos enim & cognatos hoc interest, ut Modestinus libro tertio Pandectarum scribit, quod in agnatis & cognatis continentur, in cognatis non utique & agnatis uerbi gratia, Patris frater, id est Patruus, & agnatus est & cognatus: matris autem frater id est auunculus, cognatus est, agnatus non est. Quia de causa Justinianus lib. 1. Instit. agnatos esse definit cognatos per uirilium sexus cognationem coniunctos: quamuis in Cai definitione cognati non appellentur. Hæc tamen omnia Justiniani legibus abrogata sunt, & ex Nonella cxxviii. nulla est agnatorum & cognatorum differentia, nulla quoque emancipationis & patriæ potestatis, sed ab intestato illis personis defertur hereditas, quæ ea constitutione enumerata sunt.

De patronorum successione Justinianus scribit, ita demum legem xli. Tabularum ad hereditatem liberti uocasse patronum, si intestatus mortuus esset libertus herede suo nullo relicto. & Caius lib. vi. ad edictum prouinciale scripsit hereditatem ad nos pertinere ex lege xli. Tabularum. ab intestato forte quod sui heredes defuncto sumus, uel agnati, uel quod manumissimus defunctum, quodve parens noster manumiserit. Nam hi quoque quos parentes manumiserint, nostros libertos esse dicimus, ut idem Caius lib. xxiv. scribit. Quamobrem in hanc rationem Ulpiani uerba accipiemus lib. xi. vi. ad edictum: *ad personas, inquit, refertur familia significatio ita cum de patrono & liberto loquitur lex (de xli. autem Tabulis loquebatur) EX EA FAMILIA, inquit, IN FAM*

FAMILIAM.

XXV.
Instit. de legi.
adgn. iure in
priu.

Leptonuntia-
tio in pri. de
uerb. signifi.

Instit. de succ.
cognat. in
l. in uulgari-
in priu. de
uerb. signifi.
l. leges. Tab.
l. vi. C. de leg.
her. Instit. de
exhib. p. sed
hæc quidem
& de leg. ad
gn. iure. p. &
hæc quidem
atque alib.
Instit. de S.
C. Orphi. p.
sciendum. &
de succ. cog.
in pri. & leg.
adgn. iure. in
l. capitis de
iure & legi.
† Inter ag-
natos. unde
leg. Instit. de
leg. adgn. iure.
p. &
l. si nemo autem
de legi. iure.
Auct. de her.
ab intest. uerb.
p. null m.

XXVI.
Instit. de succ.
liberti in pri.
l. & p. de her.
et priu. o.

l. si nemo inter
gesta in fine.
de uerb. signifi.
Leptonuntia-
tio p. l. co.

FAMILIAM. & hic, inquit, de singularibus personis legem loqui constat. Quæ verba existimo de libertorum successione intelligenda, vt bona ex liberto in dominum veniant; vel vt ex parente in filium ius patronatus perducatur. Cetera quæ ad libertorum successione[m] pertinent ex Prætorum edicto, ex lege Papia, & ex Iustiniani Græca constitutione quæ non exstat, sub titulo de successione libertorum lib. 11 l. Institutionum cognoscentur. Nos reliqua persequamur.

Et quoniam veteres nullam obligationem firmiorem emptione & venditione existimabant, de ea quid in XII. scriptum esset videamus. Et Iustinianus scribit lib. 11. Instit. *Vendita res & tradita non aliter emptori adquiruntur, quam si is venditori pretium soluerit, vel alio modo ei satisfecerit, veluti ex promissore aut pignore dato. Quod quamquæ cauetur, inquit, ex lege XII. Tabularum tamen recte dicitur & iure gentium, id est iure naturalis, id effici.* Idem libro tertio scribit emptionem & venditionem contrahi simul atque de pretio conuenerit. Pretium autem in numerata pecunia consistere oportere. Pecunia initio Urbis rudi ære constabat. Quamobrem libra opus erat, vt pretium solueretur: neque enim signatis nummis utebantur. Primus Seruius Rex signauit æs; argentum quinque annis ante primum bellum Punicum signatum est, post LXII. annos aurum, vt Plinius lib. XX XII l. scribit. Æs autem illud, quo XII. Tab. tempore utebantur, æs graue appellabatur, propterea quod asses tum libram penderent qui ad semuncias Papiria lege venerunt. Quamobrem Vlpianus lib. 1. ad Sabinum scribit: *Etiam aureos nummos as dicimus.* Ab eo nummorum pondere, vt Plinius ait, expensa in rationibus dicuntur, item impendia, & dependere, & militum stipendia, eiusque stipis ponderandæ pensatores libripendes. & ob eam consuetudinem ponderandæ pecuniæ in earum rer. emptionib. quæ mancipi sunt libra interponitur. Mancipi res, vt Seuerinus Boethius ait, sunt quæ ita abalienantur, vt abalienatio per nexus fiat solemnitate[m], neque aliter per leges XII. Tabularum alienari possunt. Nexus autem solemnitate[m] ex Caio lib. 1. Institutionum ostendit, cuius verba sunt hæc: *Est autem mancipatio, vt supra quoque indicauimus, imaginaria quadam venditio, quod ipsum ius proprium Romanorum est ciuium, eaque res ita agitur. Adhibitis non minus quam quinque testibus Rom. ciuibus pnbetibus, & præterea alio eiusdem conditionis qui libram aneam teneat, qui appellatur libripens: is qui mancipium accipit, as tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, is que mihi emptus est hoc ære, aneaque libra. Deinde ære percutit libram, idque as dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco.* Ceteræ autem res, quæ sui iuris sunt, nec mancipi dicebantur. In iure quoque res mancipi cedebantur in hunc modum, vt Caius scribit. Apud magistratum populi Romani, vel Præto[re]m vel prouinciæ Præsidem, is cui res in iure cedebatur, rem tenens ita vindicabat: *Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio.* Prætor tunc interrogat eum qui cedit, an contra vindicet; eoque negante aut tacente, ei qui vindicauerit, eam rem addicit, idque legis actio vocabatur. Ita pleno iure duobus his modis res in alterum transferebatur. Quamobrem Cicero in Topicis ab alienationem esse definit eius rei, quæ mancipi est, aut traditionem alteri nexu, aut id iure cessionem, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

XXVII.

Instit. de rer. diuin. p. venditæ.

Instit. de emp. & vend. in prin. & p. tit. pretium.

cap. 3.

L. tit. de verbor. signi.

d. lib. 39.

Quod si res quæ mancipi est, sine his solemnitatibus tradatur, abalienari non poterat, nisi ab eo, cui tradebatur, usucaperetur. Imaginariam autem venditionem Caius appellat illam mancipationem, ut Iustinianus quoque libro secundo Institutionum appellat. Namque cum duo olim testamentorum genera fuisse retulisset, quorum altero in pace atque otio utebantur, quod calatis comitiis appellabant, altero cum in prælium exituri essent, quod procinctum dicebatur: *Accessit*, inquit, *tertium genus testamentorum, quod fiebat per as & libram, scilicet quod per emancipationem, id est imaginariam quandam venditionem agebatur, quinque testibus & libripende civibus Romanis puberibus presentibus, & eo qui familia emptor dicebatur.* Is autem emptor hereditatem emebat, & eam consequabatur testatore mortuo. Quod ne ita exploratum esset ac certum quis heres futurus esset, familiarum quidem emptor adhibebatur dicis causa, sed alter heres scribebatur, ut Theophilus ait. Cuius opinio Iustiniani auctoritate fulciri potest, qui solitos veteres scribit familiarum emptorem, & eos qui per potestatem ei coniuncti essent, à testamentariis testimoniis repellere, non etiam heredem, & eos qui in heredis potestate essent. Idem Iustinianus scribit emancipationem olim fieri solitam per imaginarias venditiones, & intercedentes manumissiones: quod alio loco retulimus. Qua de causa Alciatus noster & Vigilius, quod Ulpianus libro vicesimo primo ad Sabinum scribit imaginariam venditionem non esse pretio accedente: in eandem rationem interpretantur. Vno enim nummo addicebantur, quæ ita venderentur. Pomponius lib. viii. ad Q. Mucium: *Si usufructus fundi, cuius proprietatem mulier non habebat, dotis nomine mihi à domino proprietatis detur; difficultas erit post divortium circa reddendum ius mulieri. Quidam ergo remedium loco recte putauerunt introducendum, ut vel locet hunc usufructum mulieri maritus, vel vendat nummo uno; ut ipsum quidem ius remaneat penes maritum, perceptio vero fructuum ad mulierem pertineat.* Et licet huiusmodi locatio, ceteris casibus improbata sit (namque Ulpianus ait lib. l. x. ad edictum: *Si quis conduxerit nummo uno conductio nulla est, quia & hoc donationis instar inducit.*) venditio tamen, ut antea dixi, in multis aliis rebus frequentabatur, ut in fideicommissariis quoque hereditatibus. Nam quod Iustinianus lib. i. Instit. ait, si quis totam hereditatem restitueret, emptæ & venditæ hereditatis stipulationes interponi solitas: id ex Theophili Græcis instituit. ita accipiendum est. Apud veteres ante S. C. Trebellianum, posteaquam iussit Augustus Consulibus ut in fideicommissis auctoritatem suam interponerent, qua de causa Prætor proprius creatus est, quem fideicommissarium appellabant (quanquam duos Prætores Claudius instituit, sed alterum Diuus Titus detraxit) in hunc modum is qui de tota hereditate restituenda rogabatur, sibi consulebat. Namque per imaginariam venditionem uno nummo, ut Theophilus ait, hereditatem fideicommissario vendebat: atque ita stipulationes emptæ & venditæ hereditatis iure interponebantur, post Trebellianum quoque & Pegasus S. C. si nollet quartam retinere. Apud Paulum etiam reperio lib. i. sententiarum scriptum esse, inter virum & uxorem contemplatione donationis imaginariam venditionem contrahi non posse. quod minime mirum est, cum Ulpianus lib. v. i. disputationum scribat,

Instit. de testa.
in princ.

Instit. eod. p.
sed neque.

Instit. quibus
mo. ius p. p.
sol. p. præter
ea.
Imaginaria.
de diuer. reg.
iur.

L. si usufructus.
de iur.
dot.

L. si quis con-
duxerit. loc.
l. si quis ante.
in fin. de ad-
quir. poss.
Instit. de fi-
deicom. he-
red. p. ergo.
Instit. eod. in
pr. & de co-
dic. in princ.
L. i. p. capta.
de ori. i. iur.

L. si quis do-
nationis. de
contra. emp.

scribat,

scribat, Inter virum & vxorem donationis causa pretio viliore venditionem nullius momenti esse, quamuis inter ceteros valeat, nisi vniuersa venditio donationis causa facta sit. Quibus verbis hæc quoque imaginaria venditio labefactari videtur. Multo etiam magis Modestini verbis lib. v. regular. *Contractus*, inquit, *imaginarij etiam in emptioibus iuris vinculum non obtinet, cum fides facti simulatur, non intercedente veritate.* Item Pauli lib. ii. ad edictum Edilium Curulium: *Nuda & imaginaria venditio pro non facta est: & ideo nec alienatio eius rei intelligitur.*

l. contractus de oblig. & actio.

l. ni da de co. trah. emp.

l. vn. C. de nu. do iure Quiri. tol. l. vn. Co. de vsuc. tranfor. Inst. de re di. ni. p. per traditionem. l. de mate. nis. in Cod. Theod.

d. l. vn. de v. si. ca. transf. p. c. a. item.

l. j. Co. de castren. pecu. lib. ii.

l. i. C. de suscepto. præp. & arca. lib. io.

l. cum oportet. p. cum autem de bon. quæ lib.

l. j. C. de executio. lib. ii. l. pereni. de pigno. actio.

l. statulibe l. de statulib.

Denique Iustiniani constitutiones exstant duz lib. vii. Constitutionum, quibus inter dominium, quod pleno iure ex iure Quiritium veniebat, & id quod in bonis dicitur, item inter res diuidi, mancipi, & nec mancipi, stipendiarias & tributarias, Italici soli, aut provinciarum nulla differentia est. De pleno iure in lege Iunia Norbana diximus. De rebus autem diuidi fortasse Constantini constituto mentionem fecit lib. Theodosianar. constitutionum, quas existimo diuidi esse appellatas, quod diuidi possint, vt res mancipi quæ mancipatione ab alienari, res nec mancipi, quæ alienari non possent. Quod vero Budeus doctissimus vir & antiquitatis peritissimus, à quo per multa in hunc libellum transfulimus, ait; nexum in Iustiniani constitutione, ad vetera nexa esse referendū, neque id alio loco in nostris libris reperiri; non facile adfentior. Verba enim eius legis sunt hæc: *Vsucapionē extendebant non tantum in Italico solo nexu, sed in omnē terrar. orbem.* Sed arbitror nexū pro dicecchi, aut pecunia, aut vt idem dicere solet, tractū esse vsurpatum; quod nescio, an alio loco reperiat: aut si obligationem & vinculum significat, quod alios vsurpasse ostendam, non illam veterem mancipationem respexit. Quæ si facta esset, vt Scuerinus ait, vsucapione opus non erat, nisi forte Iustinianus ea solū vsucapi posse credidit, quæ nexu tradita essent. translatione tamen vsum non negauerim, vt Alexandrū Imp. *Errat qui tibi persuasit; quod nexu paternæ potestatis iure sacramenti solutus es.* & Antoninus: *Ipse securitatem debitæ cōmissi nexu liberatus cum emolumentis accipiat.* & Iustinianus, *Nexu paterno per emancipationem liberentur.* Quodq; durius est in Theodosij constitutione: *Per vicarios officior. ligatus ferreis nexib. cura provincialis officij ad debitū mittatur examē.* Quod tamē defendi potest ex his quæ in Petillia lege diximus. Sic Vlp. lib. vi. opinionum: Petenti mutuum pecuniam creditori, cū ad manū debitor non haberet, species auri dedisse scribit, vt pignori apud alium creditorem poneret: easque voluntates domini nexas esse ait. Aliorum libror. exemplis abstinemus, ne longiores sinus Illud in summa tenendum est ex duodecim Tabulis venditionem mancipationēque mansisse, qui modus legitimus alienationis habebatur. quæ de causa eo utebantur in emancipationibus & adoptionibus & matrimoniis, quæ per coemptionem fiebant, & testamentis, quæ per æs & libram dicuntur, in cæteris denique alienationibus atq; contractibus, quæ firmissima esse voluerūt. Cuius locum postea stipulationes occuparunt, de quibus alius erit scribendi locus. Quod vero docti aliquot viri scripserunt, quod Aristo ait legem x i i. Tab. emptionis verbo omnem alienationem fuisse cōplexam, ad hanc emptionem imaginariam pertinere: non facile mihi persuaserint. Quæ de re quid ipse sentiam, capitū quinto dictum est.

x. viii.

M. Cicero lib. III. Officiorum scribit, saneitum esse iure civili, vt in prædiis vendendis vitia etiam dicerentur, quæ noua essent venditori. Nam cum ex xii. Tabulis, inquit, satis esset cautum ea præstari, quæ essent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret; à iureconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Prædium autem iuriconsultorum more Cicero appellat tam vrbicum, vt ædes, quam rusticum, vt ager, siue fundus. Ob hanc legem idem in oratione pro L. Muræna Cos. designato ait; Quod si in his rebus repetendis quæ mancipi sunt, is periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit; profecto etiam relictus in iudicio Consul designatus is potissimum Consul, qui Consulem declarauit, auctor beneficij Pop. Rom. defensorque periculi esse debet. Quæ de causa, vt Budæus notat, non facile solebāt mancipio dare, nisi qui præstare possent, quod lingua nuncupassent. M. Varro lib. II. de re rustica ita scribit: Dominum legitimum sex feretes perficiunt; si hereditatem instam adit; si, vt debuit, mancipio ab eo accepit, à quo iure civili potuit; aut si in iure cessit, qui potuit cedere & id vbi oportuit; aut si suscepit, aut si è præda sub corona emit, tum ve cum in bonis sectione ve cuius publice venit. Addit id, quod non facile nostri concedant: In seruor. emptione solet accedere peculium, aut si excipiet, stipulatio intercedere, Sanum eum esse, furtis noxisque solutum. aut si mancipio, inquit, non datur, dupla promitti, aut si ita pacti, simpla. At in nostris libris apud Vlpianum lib. I. ad edictum Ædiliū Curiliū: Adediles aiunt, Qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quid morbi vitij ve cuique sit, quis fugitiuus, error vesit, noxa ve solutus nō sit, eademq;

c. p. 10.

l. i. in prin. de
Æd. ed.

l. j. de euic.

l. i. eo.

l. i. de a. d. i. o
empt.

omnia cum ea mancipia veniunt, palam recte pronuntiatio. De peculio seruor. contra Paulus lib. x. ad Sabinum scribit: In venditione serui peculium semper exceptum esse intelligitur. De dupla idē ait lib. v. Si dupla non promittitur: ut, & eo nomine agatur, dupli cōdemnatus est reus. Quibus verbis Varronis verba confirmantur, duplam ipso iure præstare debere venditorem, nisi de simpla actū sit. De edibus vero Vlp. lib. xxv. l. i. ad Sabinū scribit: Vēditor si cum sciret deberi seruitutē, calauit, non euadet ex empto actionē, si modo eam rē emptor ignorauit. Omnia enim quæ cōtra bonam fidem fiunt, veniunt in empti actionē. Id est quod Cic. ait reticentiæ pœnā esse constitutā, & quod antea ex ædico Ædiliū retulimus. Eisdem Vlp. verbis ea cōtrouersia tollitur, quā idem Cic. lib. de Oratore, & lib. III. de Officiis refert. M. Marius Gratidianus C. Sergio Oratē quem etiam Auratam appellat, ædes vendiderat, quas ab eodem paucis ante annis emerat; in mancipij lege Marius ædes seruire non dixerat, quas seruire cōstabat. L. Crassus Sergij nomine egit, vt quod vitij venditor sciēs num dixisset, præstaret. M. Antonius Marium defendebat, cum id vitium ignoratum Sergio non fuisset, non esse deceptum. Cuius defensio Vlpiano æquior visa est, tum enim teneri venditorem ait, cum emptor ignorauit. Non enim, inquit, videtur esse celatus, quid scit: neque certiorari debuit, qui non ignorauit.

x. x. x.

c. p. 4.

De furtis apud Macrobiū lib. I. Saturnalior. lex XII. Tabular. refertur. in hæc verba: SI NOX FVRTVM FACTVM SIT SE IM ALIQVIB OCCISIT, IURE CAESVS ESTO. In qua lege animaduertit NOX pro noctu dictum esse, & IM pro eum. Quod totum ex Gellij lib. VIII. qui hodie non exstat, sumptum esse videtur, vt ex eius libri epitome animaduerti.

aduerti. Sextus quoque Pompeius scribit, CALIM antiquos dixisse proclam, NIS pro nobis, SAM pro suam IM pro eum. Ipsius legis sententia apud Caium lib. v. 11. ad edictū prouinciale refertur. *Lex, inquit, x. 11. Tab. furem noctu deprehensum occidere permittit, vt tamen id ipsum cum clamore testificetur.* Addit id, quod eadem lege dicebatur: *interdium autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat; vt tamen æque cum clamore testificetur.* Idem Caius lib. x. 11. *Furem interdium deprehensum non aliter occidere lex x. 11. Tabul. permisit, quam si telo se defendat. Teli autem appellatione & ferrum, & fustis, & lapis, & deniq; omne quod nocti causa habetur significatur.* Hoc autem postremum idē Caius lib. i. ad Leg. x. 11. Tabularū, hac eadem de re fortasse agens, pluribus verbis scribit: *Teimn,* inquit, *vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed nunc omne significatur, quod mittitur manu.* Addit appellationis causam fuisse dñō τῷ τελεῖ, quod procul significat; βίλος quoque apud Græcos δὴ τῷ βάλισσας dicitur, pro quocumque telo vsurpari. in quā rem testimonio vitur Xenophontis lib. v. expeditionis Cyri minoris, quod ab Iustiniano quoque refertur lib. i. v. Institutionum, vt à nobis est lib. i. v. Emendationum scriptum. Hanc autem legem Cicero significauit in Miloniana oratione: *Quod si x. 11. Tabulę nocturnum furem quoquomodo, diurnum autem si se telo defenderit, interfici impune voluerunt: quis est, qui quoquomodo quis interfectus sit, puniendum putet, cum videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus? Ciceronis verba Aurelius Augustinus referre videtur apud Gregorium lib. v. Decretalium epistoliarum: In antiquis, inquit, legibus quibus ista est antiquior (de sacris autem Iudæorum legibus agebat) inuenitur impune occidi nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se telo defenderit; iam enim plus est, quam fur. Mosen vero multo antiquiorem x. 11. Tabulis fuisse, Eusebius diligentissimus vir in huiusmodi rebus peruestigandis locuples esse testis potest, qui initio eius libri quem de temporibus inscribit, testatur Mosen, qui leges Iudæis dedit, Inachi temporibus fuisse vt multi scripserunt. Inachum autem quingentis annis bellum Troianum antecessisse. Hic ille Inachus est, de quo Naso ait:*

*Inachus vnus abest; imoque reconditus antro
Fletibus auget aquas; natamque miserrimus Io
Luget, vt amissam.*

Quam fabulam in eadem tempora Eusebius retulit. Sed vt ad furta reuertamur, A. Gellius lib. x. i. scribit Draconem Athenis legem tulisse, vt qui furtum qualecumq; fecisset, capite puniretur. Ea autem lex cum acerba nimis esse videretur, Solon dupli tantum pœnam statuit. Decēuiri ab vtroque mutati, manifestum furem occidi permiserunt, si cum furtum faceret, nox esset; aut interdium se telo defenderet. ceteros manifestos fures verberari liberos, addicque iusserunt (quod lib. x. x. appellat in seruitutem tradi) ei, cui factum furtum sit. Seruos vero verberib; adfici, & de saxo præcipitari. Pueros impuberes Prætoris arbitratu verberari, noxamque ab his factam sarciri. Præto rem autem Consulem lex appellat, ni fallor, vt apud Lium lib. i. 11. Neque enim sine causa Cicero lib. i. 11. de legibus ita de Coss. legē tulit: REGIO IMPERIO DVO SYNTOTO: LIQVE. PRAE EVKDO, IVDICANDO, CONSULENDO, PRAETORES,

licetque si fecerunt ad Leg. Aquil.

l. 6. pignore. p. futua de fut.

l. 6. si calium celum de ver. sign.

In lib. de pub. iud. p. ut lex Cornelia. do ficatis.

c. 5. de homi. Augu. quæst. 74. in Exod.

lib. 1. Metamorph.

cap. 18.

l. 1. p. de inde
cum post. &
seq. de orig.
lur.

IVDICES, CONSULES APPELLANTOR. Nam Pomponius lib. sing. enchiridij post leges has latas, & post Tribunos militares creatos, & plebeios Consules, ait: *Cumque Consules auocarentur bellis finitimis, neque esset qui in ciuitate ius reddere posset; factum est ut Prator quoque crearetur, qui Vrbanus appellatus est, quod in Vrbe ius redderet.* L. Iulius quoque in calce libri sexti concessum fuisse ait ab nobilitate plebi de Consule plebeio, à plebe nobilitati de Pratore vno, qui ius in Vrbe diceret, ex patribus creando, L. Amiljo Mamercino, L. Sextio Coss. designatis. Asconius autem Prædianus in Prætura vrba Ciceronis scribit, veteres omnem magistratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellasse. vnde Prætorium tabernaculum eius ducis appellatur: quod Iustinianus etiam scribit Nouella x x i v. & in castris porta Prætorij cohortisque Prætorij comites eius ducis dicebantur. Inde etiam Præfectus Prætorio dictus est quod imperatoris Prætorio præfectus esset. Cum Asconio facit Iustiniani Nouella vigesima quinta. quæ de Pratore Lycæoniæ inscribitur. Prætoris, inquit, nomen Romani magistratus est, atque ante ipsos quidem Consules in veteri atque præclara constitutione Reip. usurpatum. Etenim olim Romani, imperatores suos Prætores appellabant, qui & militariibus copijs præessent, & iura scriberent, quibus omnes obediunt. Quod ita distinguendum est, vt ante Prætorem vrbanum eiusmodi duces atque Imperatores id nomen significaret; postea & iudiciis & prouincijs præfuerunt, alijs Prætoribus creatis, qui in prouincias irent; item alijs, qui de quibusdam criminibus atque de fideicommissis cognoscerent, vt idem Põponius & Iustinianus scripserunt. Qui in prouincias venerant, iurisdictionis & rei militaris, vt Iustinianus scribit, curam gerebat, edictis prouincialibus propositis ad exemplum Vrbanæ edicti, quod postea perpetuum appellatum est, vt in Cornelia lege diximus, & lib. 1. Emendationum nostrarum. Sex. Pompeius Prætoriam portam in castris appellatam esse ait, quia exercitus in prælium educeretur, quia initio Prætores erant, qui postea Consules, & bella administrabant, quorum tabernaculû Prætorium dicebatur. Prætoriam cohortem dictam esse, quæ à Pratore non discederet. Nam Scipio, inquit, Africanus primus fortissimum quemq; delegit, qui ab eo in bello non discederent, & cetero militiæ munere vacarent, & sesquiple x stipendium acciperent. Cornelius Tacitus lib. 1. denarijs duobus, hoc est, assibus duob. & triginta, eos qui ex Prætorij cohorte essent, ceteros milites assibus decem singulis diebus meruisse scribit. De hac cohorte Vlpianum sensisse arbitror lib. sing. de officio Prætoris Tutelaris, vt alio loco dictum est. Varro quoq; lib. 1. de vita Pop. Rom. apud Nonium Marcellum scribit: *Idem dicebantur Consules & Prætores, quod prærent populo, Prætores; quod consulerent Senatui, Consules.* Sequitur apud Gellium obscurus locus, de quo nos lib. 1 v. Emendationum imperfecte egimus. *Ea quoque, inquit, furta, quæ per lancem liciumque concepta essent, perinde ac si manifesta forent, & indicauerunt.* Nam licet quid cõceptum furtum esset ex Iustiniani libro quarto, & Pauli secundo sententiarum declarauerimus, lancem tamè ad mancipationem, & licium ad inlicium, hoc est vocandum, vt Varro scripsit, referemus. Postea vero reperimus apud Sex. Pompeium lancem & licio dici, quia qui furtum in aliena domo quæsitum ibat, licio cinctus intrabat, lancemque

d. l. 1. p. capit.
& Nou. 14.

l. si Tribu-
nus, de excep-
ta verb. Con-
sulem.

d. lib. 8.

Init. de obli-
quæ ex del.
p. 2. p. conce-
ptum. lib. 1.
de ling. Lat.
verb. Lance.

lancemque ante oculos tenebat propter matrumfam. aut virginum præsentiam. Sed & idem Gellius lib. xii. scribit Tyronem M. Tullij libertum scripsisse lictorem à licio appellatum, quo is qui magistratibus ministrabat, præcingebatur. quamquam Gellius Vælgium Rufum sequi mavult, ut lictores à ligando, dicerentur, sicut lectores à legendo, victores à vincendo. Licia autem ea sũta sunt, quæ staminibus implicantur in tela, de quibus Vergilius

Septima post decimam felix & ponere vites,

Et pensos damitare bõnes, & licia tele

Addere.

Et alio loco.

Terna tibi hæc primum triplici diversa colore

Licia circumdo.

Itaque arbitrator, ut appareret eum magistratus iussu in domum alienam ingredi ad furtum concipiendum, licio præinctum fuisse. Idem Gellius lib. xv. i. ait, furtorum quæstiones cum lance & licio evanuerunt. Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem testibus præsentibus furtiva res quæsitæ & inuenta est, ut Iustinianus scribit. A capiendo autem id dicebatur, opinor, quod furtum ceptum illic esset. Quæ omnia obsoleverunt; nam Prætores manifesto furto actionem in quadruplum dederunt, concepto & oblato tripli: Iustinianus hanc quoque tripli actionem omisit, & manifesto furto quadrupli reliquit, nec manifesto dupli. Nec manifestum autem arbitrator in XII. eadem dupli pœna, quam Solon sanxit, fuisse puniendum, quod Cato initio libri de re rustica significare videtur. Cetera, quæ ad hunc locum pertinerent, quarto libro Emendationum & opinionum scripsimus.

Si furtum arbores cæse sint, & ex lege Aquilia, & ex XII. Tabular. dādā actionem. Labeo ait apud Paulum lib. ix. ad Sabinum. Ea autem lex erat, ut qui iniuria cecidisset alienas arbores, lueret in singulas asses xxv. quod Plinius Secundus initio lib. xv. i. naturalis historię scripsit. Asses autem tum libriles erant, hoc est, libram æris pendebant, ut sæpe dictum est. Ad eam legem Caius, ut opinor, scripsit, cum lib. i. ad legem XII. Tab. ait: *Sciendum est autem eos qui arbores, & maxime vites ceciderint, etiam tanquam latrones puniri.* Item illud. *Certe non dubitatur si ad huc adeo tenerum sit, ut herbe loco sit, non debere arboris numero haberi.* Eiusdem legis esse arbitrator ea verba, CAEDERE, CINGERE, ET SVBSECARE: quæ Paulus lib. ix. ad Sabinum ita interpretatur: *Cedere est non solum succidere, sed etiam ferire cedendi causa, cingere est deglabrare, subsecare est subsecuisse.* Ideoque Vlpianus ait lib. xxxv. i. ad edictum: *Si quis radicibus arborem enellerit, vel exstirpauerit; hæc actione non tenetur, neque enim vel cædit, vel succidit, vel subsecuit. Aquilla tamen tenetur, quasi ruperit.* Sed fortasse hæc ad edicti verba pertinent: illa ad XII. quæ sequuntur. *Sive autem quis suis manibus, sive dum imperat seruo arbores cingi, subsecari, cædi hæc actione tenetur. Idem & si libero imperet.* Aut etiam utroque loco ad edicti verba respexit. Apud Alfenum lib. vi. Digest. in lege locationis scriptum fuisse dicitur: *REDFEMPTOR SILVAM NE CAEDITO, NEVE CINGITO.* quæ verba ex superscriptis intelliguntur.

Idem Plinius lib. xv. i. scribit: *Frugem aratro quæ sitam furtim nocte*

M. iij

cap. i.

Georgicæ.

Elog. i.

cap. i.

Inst. de perp. & rem. actio. Inst. de obl. quæ ex del. n. p. pœna.

XXX. l. i. arbor. fur. cæd.

l. i. certe. eo.

l. cædere. eo.

l. furtim. eod.

l. in lege. D. locati.

l. in lege. locati.

XXXI. cap. i.

pauisse, ac secuisse, pueri xii. Tabulis capitale erat, suspensumque. Cerei necari iubebant. granius quam in homicidio conuictum. Impubem Prætoris arbitrari verberari, noxamve duplionemve decerni. Huius legis mentio fit, ut arbitror, ab Vlpiano lib. xli. ad Sabinum: Si glans, inquit, ex arboris tua in memum fundum cadat, eamque ego immisso pecore depascam; Aristoscribit non sibi occurrere legumimam actionem, qua experiri possim. Nam neque ex lege xii. Tab. de pastu pecoris, quia non in tuo pascitur; neque de pauperie neque de damni iniuria agi posse. In factum itaque erit agendum. Hæc igitur fortasse Pliniana est, quæ ab Vlpiano de pastu pecoris dicitur. quamuis hic glandis, ille frugis mentionem fecerit. Addit Caius lib. i. v. ad legem xii. Tabular. Qui ades, acruumve frumenti iuxta domum positum combusserit; vinctus verberatus igni necari iubetur; si modo sciens prudensque id commiserit. Si vero casu, id est negligentia, aut noxiam sarcire iubetur, aut si minus idoneus sit, leuius castigatur. Appellatione autem adiu omnes species ædificij continentur.

I qui seruan-
darum. in li-
ne. de prect.
vet.

I. qui ædes
de incendio
& ruina.

XXXII.

Hic legi adfinis illa est, cuius verba Seruius Grammaticus refert. NEVE ALIENAM SEGETEM PELLEGERIS. cum illud Vergilianum carmen interpretaretur.

Eclog. 8.

Atque satas alio vidi traducere messes.

cap. 1.

Erant enim ex lege xii. Tabular. omnia hæc cantationum genera punita Nam Plinius libr. xxviii. scribit legum ipsarum verba fuisse: QVI FRUGES EXCANTASSET. & alibi: QVI MALVM CARMEN INCANTASSET. Quibus verbis Crinitus abusus est, item superiorum aliquot legum, lib. v. de honesta disciplina.

XXXIII.

cap. 10.

De iniuriis apud Gellium lib. xx. hæc verba referuntur xii. Tabularum. SI INIURIA ALTERI FAXIT, XXV. AERIS. POENAE SVNTO. Quam legem cum Q. Labeo interpretaretur, ita scribit: L. Neratium improbum hominem atque immani vecordia, pro delectamento habuisse os liberi hominis manu sua verberare, seruoque quem cum crumena assum plena ducebat, iubere solitum, ut iniuriam passio xxv. asses ex lege xii. Tab. numeraret. Quamobrem Prætores edixerunt, Recuperatores se iniuriis æstimandis daturos. In eadem lege scriptum erat: SI MEMBRVM TRYPIT, NI CVM EO PACIT, TALIO ESTO. Qua de re Iustinianus scribit lib. i. v. Institutionum: *Pæna, inquit, iniuriarum ex lege xii. Tabular. propter membrum quidem ruptum talio erat, propter os vero fractum nummularia pæna erant constituta quasi in magna veterum paupertate. Sed postea Prætores permittebant ipsis qui iniuriam passi sunt, eam æstimare.* Sed apud Gellium Sex. Cæcilius dicebat non omnes iniurias xxv. libris æris æstimatas, etsi ea pecunia magna illis temporibus esset, sed atrociores iniurias, ut de offe tracto, libetis vel seruis factas, impensiore damno vindicatas, item alias talione. Ad quam talionem non ante veniebat, quam is qui iniuriam fecerat, pacisci nollet. Verum & id ad æstimationem iudicis redigi solitum ait. *Nam si reus, inquit, qui depascisci noluerat, iudici talionem imperanti non parebat, æstimata lite iudex hominem pecunia damnabat.* Eiusdem legis mentio fit ab eodem Gellio lib. xv. & à Sex. Pompeio, ex quo Gellius corrigendus est: Ad hanc legem fortasse pertinet quod Quintilianus lib. i. scribit, in Duodecim reperiri, NI ITA PAGVNT, cui simile est, inquit, cadit. inde prima positio, etiã si

al. RAPET.
Instit de in-
iur. p. pæna.

§ bb. 16.

cap. 10.
verb. Talio.

cap. 6.

retulitate

vetustate exoleuerat, pago, vt cado. vnde non erat dubium sic pepigi nos dicere, vt cecidi. Vtitur eo verbo is qui ad Herennium rhetorica scripsit libro secundo in lege an efficta, an vcrã? REM VBI PAGVNT, ORATIONE PAGVNT. Et Cicero lib. I. de legibus ludens in ea sententia, quam inter Stoicos & Academicos tulit. Nam cum Quinctus frater interrogasset, quam nam sententiam dicerent? *Requiri, inquit, placere terminos, quos Socrates pegerit, hisque parere.* Ad eandem etiam illa quoque forsitan referenda sunt, quæ Vlpianus ait lib. x v i i i. ad edictum: *Lex Aquilia omnibus legibus quæ ante se de damno iniuria locutæ sunt, derogant;* siue x i i. Tab. siue alia quæ fuit. Et quod paulo ante retuli ex eodem Vlpiano libro x l i. ad Sabinium.

L. ad l. Aqu.
d. l. qui seruandus. p. vi.
de præf. ver.

Huc accedit, quod Cicero lib. i v. de Repub. scripsit, vt D. Augustinus refert lib. 11. de ciuitate Dei. *Apud Græcos fuit etiam lege concessum, vt quod vellet comædia nominatim, de quo vellet, diceret. Itaque quem illa non attigit, vel potius quem non vexauit, cui pepercit? Nostri contra x i i. Tabula cum perpancas res capite sanxissent, in his hanc quoque sancientiam putauerunt: SI QVIS OCCENTAVISSET, SIVE CARMEN CONDIDISSET, QUOD INFAMIAM FACERET FLAGITIVVE ALTERI. Præclare iudicij enim ac magistratum disceptationibus legitimis propositam vitam, non poetarum ingenij habere debemus, nec probrum audire, nisi ea lege, vt respondere liceat, & iudicio defendere. Occentauisset non acti-tauisset scripsisse Ciceronem arbitror, vt eruditiss. vir. Lud. Viucs probat. Sex. Pompeium secutus, qui ita scribit: *Occentassint antiqui dicebant, quod nunc, conuicium fecerint, dicimus, quod id clare, & cum quodam canore fit, vt procul exaudiri possit.* Paulus lib. v. sententiarum. *Iniuriarum, inquit, actio lege x i i. Tab. introducta est, de famosis carminibus, membris, ruptis, & ossibus fractis.* Arnobius lib. i v. *Carmen malum conscribere, quo fama alterius coinquinetur, & vita, Decemvralibus scitis euadere noluisse impune. Ac ne vestras aures conuicio aliquis petulantiore pulsaret, de atrocibus formulas constituisse iniurijs.* De eadem hac lege idem Cicero initio libri quarti Tusculanar. quæstio num ita scribit: *Id etiam x i i. Tabulae declarant conditam tum solitum esse carmen; quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam leges sanxerunt.* De hac Flaccus in arte:*

*Successit vetus his comædia, non sine multa
Laude, sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi. lex est accepta, chorusque
Turpiter obtinuit, sublato iure nocendi.*

Et in epistola ad Augustum:

Quin etiam lex

*Pænaque lata, malo quæ nolet carmine quemquam
Describi, vertere morum formidine fustis
Adbene dicendum, delectandumque redacti.*

lib. 2. epist. 1.

Sed lege Cornelia de iniurijs, & quodam S. C. capitalis pœna in eam conuersa est, vt is instestabilis sit, vt alio loco dictum est.

l. lex Cornelia p. si quis de iniur.

Nunc ad actiones veniamus. Et Pomponius lib. sing. enchiridij scribit ex x i i. Tabulis actiones compositas fuisse, quibus inter se homines disceptarent, quas ne populus prout vellet institueret, certas sollempnesque esse voluerunt. Hæque legis actiones, id est legitimæ, propter x i i.

XXXV.
l. 2. p. deinde ex his legibus de orig. iur.

Tabulas appellatz sunt. Sed & legum interpretandarum scientiam & a-
ctiōnes apud collegium Pontificum fuisse scribit, qui constituebant inter
se quis eorum præset singulis annis. *eaque consuetudine*, inquit, *po-
pulus annis prope centum vsus est*. Postea cum Appius Claudius propo-
sisset, & ad formam redegisset has actiōnes, Cn. Flavius scriba eius li-
bertini filius subreptum librum populo tradidit. & adeo gratum fuit id
munus populo, vt Tribunus Pl. heret, & Senator, & Ædilis Curulis. Li-
ber autem qui eas actiōnes continet, appellatur ius ciuile Flauianum.
Sed quia augefcente ciuitate deerant quædam genera agendi, non post
multum temporis spatium Sex. Ælius alias actiōnes composuit, & li-
brum populo dedit, qui appellatur ius Ælianum. Hæc Pomponius de a-
ctiōibus ait. Liuius vero de Flauio lib. ix. ita scribit, P. Sulpicio Au-
erione, P. Sempronio Sopho Coss. Cn. Flavius Cn. F. scriba patre liber-
tino Ædilis Curulis fuit, antea Tribunus fuerat, & Triumuir noctur-
nus, item coloniæ deducendæ. Ciuile ius repositum in penetralibus Pon-
tificum euulgauit, Fastosque circa forum in albo proposuit, vt quando
lege agi posset, sciretur. De fastis & nefastis diebus nota sunt Nafonis
carmina:

lib. i. Tab.

*Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur;**Fastus erit, per quem lege licebit agi.*

cap. 16.

Macrobius quoque lib. i. Saturnalior. scribit dies aut festos esse, aut pro-
festos, aut intercessos. Festos diis dedicatos, profestos hominibus ob ad-
ministrandam rep. atque priuatam, intercessos diis hominibusque esse
communes. qui ita appellati sunt, quod inter cæsa & porrecta fari Præ-
tori, iusque dicere licebat, cum vero hostia cædebatur, aut cum porri-
ciebatur in ignem, fari non licebat. Quod Varro ita accipit, vt mane &
vesperi nefas sit. Idem refert Q. Mucij sententiam fuisse, vt expiari vix
posset qui prudens id verbum emisisset: manumissum vitio liberum esse
dicebat. Profestos dies in fastos, comitiales, comperendinos, statos, &
præliares diuidit. item alia diuisione in fastos atque nefastos. *Fasti sunt,*
inquit, quibus licet fari Prætori tria verba sollemnia, DO, DICO, ADDI-
CO. Comitiales, quibus cum populo agi licet, hoc est, comitia haberi. Sed fa-
stis lege agi poterat, cum populo non poterat, comitialibus vtrumque
fieri poterat. Comperendini dicebantur, quibus vadimonium liceret
dicere, & reum comperendipari, vadibus, vt arbitrator, datis. Stati dies,
qui iudicij causa cum peregrinis interponebantur, vt in XII. Tabulis a-
pud Ciceronem lib. i. de officiis, AUT STATVS DIES CVM HOSTE,
& Plautum in Curgulione, Si status condictus cum hoste intercedit dies.
Hostes autem peregrinos olim appellatos antea scripsimus. Stati ap-
pellabantur, vt opinor, quod sisteret se quis in iudicio. nam Sex. Pom-
peius ait: *Status dies vocatur iudicij causa, constitutus.* Præliares & iustos
dies Macrobius ita distinguit, vt iusti sint continui triginta dies, quibus
exercitu imperato vexillum rufi coloris in arce positum esset; quod
apud Dionem quoque legisse me arbitrator; præliares omnes, quibus fas
esset res repetere, vel hostem lacessere. Itaque Flavius fastos proposuisse
dicitur, dies fasti, quibus lege agi liceret, cogniti essent. Sed ea tabula,
qua fasti continebantur, occultata fuisse dicitur quoad Flavius eam pro-
tulit. quod Pomponium non scripsisse mirandum esset, nisi animaduert-

tissim

tiffem Ciceronis tempore non fatis hæc inter antiquitatis peritiffimos constare. Ita enim M. Cicero lib. vi. ad Atticum scribit. *In libris de Re-pub. vnum isogonon requiris de Cn. Flauio Anny F.* (ita enim scriptum in aliquibus libris reperi hoc loco, & apud Gellium lib. v. i. licet sint qui Cn. F. scribant, vt apud Livium.) *Ille vero ante Decemuiros, inquit, non fuit; quippe qui Aedilis Curulis fuerit: qui magistratus multis annis post Decemuiros institutus est. Quid ergo profecit, quod protulit fasfos? Occultatam putant quodam tempore istam tabulam, vt dies agendi peterentur à paucis. Nec vero pauci sunt auctores Cn. Flauium scribam fasfos protulisse, actionesque composuisse; ne me hoc, vel potius Africanum (is enim loquitur) commensum putes.* Et in eodem libro: *Illud de Flauio & fasfis, si secus est, commune erratum est, & tu belle ἡρώπησε, & nos publicam prope opinionem secuti sumus, vt multa apud Græcos.* Ex hac fastorum tabula illud fortasse sumptum est, quod Macrobius lib. i. Saturnaliorum refert in Duodecim fuisse, SOLIS OCCASVS SVPRMA TEMPESTAS ESTO. quod A. Gellius lib. xvii. plenius refert. *In xii. inquit, Tabulis ita scriptum est: ANTE MERIDIEM CAUSAM CONICITO, CVM PERORANT AMBO PRÆSENTES. POST MERIDIEM PRÆSENTI LITEM ADDICITO. SI AMBO PRÆSENTES, SOL OCCASVS SVPRMA TEMPESTAS ESTO.* Varro tamen scribit post xii. Tab. legem Pletoriam id quoque tempus iubere esse supremum, quo Prætor supremam populo in comitio pronuntiasset. Legis verba refert Censorinus de die natali. Idem Cicero in oratione pro L. Muræna, quam dixit aduersus Ser. Sulpicium, has ipsas actionum formulas irridens, & iuriconsultorum auctoritatem minuens, ita scribit: *Possent agi legenece, pauci quondam sciebant: fasfos enim vulgo non habebant. Erant in magna potentia qui consulebantur, à quibus etiam dies tanquam à Chaldæis petebantur.* Chaldæi, vt ex libris de diuinatione constat, diuinationem ex astris & ex natali die ducebant, iidem dies salutare atque atros cuiuscumque rei agendæ prædicabant. ad eorum similitudinem Cicero ait dies à consultis peti solere, quibus agi liceret. *Sed postea inuentus est, inquit, scriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fasfos populo proposuerit, & ab ipsis cautis iuriconsultis eorum sapientiam compilarit.* Idem lib. i. de Oratore: *Veteres illi, inquit, qui huic scientiæ præfuerunt, obtinenda atque augenda potentia sua causa peruulgari artem suam noluerunt: deinde posteaquam est editum, expositis à Cn. Flauio primùm actionibus, nulli fuerunt qui illa artificiose digesta generatim componerent.* Actio autem, vt Iustinianus definit, nihil aliud est, quam ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. Hæc in formulas quasdam fuerant redactæ à Claudio & Ælio, vt antea dictum est, de quibus veteres scriptores multa retulerunt. Sed eas formulas Imp. Constantinus sustulit, item Theodosius non impetratæ actionis exceptionem, vt ex lib. i. i. Constitutionum Iustiniani & Theodosij constat.

Ad actionum materiam pertinere arbitror, quæ in eisdem legibus de ius vocando dicebantur. Itaque apud Gellium lib. xx. referuntur hæc eius legis verba: *SI IN IVS VOCAT, SI MORBVS, AEVITASVE VITIVM EXTITIT, QVI IN IVS VOCABIT, IVMENTVM DATO SI NOLET, ARGERAM NE STERNITO.* Quæ verba ita Sex. Cæcilius in-

epist. i.

cap. 9.

ead. epist.

cap. 1.

cap. 2.

lib. 1. de ling. Lat.

Infr. de act. in prin.

lib. & 2. C. de iuris formulis, & imp. act. subla. & l. vni. de omnia & o. impet. in C. Theod. XXXVI. cap. 11.

terpretabatur, vt morbus non grauem ægrotationem cum febre significaret, sed valitudinis atque imbecillitatis vitium aliquod. ille enim alter morbus fonticus à Decemuiris appellatur, vt proximo capite dicitur. Iumentum vero non vnicam pecus tergo vehens, sed vt ipse appellabat, vt stabulum aliquod, quo iunctis pecoribus trahebatur, vnde nomen accepit. Arcera plostrum erat vndique tectum atque munitum, quasi arca quædam magna vestimentis inlitrata, qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant. quod Nonius quoque Marcellus multis exemplis confirmat, in quibus XII. Tab. verba refert. item Varro in libris de lingua Latina. De ætate in Anali lege diximus pro ætate id nomen accipi solere. Itaque si quis in ius vocatus sit, & leui morbo aut ætatis imbecillitate impediatur, quo minus sistere se possit, vehiculum illi, qui vocat, dabit; lecticam sternere non cogetur. Huius legis initium à Cicerone refertur lib. I. de legib. A paruis *Quintus*, inquit, *didicimus: SI IN IUS VOCAT, atque eiusmodi alias, leges nominare.* Ex quo loco illud quoque apparet, initiis legum nonnunquam relatis totas leges referri videri, quod hodie nostri vsurpant. Caius vero lib. I. ad legem XII.

lib. 4.

I. pleque de
in ius voca.

Tabular. de in ius vocando ita scripsit: *Plerique putauerunt nullum de domo sua in ius vocari licere: quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit. eumque qui iude in ius vocaret, vim inferre videri.* Sic Cicero pro domo: *Quid est sanctius, inquit, quid omne religione munitius, quam domus vniuscuiusque ciuium? Hic aræ sunt, hic foci, hic dii penates, hic sacra religionis ceremonie continentur, hoc refugium est ita sanctum omnibus, vt inde abripi ueminem fas sit.* Idem Caius ait: *Sed etiam à vinea, & balineo, & theatro nemo dubitat in ius vocari licere.* Item: *Neque impuberes puellas, quæ alieno iuri subiectæ essent, in ius vocare permissum est.* Hæc ad XII. Tabul. pertinuisse arbitramur, quando in Cai libris reperuntur, & si de legum sententia nobis non constet.

I. tel etiam
co.
I. neque im-
puberes eo.XXXVII.
I. x. p. si quis
iudicio. si
quis cuius.
I. quæstionem
de te iud.

Vlpianus tamen lib. I. XLIV. ad edictum scribit: *Lex XII. Tab. si iudex vel alteruter ex litigatoribus morbo fontico impediatur, iubet diem iudicij esse diffisum.* Ad hanc legem Iuliani verba referuntur lib. V. Digestor. *Quæstionem, inquit, est cum alter ex litigatoribus febricitans discessisset, & iudex absente eo pronuntiaffet, an iure videretur pronuntiasse; respondit: Morbus fonticus etiam inuitis litigatoribus ac iudice diem differt. Sonticus autem existimandus est, qui cuiusque rei agenda impedimento est. Litiganti porro quid magis impedimento est, quam motus corporis contra naturam, quam febrem appellant?* Ex quibus verbis apparet diem esse diffisum significare differri oportere iudicium. quo pacto Gellium lib. XIV. vsum esse alij animaduertent. De fontico morbo Iuolentus lib. X. IV. ex Cassio scribit: *Morbus fonticus est, qui cuique rei nocet. Sex. Cæcilius, vt paulo ante dicebam, morbum vehementiorem vim grauius nocendi habentem Decemuiros quodam loco appellasse ait. Huius nominis origo explicatur à Venuleio lib. V. actionum. Quotiens morbus, inquit, fonticus nominatur, eum significari Cassius ait, qui noceat. Nocere autem intelligi, qui perpetuus est. non qui tempore finiatur. Sed morbum fonticum eum videri, qui incidit in hominem postquam natus sit. Sontes enim nocentes dicuntur. Sex. quoque Pompeius Ælium refert ita fonticum in XII. interpretantem, hoc est, cum iusta causa, aut qui noceat y quod fontes significat*

cap. 1.

I. morbus. de
verb signi. I
apud Ge'lid
lib 20
I. vlt. de xdil.
edf.

interpretantem, hoc est, cum iusta causa, aut qui noceat y quod fontes significat

gnificat nocentes. Addamus hoc loco, quod Cuius ait lib. 1. ad legem XII. Tab. *Si is qui fideiussorem dedit, iure non steterit, quod Reipub. causa afuerit; iniquum est fideiussorem ob alium necessitate sistendi obligatum esse, cum ipsi liberum esset non sistere.* Idem ait: *Qui in ius vocatus est, duobus casibus dimittendus est, si quis eius personam defendet, & si dum in ius venit, de re transactum fuerit.* Ad hunc etiam locum conueniret, quod de stato die cum hoste capite xxv. dictum est.

l. si is qui. 6
quis caute.

d. l. neque
impoberes
de in iur
vot.

XXVII.
cap. 1.

Acerbissimæ autem legis, quæ ad eos qui iudicata non faciunt, pertinet, verba apud Gellium lib. x. sunt hæc: **AERIS CONFESSI, REBUS-QUE IVRE IUDICATIS TRIGINTA DIES IUSTI SVNT. POST DEINDE MANVS INIECTIO ESTO, IN IVS DVCITO, NI IUDICATVM FACIT: AVT QVI PSEVDO EO IN IVRE VIM DICIT, SECVM DVCITO, VINCITO AVT NERVO, AVT COMPEÐIB. XV. PONDO, NE MINORE: AVT SI VOLET MAIORE VINCITO. SI VOLET, SVO VIVITO. NI SVO VIVIT QVI EVM VINCTVM HABEBIT, LIBRAS† FARRIS IN DIES DATO: SI VOLET PLUS DATO. & postea: TERTIIS NVNDINIS PARTIS SECANTO: SI PLUS MINVSVE SECVRYNT, SINE† FRAVDE ESTO.** Hæc lege vt Sex. Cæcilius dicebat, admovebantur civis Romani fidem servare, quam omnium maxime maiores coluerant. Confessi igitur aris alieni iudicatis iusti dies xxx. dati sunt conquirendæ pecuniæ causa. Iustos autem appellabant, quasi iustitium quoddam, iurisque inter eos interstitutionem & cessationem quibus diebus nihil cum his agi iure posset. In maximo tumultu ac perturbatione Reipub. tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi, tabernæ claudi solebant, vt ex Philippica v. atque aliis apparet. Nam cum nemo ius diceret, & omnes militaribus vestibus induti Reipub. conservandæ operam darent, facillime opem Reipub. ferebant. Addit Cæcilius, nisi res alienum illis diebus dissoluissent, ad Prætorem vocari solitos, qui creditoribus eos addicebat. tum neruo atque compedibus vinciebantur. deinde eos pacisci fas erat; nisi pacti forent, in vinculis sexaginta dies habebantur. in quibus diebus trinis nundinis continuis (quid nundinæ essent, in Cæcilia & Didia lege scriptum est) ad Prætorem in comitium producebantur, quantæque pecuniæ iudicati essent, prædicabatur, vt si quis eos eximere vellet, quod nobilissimi quique facere solebant, tantam pecuniam solveret. Hinc ille iocus apud Nævium, vt Cicero lib. 11. de Oratore refert: *Videtur, inquit, esse misericors ille, qui iudicatum duci videt, percunctaturque ita, Quanti addictus? Cumque illi responsum esset, Mille nummum: Si addidisset, inquit, tantummodo, Ducas licet, esset illud genus ridiculi præter expectationem; sed quia addidit, Nihil addo, ducas licet, addito ambiguo altero genere ridiculi, fuit, vt mihi quidem videtur, falsissimus.* Ambiguum autem erat. nihil addo, quoniam ad adiectionem referri poterat, qua quis in licitatione utitur; & ad ea quæ agebat, hoc est, nihil verborum addo, nihilque amplius à me expectes, cum libere ducito. Tertiis nundinis, vt Gellius scribit, capite pœnas dabant, aut trans Tiberim peregre venum ibant. Capitalis pœna acerbissima fuit, vt si plures creditores essent, addicti corpus inter se secarent. Quæ pœnæ immanitate effectum est, vt Cæcilius dicebat, ne vnumquam aliquis eam subiret. *Namque addicti & vinciri multos, inquit, vidimus, quia vinculo-*

† vel lib. fe-
tiendo dies
vrsi. legi.
farris endo
dies.
† 22

rum pœnam deterrimi homines contemnunt. Dissertum esse antiquitus neminem equidem neque legi, neque audiui. De hac eadem Quinctilianus lib. III. ita scribit: Sunt quædam non laudabilia natura, sed iure concessa, ut in XII. Tabulis debitoris corpus inter creditores diuidi licuit, quam legem mos publicus repudiavit. Tertullianus quoque Iudicatos, inquit, in partes secari à creditoribus leges erant, consensu tamen publico crudelitas postea erasa est, & in pudoris notam capitis pœna conuersa est, bonorum adhibita proscriptione. Quod vero in hac lege dicitur: SI VOLET, SVO VIVITO: NI SVO VIVIT, QUI EVM VINCTVM HABEBIT, LIBRAS FARRIS IN DIES DATO: Caius lib. II. ad legem XII. Tabular. scribit, Verbum VIVERE putare quosdam ad cibum pertinere; sed Ofilius ad Atticum scripsisse his verbis & vestimenta & stramenta contineri; sine his enim vivere neminem posse. Ulpianus quoque lib. LVIII. ad edictum scribit: Verbo VICTVS continentur, quæ esui, potuique cuiusque corporis, quæque ad viuendum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus habere vicem Labeo ait. Addit Caius lib. XXI. ad edictum prouinciale: Et cetera, quibus tuendi curandi ve corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur. Hæc tamen omnia vera sunt, cum victus solius mentio sit: nam si de victu & stratu, aut de victu & vestitu dictum sit, tum quod adiectum est, priori nomine non continebitur. Si victum vel stratum (inquit Licinnius Rufinus libro tertio decimo Regular.) inferri quis iudicato non patiat, utilis in eum pœnalis actio danda est. vel ut quidam putant, iniuriarum cum eo agi poterit. Hoc pacto intelligendum est quod Ulpianus lib. LVIII. ad edictum scribit; cuius verba mendosa circumferuntur. Sunt autem in Florentino libro hæc: In stratu omne vestimentum contineri, quod iniatur, Labeo ait neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium & ἑσθημα. In victu ergo vestem accipiemus non stragulam, in stratu omnem stragulam vestem. Pallium autem non solum Græcorum vestem significat, sed & stragulam, & peristromata. Ouidius lib. I. amorum:

*Esse quid hoc dicam, quod tam mihi dura videntur
Strata, neque in lecto pallia nostra sedent?*

Item Iuuenalis Satyra VI.

Tunc corpore sano

Aduocat Archigenem, onerosaque pallia iactat;

Abditus interea late & securus adulter.

Quod Baius animaduertit. Itaque quod Caius ait, vestimenta & stramenta verbo victus contineri: ad XII. Tabulas pertinet; in quibus stratus nulla mentio est: Ulpianus vero est ad Rufini verba, aut illis similia referendus. Farre autem, ut ex hac lege apparet, pro frumento veteres utebantur. vnde matrimonij genus, quod farre adhibito contrahebatur, & ut Sex. Pompeius ait, ador farris genus appellabant, quasi edor ab edendo, vel quod aduratur & torreatur. Adoream quoque laudem siue gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant, qui farris copia abundaret. Vergilius hac de causa ait:

Institunt que dapes, & adorea liba per herbas

Subiiciunt epulis.

Noxales actiones, ut Iustinianus scribit, constituta sunt aut legibus aut edicto

Tertullianus
in apologo.

Liquos nos. in
sine. de verb.
signi.

I. verbo victus. eo.

I. & cetera. e.

I. si victum.
de re iudi.

In strato. de
verb. signi.

A. n. 7.

edicto Prætoris. Legibus, veluti furti ex lege xii. Tabularum: damni iniuriæ ex lege Aquilia: Edicto Prætoris, veluti iniuriarum & vi bonorum raptorum. Celsus tamen differentiam facit inter legem Aquiliam, & legem xii. Tab. apud Vlpianum lib. xvii. ad edictum. Nam in lege antiqua si seruus sciente domino furtum fecit, vel aliam noxam commisit, serui nomine actio est noxalis, nec domino suo nomine tenetur: *At in lege Aquilia, inquit, dominus suo nomine tenetur, non serui.* Legis xii. Tabul. ea ratio est, quasi voluerit seruos dominis in hac re non obtemperare: Aquiliæ, quasi ignouerit seruo, qui domino paruit. Sed tamen Iulianus lib. lxxxvi. scribit: *SI FVRTVM FAXIT, NOXIAMVE NOCVIT.* (Verba autem hæc alicuius legis initium, ni fallor, in xii. sunt) etiam ad posteriores leges pertinere, vt etiam serui nomine cum domino agi possit noxali iudicio, neque Aquilia seruum excuset, sed dominum oneret. Hanc legem fortasse Caius interpretabatur lib. vi. ad legem xii. Tabular. cum illud scripsit. *Noxia appellatione omne delictum continetur.* Ita enim in Tusco libro est, non noxæ. Iustinianus quoque in eandem rationem definit: *Noxa est ipsum corpus, quod nocuit, id est seruus; noxia ipsum maleficium. Quod ita accipiendum est, vt nunquam noxiam pro seruo accipiamus; nam noxa pro delicto & damno nonnunquam accipitur.* Iulianus lib. i. Digest. *Hæc stipulatio noxis solutum præstari; non existimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam exercitiionem, & coercionem capitalem habent.* Vlpianus lib. xv. ad edictum: *Eum sibi, inquit, aut noxam sarcire aut in noxam dedere oportere.* Sarcire noxam, damnum sarcire significat; in noxam dedere, in vltionem atque vindictam dare pro damno dato. Sic Iustinianus: *Quis enim, inquit, patiat, filium suum, & maxime filiam in noxam alij dare?* Et Paulus lib. xxi. ad edictum: *Vt de peculio serui tui ad noxam dedere vicarium damneris.* Sic etiam noxæ dedere dicitur, hoc est, vltionem præbere, vel noxæ, id est damni causa, Græcorum imitatione. Pro seruo noxa accipitur in edicto apud Vlpianum lib. x. xii. ad edictum: *Si seruus inscienti domino fecisse dicatur, in iudicio adiciam, aut noxam dedere.* Iudicij autem formula ab Iustiniano refertur lib. i. Institutio. *P. Mauium L. Titio in decem aureos condemnno, aut noxam dedere.* Idem seruus, noxius appellari solet. Vlpianus lib. xxiv. ad edictum: *Nonne æquum est ei familiam exhiberi, vt noxium seruum agnoscat?* Idem lib. i. *Es heres, inquit, meus tenetur, si noxius viuat.* Idem libro quinquagesimo: *Si quis quem eorum seruum, seruamve ex ea familia, qui eius facinoris noxius erit, receperit, vel calauerit, sciens dolo malo, in ea causa est, ac si lege, quæ de sicarijs lata est, facinoris noxius fuerit.* Et alio loco: *Præusquam de ea familia quaesilio ex S. C. habitæ suppliciumque de noxijs sumptum fuerit.* Sic etiam lusus noxius in culpa esse dicitur à Paulo libro xxi. ad edictum. Sed tamen hæc hæctenus, quæ colligere operæpretium fuit propter doctorum virorum altercationem. Illud in hunc locum referuauimus, quod Sex. Pompeius scribit, RVPITIAs in xii. significare damnum dederis. Quod verbum nusquam reperi. Alio loco scribit, SARCITO in xii. Ser. Sulpicius ait significare damnum soluito, præstato.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, actio ex lege xii. Tabular. descendit, vt Vlpianus ait lib. xvii. ad edictum. Quæ lex voluit aut da-

X x x i x.
In it. denoza.
actio. p. sunt.
aurem.
l. i. p. en. tit.

l. plebs. in fi.
de verb. signa.

in fi. denoza.
actio. in pri.

l. hæc stipu-
latio. de ver.
signa.
l. i. p. cum a-
rietes. si
quad. pas.

in fi. de no-
za. p. vlt.
l. i. in re. in
fiue tud.

l. i. in prin. de
huqui effud.
In fi. de usi.
iudi. in prin.

l. in hæc p. fi.
quis noxali.
ad exhib.
l. noxalis au-
tem. de nox-
acto.

l. j. p. si quis
quæ de S. C.
Siliani.
p. quod ad
caulam. e. l.
l. nam In fia.
ad hæqui.

XL
l. i. in prin.
si quad. pas.

Infl. e9 in
Psim.

ri id quod nocuit, id est, id animal quod noxiam cominifit, aut æstimationem noxiæ offerre. Noxia autem est ipsum delictum, pauperies datum sine iniuria facientis datum. Iustinianus quoque lib. 1v. Institutionum ita scribit: *Animalium nomine, quæ ratione carent, si qua lascivia, feruore, aut feritate pauperiem fecerint; noxialis actio lege xii. Tab. prodita est. Quæ animalia si noxa dedantur, proficiunt reo ad liberationem, quia ita lex xii. Tabular. scripta est.* Sequuntur exempla quædam, quæ sunt qui arbitrentur ex lege xii. Tabular. sumpta esse, illis verbis decepti, *Quia ita lex scripta est.* Sed nos ea ad priora esse referenda existimamus. Exempla autem sunt hæc. *vt put. a si equus calcitrosus calce percussit, aut bos cornu petere solitus cornu petierit.* quæ verba ex eodem Vlpiano sumpta sunt in edicti interpretatione. Eiusdem legis mentio fit apud Vlpianum lib. xli. ad Sabinum. Hanc legem Decemviri ex Solonis legibus sumpserunt, qui legem Athenis tulit, vt Plutarchus scribit; vt canis, qui quidquam nocuisset, trunco quatuor pedum longitudine alligato dederetur. & apud Paulum lib. l. sentent. Pefolonia lex de cane, pro Solonia, vt arbitrator, scripta est, aut Solonis.

xli.

l. Labeo. de
flantibetis.

Ad interdictorum atque edictorum materiam aliquot leges pertinent, quas postea Prætores in edicta transtulerunt. Eas in hunc locum reseruauimus. Et principio de aquæ pluuiæ arcendæ actione, quæ tamen ordinaria est, videamus. Pomponius lib. vii. ex Plautio, Labeonem scripsisse refert, quod ita scriptum esset. *Calenus dispensator meus, si rationes diligenter tractasse videbitur, liber esto: verbum videbitur pro hoc accipi debere, videri poterit. Sic & verba, inquit, legis xii. Tabularum veteres interpretati sunt, SI AQUA PLUVIA NOCET, id est, si nocere poterit. Quod miror Iustinianum libro xxxix. Digestorum præterisse. Quo loco Vlpianus ait libro quinquagesimo tertio ad edictum: Si cui aqua pluuiæ damnum dabit, actione aquæ pluuiæ arcendæ auertetur aqua. Aquam pluuiam dicimus, quæ de celo cadit, atque imbre excrescit, siue per se hæc aqua ex se ipsis noceat, vt Tubero ait, siue cum alia mixta sit. Quæ de re Cicero in Topicis ita scribit: Si aquam pluuiam eam modo intelligeremus, quam imbri collectam videremus, vinceret Mucius, qui, quia coniugata verba essent pluuiæ, & pluendo, diceret, omnem aquam oportere arceri, quæ pluendo creuisset. Non tamen omnis aqua pluuiæ arcebatur, sed quæ nocebat; neque omnis aqua nocens, sed quæ manu nocens esset, hoc est, opere manu factæ, vt Vlpianus ait. aqua nocitura esset. Quamobrem Cicero addit: *Aqua pluuiæ ultimo genere ea est, quæ de celo veniens creescit imbræ: sed propiore loco, in quo quasi ius arcendi continetur, genus est aqua pluuiæ nocens, eius generis formæ, loci vitio, & manu nocens: quarum altera iubetur ab arbitro coerceri, altera non iubetur.**

L. in prin. de
aqua. & aquæ
p. sic.

Xlii.
L. in hoc de
arbor. cæd.

De arborib. cædendis apud Vlpianum lib. lxxxi. ad edictum Prætor ait: *Quæ arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, si per se stat quominus pedes xv. à terra eam altius coerceas; tunc quominus illi ita coercere, lignaque sibi habere liceat, vim fieri veto. Quod ait Prætor, inquit Vlpianus, & lex duodecim Tabularum efficere voluit, vt quindecim pedes altius rami arboris circumcidantur. & hoc id. vico effectum est, ne umbra arboris vicino prædio noceret.* Pomponius quoque libro xxxiv. ad Sabinum scribit: *Si arbor ex vicini fundo vento inclinata in tuum fundum sit, ex lege*

l. co.

xii. *Tabula de adimēda ea velle agere poses, ius ei non esse, ita arborem habere.* Et Paulus lib. xviii. ad edictum scribit, colonum, cum quo propter succifas arbores agebatur ex locato, si iurauerit se non succidisse, si è lege xii. Tab. de arboribus succifis postea cōuenietur, per exceptionem iurisurandi defendi poterit. Hac etiam de re ita scribit Paulus lib. v. sententiarum titulo de interdicto vtrubi. vel vnde vi; est enim liber mendosus: *Arbor, qua in alienas aedes, vel in vicini agrum imminet, nisi à domino sublucari non potest, isque conueniendus est, vt eam sublucet. Quod si conuentus dominus id facere noluerit, à vicino luxurias ramorum compefcatur. Idque qualiscunque dominus facere non prohibetur.* Sublucare arbores vt Sext. Pompeius ait, est ramos supputare, & veluti lucem subtus mittere. Conlucare autem est succifis arboribus locum luce implere: vel vt alio loco ait, conlucare dicebant, cum profanz siluz rami deciderentur officientes lumini. Ad hunc locū illa quoque pertinere poterant, quz ex lege Solonis Caius lib. iv. ad legem xii. Tabularum scripsit, de quibus vicesimo capite scriptum est. Sed & quod Sext. Pompeius scribit, Sarpuntur vinez, id est putantur, vt in xii. Tab. quandoque sarpta donec dempta erunt.

L. in duobus, p. colonus, de iure iur.

Lvli. in. reg.

Xliiii. l. vn. de gland. lege.

cap. j.

L. qui venend in fine. de verb. signu

Verg. Geor. i

De glande vero legenda, est, Vlpianus lib. lxxi. ad edictum tantum scripsit. *Ait Prator Glandem, que ex illius agro in tuum cadat, quo minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto, Glandis nomine omnes fructus continentur.* Tamen Plinius Secundus lib. xvi. *Cautum est, inquit, lege xii. Tab. vt glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere.* Et Caius lib. iv. ad legem duodecim Tabularum huius legis, vt opinor, interpres ita scribit: *Glandis appellatione omnis fructus cōinetur, vt Lauolenn ait, exemplo Graci sermonis, apud quos omnes arborum species axpōd pua appellantur.* Ex hac glandis significatione glandiferz arationes fructuose à Cicerone appellantur Philippica secunda. *Quid iam querar, inquit, de agro Leontino? quandoquidem hz quondam arationes Campani & Leontini in populi Romani patrimonio glandifera & fructuosa ferebantur.* Erat autem veteribus perluasum primos homines glandibus pasci solere:

*Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit; cum iam glandes atque arbuta sacra
Deficerent siluz; & viltum Dodona negaret.*

De mortuis, & sepulchris multa in Duodecim scripta fuerunt, quz Cicerone lib. ii. de legib. hoc ordine refert: **HOMINEM MORTVVM, inquit lex in xii. Tabulis, IN VRBE NE SEPELITO, NEVE VRITO.** Credo, inquit Cicerone, vel propter igni periculum. Hac de causa Paulus lib. i. Sententiarum scribit: *Copuz in ciuitate referrī non licet, ne funestentur sacra ciuitatis, & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.* Vlpianus tamen lib. xv. ad edictum scribit Diuum Hadrianum rescripto pœnam statuisse l. aureorum in eos qui in ciuitate sepeliunt eamque pecuniam fisco inferri iussisse; eandemque in magistratus, qui id passi essent; locumque publicari; & corpus transferri. Quod rescriptum in his quoque ciuitatib. obtinere Vlpianus ait, in quib. lex municipalis permittit in ciuitate sepeliri. Exstat etiam Diocletiani rescriptum ad Victorinum in hæc verba: *Mortuorum reliquias, ne sanctum municipiorū ius polluasur, intra ciuitatem condid iam pridem vtilitum est.* Hodie vero nō intra urbem

Xliiv.

L. Prator ait. p. D. Hadrianus. de sepul. viol.

L. mortuor. C. de religio. & samp. fun.

l. c. de sacrosan. eccle.

d. lla. de legi.

ibid. paulo post.

cap. 17.

lib. 4.

lib. 1. de legi.

Vide l. non pures. & l. qui sub prax. C. de sac. ecc. l. vn. C. de collegia. lib. 11.

solum, sed in ipsa quoque martyrum, & Apostolorum sede passim homines aduersus Gratiani constitutionem sepeliuntur; quod ab illorum temporum Pontificibus Cicero quoque ait contra decretum fuisse: Nō esse scilicet ius in loco publico fieri sepulchri. Idē ait: *Iā cetera in Duodecim: Minuendi sunt sumptus, lamentationesque funeris; translata de Solonia fere legibus:* HOC PLVS, inquit, NE FACITO, ROGVM ASCIA NE POLITO. Deinde ait: *Extenuato igitur sumptu tribus recinijs. & vinculis purpurea, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem.* MULIERES GENAS NE RADVNTO, NEVE LESSVM FVNERIS ERGO HABENTO. Hoc veteres, inquit, interpretes Sex. Aelius L. Aelius non satis se intelligere dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris. L. Aelius lessum quasi lugubrem eiulationem, vt vox ipsa significat. quod eo magis iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat. Et alio loco de hac eadem re ita scribit: *Postea quam, vt scribis Phalereus, sumptuosa fieri funera, & lamentabilia cepissent; Solonis lege sublata sunt. Quam legem eisdem prope vestibus nostri Decemuiri in decimam tabulam coniecerunt. Nam de tribus recinijs, & pleraque illa Solonis sunt; de lamentis vero expressa verba sunt: MULIERES GENAS NE RADVNTO, NEVE LESSVM FVNERIS ERGO HABENTO.* C. Plinius lib. XI. ait: *Infra oculos male sunt homini tantum, quas prisca genas vocabant.* XII. Tab. interdico radi à feminis eas vetante pudoris hæc sedes. Recinium (inquit Sex. Pompeius) omne vestimentum quadratum hi qui XII. interpretati sunt, esse dixerunt. vnde reciniati mimi. Rjca & rricula vocantur parua recinia, vt palliola ad vsum capitij facta. & alio loco: *Rjca est vestimentum quadratum simbriatam purpureum, quo Flaminice pro palliolo utebantur.* Hoc videtur Vergilius significasse his verbis lib. VI. *Æncidos.*

Purpureasque super vestes velamina nota Conciunt.

Nonius vero Marcellus ricam esse ait, quod nos sudarium dicimus. Turpilij quoque verba refert hæc: *Postquam ad adem venimus, veneratur Deos; interea aspexit virginem gestantem in capite riculum indutam.* M. Varro de lingua Latina recinium esse dictum ait, quod eo uterentur duplici, & eo quod dimidiam partem retrorsum iaciebant, à reiciendo recinium dictum: itaque cum lege XII. Tabul. sumptus minueretur, tria tantum recinia deferri permilla sunt, quæ in Solonis legibus apud Plutarchum tres vestes appellantur. De lamentationibus hoc ipsum refertur apud eundem Ciceronem lib. II. Tusculan. quaestionum: *Ingemiscere, inquit, nonnunquam viro concessum est, idque raro; eiulari ne mulieri quidem. & hic nimirum est fletus, quem XII. Tabula in funeribus adhiberi veterunt.* Hoc etiam Cicero solum in suis legibus retulit: *HOS LETO DATOS DIVOS HABENTO: SVMPVTVM IN OLLOS. LVCTVMQVE MINVNTO.* De funerum solemnitate & sumptibus exstant Iustiniāni Nouellæ leges dux XLIII. & LX. quibus de decanis, hoc est lecticariis, & eorum officinis, quæ ergasteria appellantur, quod ab Haloandro primo cognitum, deinde ab Alciato lib. I. *capitulum* cōscriptum est. Ad dit Cicero: *Cetera item funebria, quibus luctus augetur, Duodecim susulerunt.* HOMINY, inquit, MORTVO NE OSSA LEGITO, QVO POST FVNVS FACIAT. Excipit bellicam, peregrinamque mortem. *Hæc præterea*

sumæ

sunt in legib. de vñtura: quæ seruilis vñtura tollitur, omnisq; circumpotatio; quæ & recte tolluntur, neque tollerentur, nisi fuissent. Sex. Pompeius refert in x i i. caueri, ne mortuo murrata potio indatur. Murratam potionem, & murrinam, & murriolam appellatam fuisse ait à murra siue myrrha, ni fallor. Sic Pomponius in vnguentis rosam, murram, colum, nardum enumerat, capite x i. de auro & argento. Sanc circumpotationib. nostris, & conuiujs quæ in ædibus sacris mortuorum causâ fiunt, atque etiam ob diuorum vt ipsi existimant, cultum opus esset nunc aut hanc legem restituere, aut sacra Pontificum decreta Laodicensis, & Carthaginienſis consilij, quæ à Gratiano referuntur, itè aliud Arelatenſis, quod in Cõciliorum libris reperitur, Sequitur apud Ciceronem: *Ne sumptuosa respersio, nec longa coronæ, nec acerra prætereantur.* Describitur à Vergilio eleganter Miseni funus, in quo neque vñtio præterita est, neque vestium crematio, respersionis quoque mentio fieri videtur.

Idem ter socios pura circumtulit vnda,

Spargens rore leui, & ramo felicia oliuæ;

Lustrauitque viros, dixitque nouissima verba.

Nisi forte ad florum & coronarum & vini atque lactis respersionem Tullij verba pertineant, quæ sumptus maioris sunt.

Manibus date lilia plenis

Purpureos spargam flores, animamque nepotis

His saltem accumulẽm donis. Et alio loco.

Hic duo rite mero libans carchesia Baccho

Fundit bumi: duo lacte nouo, duo sanguine sacro:

Purpureos que iacit flores

Fieri etiam potest, vt longæ coronæ ad magnum comitatum pertineat. Acerra autem, vt Sex. Pompeius ait, vcl ara erat, quæ ante mortuum poni solbat, in qua odores incendebantur: vel arcula turaria, vbi tus reponebatur. Hoc autem significasse idem poëta videtur lib. v.

Et plena supplex veneratur acerra.

Illam iam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam, & ei qui peperisset, & eius parenti sine fraude esse lex impositam iubet. Credoq; quod erat factitatum, vt vni plura fierent, lectique plures sternerentur: id quoque ne fieret lege sancitum est. Nõ satis existimo hæc integra esse, vt pleraque alia in his de legib. Tullianis libris. Neque enim lecti plures ad coronas pertinere videntur. Plinius tamen lib. x i. de coronis ita scribit: *Semper auctoris as vel ludicro quasitarum suis. Nãque ad certamina in circum per ludos & ipsi descendebant, & seruos suos quoque mittebant. Inde illa x i i. Tab. lex: QUI CORONAM PARIT IPSE PECUNIAVE EIVS VIRTUTIS ERGO ARGVITVR. Quam serui equiue meruissent, pecunia partam lege dici nemo dubitauit. Quid ergo bonos? vt ipsi mortuo, parentibusque eius, dum intus positus esset, foris ve ferretur, sine fraude esset imposita.* Hæc Plinius. in cuius verbis nos quædam nostrum iure immutauimus. Exstat hodie Alexandri Imperatoris constitutio, quæ athleticis, si per omnem ætatem certassent & coronis tribus, certaminis sacri, in quibus vna saltim Romæ vcl in Græcia merito coronati essent, non æmulis corruptis, probarentur: ciuilium munerum tribui solere vacationem dicitur. Vlpianus quoque apud Mo-

Ver. Murrata.

c. non oportet. a. c. nulli. dist. 43. in cõ. cl. Laod. c. 18. in Carthag. Gzæco. c. 41. in Lat. 70. & in conc. Arelaten. j. in h.

Æa. f.

Ibid.

Æo. f.

cap. j.

alæquoſque.

l. vii. C. de athletic. lib. 10.

l. si duaz. p. ar
thletæ. de ca-
cusa.

l. commodi.
de te iudi.

l. spem. C. quæ
res pignori.
cap. 4.

cap. 6.

IAS 7 IM.

Verq. Ene. II.

destinum scribit: *Athletæ habent à tutela excusationem, sed qui sacris cer-
taminibus coronati sunt.* Commoda autem quædam præmiorum conse-
quebantur, propter sacras coronas, quibus condemnatum interdicti Pa-
pinianus ait lib. x. responsor. Ea enim pecunia in re pignoris in causam
iudicati capitur. Pignerari quoque præmiorum spem athletæ prohiben-
tur Alexandri constituit. ad Septimum. Addam his corollarij loco, quã-
do de huiusmodi coronis agitur quod Plinius de ciuica corona scribit
lib. xvi. *Ciuica iligne primo fuit, postea magis placuit ex esculo Ioui sacra.*
*Variatumque & cum quercu est, ac data vbiq; qua fuerat, custodito ta-
men honore glandis. Addita leges arctæ, & ideo superba, quasque conferre
libeat cum illa Græcorum summa, qua sub ipso Ioue datur, (Olympiam au-
tem significat) cuique muros patria gaudens rumpit. Ciuem seruare, ho-
stem occidere. Vtque eum locum, in quo sit actum, hostis obtineat eo die. Vt-
que seruatus fateatur, alias testes nil profunt. Vt ciuis fueris. auxilia quam-
uis Rege seruato decus id non dant. Nec crescit honor idem imperare confer-
uato. quoniam conditores in quocumque cine summum esse voluerunt. Acce-
pta licet vti perpetuo. Ludos ineunti semper assurgi, etiam ab Senatu, in mo-
re est. Sedendi ius in proximo Senatu. Vacatio munerum omnium ipsi, patri-
que & auo paterno. Hæc de ciuica Plinius, cui muralem, vallarem, atque
rostratam cedere ait. de quibus atque aliis præclare apud Gellium lib.
v. Noctium scriptum est. Nos Ciceronis verba persequamur, qui cum
de lege XII. Tabul. scriberet: *Qua in lege, inquit, cum esset, NEVE AV-
RYM ADDITO, quam humane excipit altera lex, vt cui auro dentes vinlli
essent † astim, * CVM ILLO SEPELIRE, VREREVE, SE FRAUDE E-
STO. & simul. illud videtote aliud habitum esse sepelire, aliud vrere.* Hæc
mendosa, vt opinor, sunt. sed tamen superstitione illa tollitur condendi
auri, Solebant enim veteres & in rogum pleraque inicere, & cum ossi-
bus ac cineribus pretiosas aliquot res seruare.*

*Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Coniciunt igni, galeas, ensesque decoros,
Frænaque feruent esque rotas: pars munera nos
Ipsorum clypeos, & non felicia tela.*

Astim autem quid sit plane ignoro, sed suspicor, nisi mendosus liber sit,
intra urbem significare. * enim & Græcis & Latinis urbem significat.
sed Athenas, propter excellentiam, vt apud Latinos vrbs Romana ap-
pellatur. Idem Cicero in eiusdem libri initio: *Vt vestri Attici prius quam
Theseus eos demigrare ex agris, & in astu, quod appellatur, omnes se conser-
re iussit, & * symphratidas ex Atticis: sic nos & eam patriam ducimus v-
bi nati, & illam qua excepti sumus.* Apud Terentium quoque in Eunu-
cho, cum Laches Chæream filium in Piræo haberet extra urbem custo-
dem publicum, eique seruus dixisset Chæream amare fidicinam, *Quid,
inquit, amat, an scit iam ille, quid meretrix fiet? an in astu venit? aliud ex a-
stio malum.* Hinc natum est, vt propter vrbanozum ciuium dolos, astu
dosam significaret, vnde astutus, & astucia; Idem Terentius in Andria &
in Phormione:

Qua si non astu prouidentur, me aut heram pessundabunt.

Et in Eunucho. *Qua si non astu vè trahauit.* & alijs locis. Itaque arbitror
Decemuiros significasse, licere autem inferri, si intra urbem dentes au-

ro iuncti essent, ne quisquam putaret satis esse, si sepeliendo iungeret extra urbem, ubi sepulchra esse iubebantur. Aut potius diuisim legendum: *AST IM*, sic enim dicebant pro eum. Addit Cicero: *Due sunt preterea leges de sepulchris. quar. altera priuator. adificijs, altera ipsis sepulchris caues. Nam quod rogum bustum ve nouum vetas propius LX. pedes adici edes alienas inuito domino incendium, † veretur acerbum. Quod autem forum, id est, vestibulum sepulchri, † bustum ve † succapi vetas: tuerit ius sepulchrorum. Hac habemus in Duodecim sane secundum naturam, quæ norma legis est. Ad priorem legem pertinet, quod Pomponius ait lib. IX. ad Sabinum: Si propius adificium alienum intra legitimum modum mortuus illatus sit; postea eum prohibere non poterit adificij dominus, quo minus alium mortuum eo inferat, vel monumentum adificet, si ab initio domino sciente hoc fecerit. Legitimus enim modus LX. pedes. qui in XII. præscribuntur, significat, in quo Accursius torquetur. Ad posteriorem, quod Vlpianus lib. III. responsorum scribit: Longa possessio ius sepulchri non tribuit ei, cui iure non competit. Reliqua sunt, inquit Cicero, in more, (hoc est, in Duodecim quidem, sed tamen illuc non ex natura, sed ex more ducta) sumus † indicatur. Si quid ludorum: dominusque funeris † tatur accensus, atque licitoribus. HONORATORVM VIRORVM LAVDDES IN CONCIONE MEMORANTOR: EASQUE ETIAM CANTVS AD TIBICINEM PROSEQVANTOR. Cui nomen nania, quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. Hæc Cicero de sepulchris & funeribus ex Duodecim retulit. In quibus quod de accenso & licitoribus retuli mendosum, vt opinor, est. Et existimo significasse, vt qui ludos funeris ergo faceret, accensus atque licitoribus veretur. Erat accensus Cos. miniliter, qui ab acciendi plebe, vt Varro ait, appellabatur. Idem viator fortasse dicebatur, quod è villis in Senatam arcesseret, vt Cicero in Catone scribit. Lictores fasces præferebant virgarum atque securium extra Urbem, qui XII. numero Regibus & Consulibus, XXI. Dictatori fuerunt, vt Budæus ex Livio notat, & nos in Iulia de maritandis ordinibus diximus. Proconsules, vt Vlpianus scribit lib. XX. ad legem Iuliam & Papiam, non amplius quam sex fascibus utebantur. Consularium fascium mentio sit in Valentiniiani constitutione de Consulibus. *Repetiti, inquit, fasces virtutes sepe meriti comprobant, non augment.* Alia constitutione dicitur Duumuiro impune non licere extollere potestatem fascium extra metas territorij propriæ ciuitatis. Quibus verbis significari videtur fascibus, Duumuiros municipales vti solitos instar Consulium, nisi forte translatiōne aliqua id dictum est. Iustinianus vero Nouella XXI. v. XXV. & XXI. Prætoribus Pisidix & Lycaonia, & Proconsuli Cappadociæ insignia Consularis magistratus, & spectabilis (vt appellant) dignitatis tribuit hæc; sellam curulem argenteam, securim, & virgas. Sellam autem *τὸ σπῆρ*, tum *ἀγρίων*, tum *ὄξυρα* appellat; vt reus Græcis ignotam exprimeret, quæ tum argentea, olim eburnea fuit; fasces *ἀγρίων* (quod verbum in XXI. v. Nouella Notici libri deest) & *παῖς* ū; semper appellauit. Additur Nouella CIII. vt Proconsul Palestinæ *τὸ σπῆρ* veteri illa atque nobilis purpurea stola utatur. De prætexta autem magistratuum toga intelledu, et si Haloader mendoso libro vsus Venetam stolam scripserit. Tebenum Dionysius lib. III. antiquitatum togam appellat quamcumque*

al. videtur
a. cert.

al. bustive.

l. si propius
de mor. inf.

l. longa eo.

lib. f. de ling.
Lat.

l. Proconsul-
ter. de offic.
Procos.
l. i. C. de Cons.
lib. II.

l. duumuiris.
C. de decur. l.
10.

alij regiam vestem esse dicunt, à Thebeno Arcade, vel Timeno, qui primus eam vestem inuenisse dicitur. De eadem intelligenda est Nouella xxxi. Sed hæc in illarum legum editione, quam paro, dicuntur. Additur à Cicrone laudationes mortuorum fuisse in Duodecim permissas. De quibus Cicero in Brutus: *Exstant, inquit, mortuorum laudationes. ipsa enim familia sua quasi ornamenta ac monimenta seruabant; & ad usum, si quis eiusdem generis occidisset, & ad memoriam laudum domesticarum, & ad illustrandam nobilitatem suam. Quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior: multa enim scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures Consulatus, genera etiam falsa, & ad plebem transitiones cum homines humiliores in alienum eiusdem nominis insunderentur genus.* Hoc idem Lilius ait in calce libri octaui funebrib. laudibus vitiatam esse tempor. memoriam falsisque imaginum titulis, dum familiæ ad se quæquæ famam rerum gestar. honorumque trahunt. Idem Cicero lib. i. de oratore auctor est, Popiliam primam mulierem publice fuisse laudatam à Q. Catulo eius filio. Imagines tamen maiorum, in funerib. quoque mulierum præferebantur, vt ex eodem libro Ciceronis constat, cum Crassi verba refert aduersus Brutum, dum Iunia anus funere efferretur. *Brute quid sedes? quid illam anum patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus quorum imagines duci vides? quid maioribus tuis?* Erat autem ex eadem Iunia familia Brutus, qua de causa illa optime ac vetustissime in eum dicta sunt. Apud Polybium quoque lib. v. i. historiar. quo pacto imagines ducerentur, prescribitur.

al. à plebe

XLV.

Ex lib. i. de legibus monstrosi partus in Duodecim relegari iubebatur. hæc enim sunt Quincti verba de Tribunicia potestate: *Cuius primum ortum, si recordari volumus, inter arma ciuium, & occupatis & obsessis Urbis locis procreatum videmus.* Deinde cum esset cito legatus tanquam duodecim Tabulis insignis ad deformitatem puer, breui tempore nescio quo pacto creatus, multoque tetrior & feaior natus est. Quibus verbis duas Romanæ plebis seditiones significare videtur: alteram cum Tribunicia potestas nata est anno fere septimodecimo post Reges exactos, cum Tribunos sibi in monte Sacro creauit, vt Pomponius lib. singul. enchiridij, & Lilius lib. i. scripserunt. Altera fortasse est, qua iterum creatos esse Tribunos ait, cum longe post Decemuiros sublatos plebs à patribus secessit, & sibi iura constituit, quæ plebiscita appellantur, legeque Horatia à Dictatore lata pro legib. placuit ea obseruari, vt idem Pomponius, & Gellius scribunt. qua de re Lilius lib. x. i. scripserat, vt ex Flori epitome apparet. Vel quia in eo interuallo pleræque cõtentiones inter Tribunos & Senatores fuerunt, magis placet, vt de seditione, quæ lege Horatia sublata est apud Liliu lib. i. i. cum Decemuiros sublatis sunt, Ciceronis verba intelligamus vt quod Cicero ait quasi deformem puerum fuisse legatum, illud Decemuirosum tempus significetur. Sed ad ipsam legem veniamus. Nonius Marcellus scribit prodigia dicta esse quasi porro adigenda: Cicero à prædicendo deduxisse videtur lib. i. de diuinatione. Ita enim scribit: *Portentorum vim verba ipsa prudenter à maioribus posita declarant. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt; ostensa, portenta, monstra, prodigia dicuntur.* Id vero ita fieri, vt initio dicebamus, nõ vno in loco T. Lilius, & Corn. Tacitus scribunt. Hinc elegans illa

l. i. p. idem temporibus de orig. iur.

p. deinde ed esset. t. l.

illa est Cicer. exclamatio in Prætura Urbana: *O scelus, o portentum in vltimas terras exportandum. Non enim potest ea natura, quæ tantum facinus commiserit, hoc vno scelere esse contenta.* De huiusmodi autem partu ita Paulus lib. 1 v. sententiatur. *scribit: Non sunt liberi qui contra formam humani generis conuerso more procreantur, veluti si mulier monstruosi aliquid, aut prodigiosum enixa sit. Quæ verba ad ius liberorum referenda esse alio loco scripsimus. Enixa autem honores habet quæ portentosum vel monstruosum partum ediderit, vt Vlpianus lib. 1 v. ad legem Iuliæ & Papiam scribit. Apud eundem Vlpianum lib. x xv. ad edictum ita scriptum est. *Ostentum Labeo definit, omne contra naturam cuiusque rei genitum, factumque. Duo autem genera sunt ostentorum: vnum quotiens quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte, aut pedibus aut qua alia parte corporis, qua natura contraria est: alterum cum quid prodigiosum videtur, quæ Greci θάρσιννα vocant.**

I. non sunt de lita. hom.

I. quæ res aliquis. de verbo. sign. I. ostentum. eo.

Ad extremum titulum Institutionum, qui de publicis iudiciis inscribitur, hæc quoque leges pertinet, quas hoc loco referam. Pomponius lib. singulari enchiridij scribit, Cõsulibus creatis ne per omnia regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum esse, vt ab eis prouocatio esset, neve possent in caput cuius Romani animaduertere iniussu populi; relictumque esse eis, vt coereere solum possent, & in vincula publica duci iuberent. Ea de causa ait postea Quæstores à populo constitutos esse, qui capitalibus rebus præessent, & quæstores parricidij dicebãtur, quorum etiam meminit lex x 17. Tabul. Quæstores veteres ab inquirendo dixerunt, quasi quæsitores; neque solum qui inquirendæ pecuniæ conseruandæ causa creati erãt, & vt ærario præessent, ita appellabantur; vt Pomponius scripsit, sed etiam qui in prouincias sortito mittebãtur, vt Vlpianus ait lib. sing. de officio Quæstoris; & inquirendis criminibus præfecti Quæstores & Quæsitores dicebantur.

XLVI. I. p. exactus. s. & p. & quia de orig. iur.

d. l. p. deinde. l. vni. de offic. Quæst. Vergil. Æn. 6.

Nec vero hæc sine sorte data, sine iudice sedes; Quæstor Minos vnam mouet, ille silentum Conciliumque vocat, vitasque & crimina discit.

Hinc etiam quæstiones publicæ, iudicia publica appellantur, & seruorum tormenta idẽ nomen obtinent. Iustinianus quoque Nouel. L xxx. scribit renouare se veterem magistratum, qui inquirendis criminibus præerat, & Quæstorẽ constituere, qui Byzantij de colonis vagis, & mendicantibus validis, & de leuioribus criminibus iudicet. Sex vero Pompeius ita scribit: *Parrici Quæstores appellabantur, qui solebant creari causa rer. capitulum quærendarum. Nam parricida non vti que is qui parentem occidisset dicebãtur: sed qualemcumque hominem. Indicat lex Numa Pompilij Regis his composita verbis: Si quis hominem liberum mortali sciens duit, parricida esto.* Hoc autem postremum quod Sextus ait, multis aliis exemplis verum ostendetur, quibus parricida non patris interfector, sed & cuiuscunque cuius appellatur. Vnum pro multis referam ex Ciceronis oratione prima in Catilinam. *Certe verendum mihi non eris, inquit, ne quid hoc parricida ciuim interfectorum inuidia mihi in posteritatem redundaret.* Lege quoque Pompeia de parricidiis non solum tenetur qui aliquem è parentibus suis occidisset, sed etiam si fratres tam germanos, quam patruces, item patrum,

Aut. de Quæstor. in prin.

l. 1. ad leg. 1. 6.
de pati.

vxorem, generum, vitricum, & patrōrum; vt Marcianus scribit lib. xlv.
Institutionum.

XLVII.
l. 3. ad legem
sol. maie.

Idem scribit: *Lex xli. Tabul. iubet eum qui hastem concitauerit, qui ve-
cincem hasti tradiderit, capite puniri. Lex autem Iulia maiestatis precipit eū
qui maiestatem publicam lēserit, teneri. qualis est ille qui in bellis cesserit, aut
arcem tenuerit, aut castra concesserit. Qua de re in Iulii legibus vidimus.*

XLVIII.

Ad Corneliam autem de ficiariis pertinet, quod lib. xx. Gellius scribit
ex xli. Tab. qui falsum testimonium dixisse conuictus esset, è saxo Tar-
peio deiciebatur. Sed postea non solum falsis testibus minor pœna in-
dicta est, sed genus quoque pœnz sublatum est. Modestinus enim scri-
bit lib. x. Pandect. non posse quemquam sic damnari, vt de saxo præ-
cipitetur. Illud etiam in xli. fuit, Cui TESTIMONIUM DEFVE-
RIT, IS TERTIIS DIEBUS OB PORTVM OBVAGLATVM
ITO. Portum vero illic domum significare Sextus Pompeius scri-
bit. Quamobrem non male Vlpianus scribit: *Portus appellatus est con-
clusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur, inde angiportum
dictum est.*

XLIX.

Idem Gellius scribit in eisdem legibus cautum, vt iudicem arbitrum-
ve iure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus est,
capite puniant. Quæ ad Iuliam repetundar. pertinet.

Illud ad hunc locum nescio quomodo referuavi, vt de vsuris scribe-
rem, de quibus in Duilia lege retulimus Cornel. Tacitum lib. v. scripsisse
in Duodecim sanctum esse ne quis vnciariorum fenore amplius exerce-
ret, quod Duilia quoque ex Liuij lib. vii. dicebatur. Vnciarum scenus
dicebatur, propterea quod duodecima pars soluebatur eius vsuræ, quæ
si centesima promissa esset, solueretur. Cetera in Duilia referuntur. Ad-
dam tamen id quod Justinianus recitit lib. x. i. Digestor. sub titulo de
vsuris, ex lib. vi. Cai ad legem xli. Tab. *Videamus, inquit, an in omnibus
rebus petitis, in fructus quoque condemnatur petitor. Quæ quæstio subtili-
ter ab eo tractatur: motamque esse arbitror, propterea quod fortasse in
Duodecim cautum erat, vt cum fructibus restituerentur. Mouear autem
tum eius libri inscriptione, tum etiam Aelij Galli nomine ab eodem
laudato, quem puto Duodecim interpretatam fuisse.*

l. videamus
de vsuris.

l. l.

Hæc quoque verba in xli. fuisse referuntur apud Gellium lib. vi.
IMPROBUS INTESTABILISQUE ESTO. Quibus verbis ait significari
mulieribus testimonij dicendi ius non fuisse. Cum enim scripsisset Ac-
cæ Larentiæ, & Caiz Tarratiz, siue Suffetiz nomina in antiquis annali-
bus celebria fuisse; Accæ autem post mortem, Tarratiz viuz amplissi-
mos honores à po. Ro. habitos: *Tarratiam Vestalē virginem fuisse lex Ho-
ratia testis, inquit, est, quæ super ea ad populū lata est, quæ plurimi ei hono-
res sunt, inter quos ius quoque testimonij dicendi tribuitur, testabilisq; vna
cuniarum feminar. vt sit, datur. id verbum est ipsius legis Horatiæ Contrarium
est in xli. Tabulis scriptum: IMPROBUS INTESTABILISQUE ESTO.
Pratercā si lx. annos nata sacerdotio abire ac nubere voluisset, ius ei pote-
stasq; exaugurandi, atque nubedi facta est, munificentia & beneficij gratia,
quod campum Tiberinum siue Marcium populo Romano condonasset. De
Accæ vero Larentia ait corpus vulgare solitam, cumque pecuniam
grandem confecisset, morientem Romulum regem, siue populum Ro.*

al. x. l.

heredem.

here dem fecisse. *Ob id, inquit, meritum à Flamine Quirinali sacrificium ei publice fit, & dies è nomine eius in fasces additus.* Sed Mafurius Sabinus lib. 1. memorialium alios historicos secutus Accam Laurentiam Romuli nutricem fuisse dicit, quæ cum XII. filios haberet, vno eorum mortuo Romulum in eius locum adoptavit, & duodecim fratres Aruales dicti sunt, eaque religio in posteros manavit. totidem enim sacerdotes Aruales spicæas coronas, albæque infulas ferre solent. Hæc Gellius de Tarantia Plinius libro XXI. *Decretum, ait, ut ei statua poneretur ubi vellet, quod Campum Tiberinum gratificata esset populo.* hæc enim erant Annalium verba. Lib. XV. de Acca Laurentia (ita enim appellat) idem dicit quod Mafurius. Livijs vero lib. II. & Dionysius lib. V. campum Martium agrum Tarquiniorum fuisse scribunt farre satum. & cum Regibus exactis eorum bona diriperentur, eam segetem in Tiberim proiecerunt, ex qua infulam confectam esse crediderunt. Cetera non memini me apud eos legisse. Sed quod ad verba legis attinet, Iustinianus scribit lib. II. *Institutio. Testes autem adhiberi possunt hi, cum quibus testamenti factio est. Sed neque mulier, neque impubes, neque servus, neque furiosus, neque mutus, neque surdus, neque is, cui bonis interdictum est, neque hi, quos leges inveniunt improbos intestabileque esse, possunt in numerum testium adhiberi.* Theophilus Græcus institutionum interpres improbos & intestabiles appellat non mulieres, vt Gellius; sed eos, qui cum testes in aliquo testamento fuissent, atque id subsignassent, noluerunt tamen signa sua agnoscere. quod non alibi scriptum vidi. Vlpianus autem lib. LXV. *an edictum tantum scribit: Exhibere autem tabulas apud Prætozem oportet, ut ex auctoritate eius signatores admoniti veniant ad recognoscenda signa. Et si forte non obtemperent testes, Labeo scribit coerceri eos à Prætoze debere.* Magis autem probareni vt intestabiles esse intelligamus, lege Corn. de iniurijs damnatos, qui neque testimonium dicere possunt, neque eis testimonium dicitur, vt Caius ait libro XXI. ad edictum provinciale, & in Cornelia de iniurijs dictum est. Qui autem in XII. fuerint, non facile dixerim. Sed de mulierum testimonijs Paulus lib. II. de adulterijs scribit: *Ex eo quod prohibet lex Julia de adulterijs testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur etiam mulieres testimonij in iudicio dicendi ius habere.* Quod olim ex XII. Tabulis contra erat, vt Gellius scribit. His scriptis incidi in verba duodecim Tabularum apud Gellium lib. XV. c. XII. quæ licet mendosa sint, ad hunc locum maxime pertinere videntur. Sunt autem hæc: *Quæ si erit testator, libripensve fuerit, in testimonium feriat; improbus, intestabilisque esto.* Hæc in veteribus libris ita sunt: Qui si erit testator, & c. feriat, improbus, quibus intestabilisque esto. Ego scribo: QUI SE SIERIT ANTESTARIER, LIBRIPENSVE FVERIT, NI TESTIMONIUM FATEATUR, IMPROBUS CIVIS, INTESTABILISQUE ESTO. Confirmatur hæc scriptura verbis Theophili, de quibus supra scripsi.

De antestatis quoque in Duodecim dicebatur, vt Porphyrio Horatianus interpres scribit. Is autem hæc verba eius legis refert, mendosa tamen. *SI VIS VOCATIONI, * TESTAMINI IGITUR, ENCAPITO * ANTESTARI.* Quæ verba quid sibi velint, ignoro. Acron tamen, & Porphyrio scribunt: si quis vades dedit se in iudicio futurum, neque venif-

Instit. de test. p. testes.

l. locum. p. hoc interd. cum. de tab. exh.

Lenm lege. l. is cui lege. qui testa. s. a. pol. Lex eo. de test. lib.

LII

set, aduersarius cum testibus presentibus in ius dicebat. Manum tamen non ante iniiciebat, quam testem rogaret, liceretne antestari: qui si licere respondisset, nisi manum testis aurem tangebatur, ut meminisset. Namque infimam auriculam memorie sacram esse, Seruius, & Plin. lib. xj. scripserunt. Quæ omnia venuste Flaccus expressit lib. i. Sermonum. Cum enim diceret se in garrulum quendam, molestumque hominem incidisse, qui cum vadat respondere deberet, maluisset litem perdere, quam Horatium relinquere: Sed tamen casu obuius illi, inquit, fit

Satv. 9.

*Aduersarius: & Quo tu turpissime magna
Exclamat voce: & Licet antestari? ego vero
Oppono auriculam. rapit in ius. clamor utrinque,
Undique concursus: sic me seruanis Apollo.*

Id ipsum autem est, quod Plinius ait, esse in aure ima memorie locum, quem tangentes antestantur. etsi hoc verbum ignorantes, antestari pro antestari per multis locis scripserint. Apud Plautum in Pænulo & in Persa fit huius rei mentio. In Persa quidem multo apertius. Nam cum vendita esset parasiti filia lenoni pro serua, in ius cum vocabatur cumque ille diceret, cur non antestaretur, facete parasitus, *Tuam ego causa*, inquit, *carum seque cuiquam mortali libero aures atteram?* Et in Pænulo adolescens patruo suo recte respondit: *Ego te antestabor, postea hanc amabo atque amplexabor.* Vergilius non male id etiam significat.

Edog. 6.

*Cum canerem Reges & prælia, Cinctibus aurem.
Vellit, & admonuit: Pastorem Tityre pingues
Pascere oportet oves. Et in Copa:
Pone merum, & talos; pereat qui crastina curat;
Mors aurem vellens, vivite ait venio.*

Ex his omnibus illud intelligetur, quod Caius ait lib. i. Institutionum, in emancipationibus solere testes ciues Romanos adhiberi, duosque alios pro eo qui libripens dicitur, & pro eo qui antestatus appellatur, hoc est, ut ego interpretor, is cuius aurem vellebant. Hinc illud manauit, ut testes togarentur, etsi aurium illa vellicatio omissa sit.

Auth. rogauit.
C. de testib.

LIII.

Vadam mentio efficit, ut illud quoque Gellianum addamus. Scribit lib. xvj. Noctium Atticarum Gellius, iuris peritum fuisse de cuiusdam legis xij. Tab. interpretatione interrogatum: cumque respondisset se ius Faunorum atque Aboriginum non didicisse. Sed enim cum proletarij, & assidui, & sanates, & vades, & subuades, & xv. asses, & taliones, furtorumque questionibus cum lance & licio euauerint, omnisque illa xij. Tab. antiquitas: studium aiebat se præstare debere iuris, & legum, vobiscumque car. quibus utimur. Et quoniam cetera superioribus capitibus explicata sunt, de sanatibus & vadibus & subuadibus videamus. Sanates ut Sex. Pompeius ait, dicti sunt qui supra infraque Romam habitauerunt. Quod nomen ideo est inditum, quia cum defecissent à Romanis, breui in amicitiam quasi sanati redierunt. Itaque in xij. cautum fuisse, ut idem iuris esset sanatibus, quod fortibus, id est bonis, & qui nunquam defecerant à populo Ro. Idem ait vadem sponsorem significare datū in re capitali. Aufonius Gallus in monosyllabis inter vades & prædes eā differentiam esse ait, quod alteri in capitali iudicio, alteri in re familiaribus adhibetur.

Quis subit in pecuniam capitali iudicio? vas.

Quis

Quis cum his fuerit nummarius? quis dabitur? præs.

Hoc Cicero recte seruat, cum lib. 111. de Officiis, & 11. de Finib. nem v. Tuscular. quaestio num, magnam illud duorum. Pitagoreor. Damosnis & Pythia amicicia testimonium scribit. Nam cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinauisset, & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandor. suor. causa postulauisset: *Vas factus, inquit, alter est eius sistendi, vt si ille non reuertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi. Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus petiuit vt se in amicitiam tertium adscriberent.* Vadimonium tamen, vt ex Quinctiana Ciceronis oratione constat, sponso est sistendi se in iudicium in pecuniaria quoque causa. Quamobrem lib. x11. constitutionum vades pro prædib. vsurpantur à Zenone Imp. De prædib. permulta exempla sunt, quæ ad rem familiarem pertinent, quæ colligere non est necesse. Præs autem dictus est, quod à magistratu interrogari solet, an prætet illud fieri, vt Varro scribit: vel vt apud Sex. Pompeiū reperitur; Præs est, qui populo se obligat, interrogatusque à magistratu si præs sit illes, respondet, Præs. sed vtriusq. libri scriptura mihi suspecta est. De subuadibus nihil scriptum reperi, sed suspicor sponsores esse eorum, qui vades dati sunt. Quid autem de his omnibus personis in Duodecim scriptum esset ignoro. Sed & hæc omnia nomina à nostris minime vsurpantur, cum fideiussoris nomen in eorum locum successerit.

l. vt. p. hzc. autem. C. de castren. & milit. lib. 1.

Illæ etiam verba in x11. fuerunt, quæ Iustinianus sub titulo de verborum significatione ex libris Sex. Caij ad legem x11. Tabu. scripsit. Et principio ex lib. 1. illud scribitur: *SI CALUITUR, ET MORETUR, ET FRUSTRETUR. Idem & calumniatores appellati sunt, quia per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus. inde & cauillatio dicta est.* Nonius Marcellus quasi hæc verba interpretaretur, *Caluitur, inquit, dictum est frustratur, tractum à caluis inimicis, quod sint omnibus frustrati.* exëplaq. adfert Plauti, Pacuuij, atque Atij, & quod magis mirandum est Sallustij lib. 111. historiarum. De calumniatoribus recte Marcianus lib. sing. ad S. C. Turpillianum scribit: *Accusatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus penis subicitur. aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiversantur. Calumniari est falsa crimina intendere; præuaricari, vera crimina abscondere; tergiversari, in vniuersum ab accusatione desistere.* Cauillationem autem Vlpianus lib. xlv11. ad Sabinum, & Iulianus lib. ltv. Digestor. vulgare illud sophistarum argumentum, quod accrual Cicero appellat, dixerunt. *Natura, inquit, cauillationis, quam Græci εὐεῖρω appellauerunt hæc est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatione ad ea quæ euidenter falsa sunt, perducatur.* Huiusmodi est quod Horatius lib. 11. epistolarum tractat.

l. 1 v.

l. si caluitur, de verb. sign. al. si calumniatur.

l. 1. d. & C. Turpil.

l. natura. de verb. sign. l. ea est. de diu. reg. iur. Cleero lib. 2. de diuin.

Epist.

Est vetus atque probus, centum qui perficit annos.

Quid? qui deperijt minor vno mense, vel anno?

Vxor permissa, caudaque pilos vt equine

Paulatim vello, & demo vnum, demo etiam vnum;

Dum cadat elusus ratione ruentis acerui.

Latius autem cauillatio patet, vt quicquid iocose contorqueatur, eo nomine significetur. Addit Caius: *Post Kalendas Ianuarias die tertio pro salute principis vota suscipiuntur.* Quod quo pacto ad x11. Tab. pertineat aut

d. l. 6. caluitur.

etiam ad verborum significationem, qua de agitur, non video. Significatur autem his verbis tertio Nonas vota suscipi, vt lib. xv. Emendationum diximus. Etenim Plutarchus scribit M. Ciceronem natum esse tertio die nouarum Calendarum (si ita loqui liceret). qua die magistratus vota concipiunt, atque sacrificant pro salute principis. Cicero tamen

Epist. 7.

cap. 18.

lib. vii. ad Atticum scribit: *Sed de Formiano Tarracinam pridie Kalendas Ianuarias, inde Pontinum, inde Albanum Pompei, ita ad Urbem tertio Nonas natali meo.* A. Gellius lib. xv. *Dinumeratus annis à Q. Capione & à Q. Serrano, quibus Coss. ante diem tertium Nonas Ianuarias M. Cicero natus est, ad M. Tullium & Cn. Dolabellam, quibus Coss. causam priuatum pro Quinctio apud Aquilium Gallum iudicem dixit, sex & viginti anni reperuntur.* Ex his verbis apparet cum dicimus post kalendas Ianuarias die tertio, significare nos tertium eius mensis diem, non quartum. Ex quo Pauli verba interpretabamur libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

I. anaculus.
de verb. sig.

Anaculus, inquit, amit taur, qui extremo anni die moritur: & consuetudo loquendi id ita esse declarat, ante diem x. kalendarum, post diem x. kalendarum neutro enim sermone undecim dies significantur. Etenim si ante x. kal. Ianuarias dicamus nos aliquid fecisse, aut esse facturos; diem ipsum decimum kalendarum significamus, hoc est, Decembris mensis diem tertium & vice simum: si vero post decimum, decimus ipse dies significatur Ianuarij mensis, hoc est quarto Idus Ianuarias; vt ex supra scriptis verbis Caij constat. Idem Caius libro 111. ad legem xii. Tabular. scribit: *Ferri proprie dicimus, quæ quæ suo corpore bainat: portari ea, quæ quis iumento secum ducit: agi ea quæ animalia sunt.* Contemnunt peruulsi hanc Caij differentiam, quam ego ita tueri posse crediderim, vt iurifconsultum existimem legi x. 11. Tabular. optimam interpretationem dedisse, in qua tria fortasse hæc verba x. r. d. vt Vlpianus ait, tollendæ dubitationis gratia conscripta fuerant. Quamquam ne illud quidem pertinaciter defenderim, vt nostri plerique omnes solent, nulla in re veteres iureconsultos, quorum scripta Iustinianus recepit, minus vidisse, nihil Tribonianum in Digestis, aut contrarium aut abundans, aut imperfectum, aut obscurum reliquisse. Esset enim veluti gigantum more pugnare cum diis, si nobis diuinam illam naturam vindicemus. Iure enim illud Terentianum laudatur, vt homines cum simus, nihil humanum à nobis alienum esse putemus. Sed vt ad Caij differentiam reuertamur, & licet eam aliquando veteres neglexerint, ea tamen plerique vsi sunt. M. Cicero lib. 11. ad Q. fratrem: *Memini enim, cum hominem portarem ad Baias Neapoli othophoro Anitiano mach. othophoris centum sequentibus, miris risus nos edere, cum ille ignarus sui comitatus repente operuit lecticam, & pene ille timore, ego risu corruis.* Ceterorum verborum exemplis abstinere, quæ tertio quoque verbo fere, occurrunt. Idem Caius ait lib. 1v. *Qui venenum dicit, adicere debet, utrum malum an bonum. Nam & medicamentum venena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibuitur naturam eius, cui adhibuitur esset, mutatur.* Id à Græcis φάρμακον appellari ait, & eodem pacto noxia & iuuantia medicamenta eo nomine significari. Hoc quoque initio ita seruabatur, quod postea in legibus tantum est, vt in Cornelia de sicarijs vidimus. Sed & poetæ veterum verborum vim retinere solent.

I. ferri. de ver.
sign.I. 1. p. sed scilicet.
dum. de ed.
edli.I. quibus. C.
de nouo C.
facies. hu. p.
nulla. de ver.
iure Enoc.I. 4. p. si quid.
co.I. qui venenum.
de ver.
sign.

Has herbas, atque hac ponto mihi lecta venena

Ipse dedit Maris.

& alio loco:

Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.

V. i. g. l. Eccl.
8.
Idem lib. 2.
Georg.

L. p. n. fuit.
de dolo malo.

Vergil. Æn. 2.

L. duob. de
ver. sign.

L. l. in prin. de
fals. & legiti.

I lege de ver.
sign.

L. p. de illa
sign.

L. j. de diuer.
reg. iur.
L. i. p. scienti-
um. de iur.
ado.

L. plebs de
rec. sign.
L. subignac.
L. detestatio
co.

L. de po.

Æn. lib. 4.

Sed postea factum est, ut in peiorem significationem, etiam nihil adiectum sit, hoc verbum accipiatur. Idem in dolo malo euenit, hæc enim sunt Vlpiani verba lib. x. 1. ad edictum: *Non fuit autem contentus Prætor dolum dicere, sed adiecit, malum: quoniam veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro follertia hoc nomen accipiebant, maxime si aduersus hostem latronem ve quis machinetur. Dolus an virtus, inquit ille, quis in hoste requiritur?* Idem Caius lib. v. ad legem xii. Tabular. ait. *Duobus negatiuis verbis quasi permittit lex magis, quam prohibuit; idque etiam Seruius animaduertit. Cuiusmodi essent in Duodecim verba nescio; sed tamen his similia fuerunt. Non improbamus, non negamus, non nolumus, non ignoramus, non prohibemus, atque alia id genus. Sic Vlpianus lib. x. 1. 1. ad Sabinum inter proprie, non improprie, & proprie non est, differentiam constituisse videtur. Verba enim eius sunt hæc: *Intestati proprie appellantur, qui cum possent testamentum facere, testati non sunt. Sed & is qui testamentum fecit, si eius hereditas adita non est, vel ruptum, vel irritum est testamentum; intestatus non improprie dicitur decessisse. Plane qui testari non potuit, proprie non est intestatus, puta impubes, furiosus, vel cui bonis interdictum est. sed hos quoque pro intestatis accipere debemus.* In quam rationem sunt qui interpretentur quod Vlpianus ait lib. 12. ad legem Iuliam & Papiam: *Lege obuenire hereditatem non improprie quis dixerit, & eam quæ ex testamento deservitur. Quamuis Paulus scribat, si coita sit societas, ut iusta hereditas communis sit; non ea quæ ex testamento; sed quæ iure legitimo obuenit, communis erit.* Huc accedit, quod lib. 1. E. emendationum diximus in Florentino libro Vlpiani verba lib. 111. ad Sabinum esse hæc: *Eius est non nolle, qui potest velle.* quæ eiusdem Vlpiani verbis interpretabamur lib. x. 1. 1. ad edictum, qui scientiam domini, ut tributaria actione conueniri possit (opus enim est ut negotiari seruum sciat) non voluntatem, sed patientiam interpretatur. *Non enim velle, inquit, debet sed non nolle.* Sic Cicero lib. 11. de Oratore rogatum esse Annibalem ait, cum Ephesum venisset, an vellet Phormionem audire; cumque se non nolle dixisset. & aliis locis eleganter hoc verbo utitur. Varro quoque de analogia tres esse rerum naturas scribit, simile, dissimile, & non dissimile. Idem Caius lib. v. 1. scribit: *Detestatum est testatione denuntiatum.* Sic Vlpianus lib. l. v. 1. ad edictum: *Detestatio est denuntiatio facta cum testatione.* Paulus tamen addit lib. l. 111. *Detestari esse absenti denuntiare.* Mirari tamen nequeo, cur hoc ipsum aliquot exemplis confirmare nequeamus. Neque enim facile inuenies detestandi aut detestationis verbum aliud significare, quam execrari atque deprecari. Sed arbitror veteres pro testatione vlos. præpositio enim DE augere solet, ut in deposito Vlpianus notat lib. x. 1. 1. ad edictum. Sic apud Plautum in Menechmis. *Summum Iouem, deosque detestor nunquam me isti male facisse mulieri.* Pro quo Vergilius testandi verbo vsus est.*

Testor cara deos, & te germana, tumque

Dulce caput, magicas inuisam accingier arces.

Testari autem deos significat, testes deos citare nostri sermonis. Sic con-

reflari litem dicimus, inquit Sex. Pompeius, cum uterque reus dicit, Teste estote. Reum autem appellavit, ut Cicero lib. 11. de Oratore, non eum tantum qui convenitur, sed & actorem, propterea quod utriusque res agatur. Sed hæc alterius loci & temporis sunt. Nos cetera persequamur. Pignus, inquit Caius, appellatur à pugno, quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Unde etiam videri potest verum esse, quod quidam putant, pignus proprie rei mobilis consistit. Iustinianus lib. 1 v. Institutionum: Pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit. eam quæ sine traditione nuda conventionione tenetur, proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus. Hoc idem Ulpianus lib. x x v i i i. ad edictum probare videtur: Proprie, inquit, pignus dicimus, quod ad creditorem transit: hypothecam, cum non transit nec possessio ad creditorem. Quod vero Marcianus ait li. sing. ad formulam hypothecariam, inter pignus & hypothecam tantum nominis sonum differre: id ex Iustiniani sententia ita intelligendum est, ut quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil intersit. Nam de qua re inter creditorem & debitorem convenit, ut sit pro debito obligata, utraque hæc appellatione continetur. Sed tamen crebro his duobus nominibus nostri abutuntur, item eorum conjugatis pignerandi & ὑποθηκίζου, pro quo aut in hypothecam dare, aut, quod propius ad Græcam linguam accedit, supponere appellant. Namque & libro x x v i i. Digestorum titulus est de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alienandis vel supponendis, & Iustinus in Constitutione quadam ad Archelaum P. P. ita scribit: Cum notissimi iuris sit, actionem hypothecariam in extraneos quidem supposita rei detentatores annorum triginta finiri spatij. Quamobrem non male in veteri quodam libro pars quædam alterius constitutionis Iustiniani, quæ lib. v i. constitutionum refertur, ita scripta est: Sed pater quidem in prædictis tantummodo causis habeat licentiam rite res, filij nomine vendere; vel si emptorem non inuenerit, supponere. Sed ut ad Caium revertamur, quid in x i i. cautum esset de pignoribus ignotamus: aliquid tamen scriptum fuisse ex Caii capite suspicamur.

d. l. p. l. c. b.

Inst. de actio.
p. Item Ser-
uiana.I. si rem alie-
nam. p. pro-
prie de pign.
actio.
I. res in fine.
de pigno.
d. p. item Ser-
uiana.I. cum notis-
simi C. de pr.
jo. vel 40. an-
not.E. vi. p. p. sum.
C. de bo. que
lib.
l. v.I. vit. de col-
legiis.

Ex eodem Caio lib. 1 v. ad legem x i i. Tabular. cuius verba referuntur lib. x l v i i. Digest. legem in x i i. fuisse cognoscimus, quæ de collegiis scripta est ad exemplum Græcæ Solonis legis. Verba Cai sunt hæc: *Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt, quam Græci ἰταίαιαν vocant. His autem potestatem facit lex pactionem quam velint, sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant.* Sed hæc lex videtur ex lege Solonis translata esse. nam in luc ita est: *ἂν ᾖ δῆμος, ἢ φράτρις ἢ ἑραὸν ἑρρίαν ἢ ναῦται, ἢ σκώπτοι, ἢ ἑμαῖφοι, ἢ θιασάται ἢ ἄπὸ λείων οἰχομένοι, ἢ εἰς ἑμπορίαν, ἢ τι ἀντίτων διαδοί-
ται, πρὸς ἀλλήλους κύβιον ἢ):* *ἂν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημοσία γράμματα.* Quam legem ita interpretari visum est: *Si qui è plebe, aut tribu, aut sacrorum ministeriorum ministri, aut nautæ, aut communi cibo, vel sepulchro utentes, aut publicani, aut qui prædatum eunt, aut ad mercatum, quidquam inter se propter eas causas constituerit, ratum sit; dum ne id publicis sanctionibus prohibeatur.* De eiusmodi collegiis atque corporibus varie in Vrbe actum est. Nam ut Cicero scribit in libro de senectute, sodalitates Quæstorum M. Catone maiore constitutæ sunt sacris Idæis magnæ matris receptis. Veteres autem x i i. Tabularum fortasse fuerant dissolutæ. Sed & P. Clodius,

dus,

dius, vt alio loco scripsit, collegia pleraque instituit. At lib. 11. ad *Q. fratrem* Cicero ait factum esse S. C. vt fodalitates, decuriatique discederent; lexque de his ferretur, vt qui non discessissent, ea pœna, quæ est de vi, teneretur. Nostri quoque iureconfulti & Senatusconsulta, & mandata, rescriptaque Principum referunt, quibus collegia sine Principis aut Senatus voluntate coire nequeunt.

Ex eodem *Cai*o lib. v1. illud etiam est, quod sub titulo de litigiosis lib. XLIV. Digestorum refertur. *Rem, de qua controuersia est, prohibemur in sacrum dedicare, alioquin dupli pœnam patimur. nec immerito, ne liceat eo modo duriores aduersarij condicionem facere. Sed duplum vtrum fisco, an aduersario præstandum sit, nihil exprimitur. Fortassis autem magis aduersario, vt id veluti solacium habeat pro eo quod potentiore aduersario traditus est.* Exstant lib. 11. Constit. pleræque leges, quibus non licet potentioribus patrocinium litigantibus præstare, neque in se actiones transferre, item litigatores nequeunt eorum nomine titulos adfigere prædijs, neque in litem eorum nominibus uti, & cætera, quæ à Principibus constituta sunt. Hæc habui quæ de XII. Tabulis ex varijs libris collecta scriberem, quibus aut nos, aut alij aliquando plura addent. Scripsit ad eas leges *Caius* libros sex, quorum initium illud, vt arbitror, fuit, quod *Iustinianus* lib. 1. Digestor. retulit: *Facturus legum veterum interpretationem, necessario prius ab Urbis inijs repetendum existimaui.* Cætera, quæ varijs Digestor. locis scripta sunt, omnia (ni fallor) antea retulimus. Eorum librorum ordinem secuti fuisset, vt pote qui ipsarum legum fuisset; nisi perpauca ex eisdem libris, ex alijs autem tam multa cepisset. Quod si cuiquam is ordo magis probetur, superiores omnes locos perlegere poterit, & ex eis *Caii* ordinem ediscere. Quæ vero alij ex *Ciceronis* & *Solonis* legibus ad has leges retulerunt, item alia quæ eis colligere visum est: nos cum ea in veterum libris XII. Tabular. esse non reperiamus; tantisper manus ab eis abstinuimus, dum in illos libros incidamus. Exstarent vtinam ipsa legum verba, vt *Diodorus* lib. xij. in ære incisa suo tempore conseruari testatur; aut saltem aliquo ex veterum interpretum libello comprehensa essent: magnam enim lucem iuris antiquitati præstarent.

LVI.
l. vi. de litig.
gl.

LI. de or. iur.

FINIS.

DE SENATVSCONSVLTVS.



COLLECTAE sunt à nobis, omnes (vt opinor) veterum leges, quarum nomina in nostris libris, aut in variis variarum rerum scriptoribus reperire potuimus. Nunc de Senatusconsultis scribendum est, in quibus minori negotio hac pro- uincia fungemur. Cum enim ea nos tantum persequamur, quæ nominibus suis nota sunt; quod recens inuentum est, & Imperatorum temporibus vt arbitror, vsurpatum: Placentini docti viri, & vt illis temporibus non inegantis collectione contenti, pauca admodum addemus. Effet enim infinitum, si veteres omnes leges, Senatusque consulta velimus referre: quem laborem si non inutilem non nemo putauerit, suscipiat, velim. Interea hæc, quæ veluti astra quædam illustriora inter cetera sidera notauimus, digna esse putamus, quæ literis mandentur. Sed ante quam de his rebus dicere incipio, admonere lectores Placentini librorum qui nuper editi sunt, velim; non satis certum esse ab eo viro illos libros esse conscriptos. Exstat enim apud me altera Institutionum & Constitutionum Placentini epitome, quæ multo & breuior & elegantior est, cui additum est de Longobardorum origine & legibus, de variis actionibus, & de Martini, & Bulgari, atque aliorum disputationibus, quæ nos aliquando edenda curabimus. Sed interea tamen ad ipsa Senatusconsulta veniamus. siue enim Placentinus est, siue alius eo nomine dignus; hac quidem in parte adiuit nostram disciplinam.

ÆMILIANVM.

À si cum se-
uum. p. si
quia seruum
& fideicom-
lib.
non tantu-
p. sed si non-
dam co.



ITA à Placentino appellatur S. C. quod ab Vlpiano re- fertur libro v. Fideicommissor. Emilio Iunco & Iulio Se- uero Coss. conscriptum. Sed mihi videtur id à Marciano lib. ix. institutionum Iuncianum esse appellatum, cuius verba posterius referemus. neque recte à Placentino & separatam ab hoc est, & vintianum dicitur.

APRONIANVM.

1. omnib. ad
S. C. Teob.



1. ita tamen
in pio. eo.

1. vn. de libe.
vau.

HIVS Senatusconsulti in Vectibulicia lege mentionē fecimus. De quo Paulus libro singulari de Senatusconsultis: *Omnibus, inquit, ciuitatibus quæ sub imperio populi Romani sunt, restitui debere & posse hereditatem fideicommissam Apronianum Senatusconsultum iubet, Sed & actiones in eas placuit ex Trebelliano transferri. sed & municipes ad eas admittuntur. Ad- dit Iulianus lib. xl. Digestor. Ita tamen, vt hi quibus restituetur heredi- tas, actorum eligant, & ad agendum, & ad excipiendas actiones.* De eodem Senatusconsulto Vlpianus lib. xl. ix. ad edictum scribit: *Quaratione*
Senatus

Senatus censuit, vt restitui municipibus ex Trebelliano hereditas possit, qua ratione alio S.C. hereditibus eis institutis à liberto, adquirere hereditatem permissum est; ita bonorum quoque possessionem petere dicendum est. Hoc S.C. cum post Trebellianum, & non post Saluij Iuliani ætatem scriptum sit; crediderim Prætorio & Cassio Aproniano Coss. Hadriani tempore factum fuisse; aut Quinctio Nigro & T. Aproniano.

ARTICVLEIANVM.



MARTICIANVS lib. IX. institutionum scribit, hoc S.C. caueri, vt in prouincijs Præfides cognoscant de libertatibus quæ ex fideicommissis debentur, licet heres non sit eius prouinciarum. Existimo autem ab Articuleio Prætorio, qui Traiano in quarto Consulatu collega fuit, appellatum. Quam obrem non recte Artificulianum ab alijs appellatur.

*l. non ritum
p. sed Articuleiano. de h. d. lib.*

CALVISIANVM, siue CALVITIANVM.



VLPIANVS in Fragment. titulo de solidi capacitate inter virum & uxorem, huius S.C. mentionem facit his verbis: *Quod si maior quinquagenaria minori sexagenario nupserit; impar matrimonium appellatur, & S.C. Caluitiano iubetur non proficere ad capiendas hereditates, & legat as dotes.* Itaque non mortua muliere, dos caduca erit. Hac de re in lege Papia dictum est. Caluisianum autem hoc S.C. malo scribere, vt Caluisiana actio, & Caluisianum iudicium dicitur in Pandectis.

Instit. de succ. subl. in fine, & C. de S.C. Clau. tol.

CLAVDIANVM.



RLACENTINVS Senatusconsultum refert Silianum & Claudianum, de quo lib. XXI. Digestor. scribitur, vt de eo suo loco dicitur. Omittit autem Claudianum S.C. quo libera mulier adduci iubebatur domino eius serui cuius concubitus nullis denuntiationibus petere desinebat. Est autem id S.C. ab Iustiniano abrogatum, vt lib. II. Institutionum, & VII. Constitutionum scribit. Quod Vespasiani tempore factum esse, ex Suetonio apparet. Auctor, inquit, Senatui fuit decernendi, vt quæ se alieno seruo iunxisset, ancilla haberetur. Item Claudiano S.C. maior sexagenario si minorem quinquagenaria duxerit, perinde habeatur, ac si minor sexaginta annorum duxisset uxorem, vt Vlpianus ait in Fragmentis, titulo de solidi capacitate. Vide legem Papiam, & S.C. Caluisianum, & S.C. Pernicianum.

DASVMIANVM.



DASVMIANVM, non Damasianum, nec Dasumaianum. Hoc cautum est, vt Marcianus lib. IX. institutionum, & Marcianus lib. X. V. fideicommissorum scribunt, vt si ex iusta causa absit

l. non ritum. p. S. C. l. neq. infantes. de fideicom. lib.

qui fideicommissam libertatem debet. & hoc pronuntiatum fuerit, perinde libertas competat, atque si ut oportet, ex causa fideicommissi manumissus esset. *Abesse autē* (inquit Marcianus) *is intelligitur, qui à Tribunali abest.* Et quia heredibus tantum cautum erat; adiectum est eodē S. C. ut quicumque fideicommissam libertatem, ex quacumque causa pronuntiatum fuerit eum, eorū abesse, perinde habeatur, atque si ut oportet, ex causa fideicommissi manumissus esset. Quo loco arbitror QVICVNQVE pro CVICVMQVE scriptum esse in Tulcō libro, aut mendum esse, quod magis crediderim. Neque enim placet, quod alij scripserunt, ut quicumque fideicommissam libertatem ꝑ debet. Quod si cuiuscūque fideicommissa libertate scriptum esset, minus fortasse laboraremus. Nunc plane quid dicatur, ignoro. Sed ex Marciani capite cognoscimus, ut cum Rubriano S. C. Praetor pronuntiare possit absente eo qui libertatem debebat, si is iusta ex causa absit, libertum non amittit. Hi enim qui ex iusta causa aberant eo S. C. non comprehendebantur. Sed cum initio heredi soli cautum esset; adiectum est, ut quicumque debenti libertatem consultum sit.

† debeat, for
sitan mēllos.
d. Inequia
fantes.

IVNCIANVM.

DE hoc aperte Ulpianus lib. v. Fideicommissorum scribit his verbis: *Si quis seruum non hereditarium rogatus manumittere lauitis factum est, S. C. Aemilio Iunco & Iulio Severo Coss. in hæc verba: PLACERE, SI EX HIS QUI FIDEICOMMISSAM LIBERTATEM EX QUACVNQVE CAUSA DEBERENT SERVO, QUI MORTIS TEMPORE ELVS QUI ROGAVIT, NON FVERIT, ISQVE ADESSB NEGABITVR, PRAETOR COGNOSCAT: ET SI IN EA CAUSA ESSE VIDEBITVR, VT SI PRAESENS ESSET, MANVMITTERE COGI DEBERET: ID ITA ESSE PRONVNTIET. CVMQVE ITA PRONVNTIASET, IDEM IVRIS FRIT, QVOD ESSOT, SI ITA VT EX FIDEICOMMISSO MANVMITTI DEBVISSET, MANVMISSVS ESSET.* Addit Marcian. lib. x. institutionum: *Sed si non hereditarium seruum quis rogatus fuerit manumittere, sed proprium: ex S. C. Iunciano post pronuntiationem pervenit ad libertatem. Emptor quoq; ut manumittat eodē S. C. expressum est, & praesens coheres perinde manumittat atque si traditum à coherede accepisset.* Hoc S. C. à Placētino, tum Aemilianū, tum Vincianū appellatur. Sed & hoc. Consulium nomina in Consulū catalogo non legi, cuius rei rationē infra scribam.

Id eum ser-
uū. p. si quis
de fideic. lib.

Id non tūm.
p. sed ū no.
co.

LARGIANVM.

UVINCIANVS LIB. I. INSTITUTIONUM scribit, ex lege Iunia Norbana Latini liberti hereditatem, tanquam peculium patronum retinuisse. Latini enim ut liberi vitam peragebant: moriebantur ut serui, omnia apud patronum relinquentes. Postea S. C. Largiano liberi manumissoris non nominati exheredati extraneis heredibus in bonis huiusmodi liberti praeferebantur. Secutum est Hadriani edictum, quo Latinis libertis, qui sine voluntate patronorum civitatem Romae ex Principis beneficio

Inst. de fac.
ca. lib. in h.
ca.

neficio consecuti fuissent, eam viuos quidem tenere permisit; sed decedentes Latinos exilimandos. Hæc autem omnia ex Iustiniani constitutione sublata Latinitate abolita sunt; vt in Iunia lege diximus. Placentinus vero hæc non recte distinxit.

l. v. c. de Lat. lib. col.

LIBONIANVM.

HOC S. C. cum lege Cornelia de falsis coniunctum est. Itaque quodcumque ex S. C. ab iureconsultis in eo tractatu dicitur, ad hoc esse referendum credendum est. Et Marcianus libro XIV. institutionum scribit: *Pæna legis Corneliae irrogatur ei, qui falsas testationes faciendas, testimonia- ve falsa in sciencia dolo malo coierit. item ob instruendam aduocationem, et testimonia ve pecuniam acceperit, pactus ve fuerit, societatem coierit ad obligationem innocentium, ex S. C. coercetur.* Et postea: *Ad testamenta militum S. C. pertinet, quo lege Cornelia tenentur, qui sibi legatum fideicommissum ve adscripserint.* Addit Iulianus libro LXXVI. Digestor. *Senatus pænam remisit ei, qui legata à se testamento data, codicillis sua manu scriptis ademerat; sed & quia iussu patris id fecerat, & auctor. x. v. erat, hereditatem quoque ei capere permixtum est.* Quæ verba fortasse non ad hoc S. C. pertinent, sed ad eam speciem, quæ in Senatum introducta est. *Quæ autem, non quæ scriptimus, veterem Pandectar. Tuscar. scripturam secuti, vt aliis permixtis locis, quos in Emendationibus persecuti sumus. Quod vero dictum est hoc S. C. teneri, qui legatum sibi in testamento adscripserit: id Africanus libro 111. quæstionum tum esse verum existimat, cum perfectum testamentum non est. Prius enim, inquit, oportet esse aliquod testamentum, vel non iure factum, vt S. C. locus sit. Idem ait: Si institutus heres exheredationem nominatim filij vel aliar. personar. adscribit, S. C. tenetur. Similiter & is qui libertatem sua manu ademit serui testatoris, & maxime cui à se legata vel fideicommissa data erant, S. C. tenetur.* Apud Macrum vero lib. I. publicor. iudicior. Senatusconsultus nihil caueri scribitur de eo, qui eius in cuius potestate est, eiq. qui in eadem potestate est, adscripserit. neque eis locum esse, si extraneo adscriptum legatum sit ab eo qui viuo testatore in potestate cum habere cœperit. Quæ autem sint cetera Senatusconsulta ignoramus. Sed ad Iulianum pertinet, quod Paulus ait lib. X XI. Quæstionum: *Quantum ad S. C. quo prohibemur nobis, vel his, quos in potestate habemus, adscribere legatum; emancipatus quoque filius eadem pæna tenebitur, licet iussu patris scripserit. Excusatus enim, inquit, is videtur, qui in potestate est, sicut seruus, si tamen iussu ex subscriptione testatoris appareat, sic enim inueni Senatû censuisse.* Hoc S. C. cum edictis D. Claudij eodẽ fere tempore factum crediderim, vt ex Alexandri constitutione, & Paulo codicillo illo libro, & Callistrato lib. I. Quæstionum significari videtur. Sed & idem Paulus libro singulari ad S. C. Libonianum scribit, *Impuberem in hoc edictum incidere dicendum non est.* Postea tamen de S. C. plurib. verb. agitur. Callistratus autẽ ait *Senatû quoque censuisse, vt si seruus domini sui iussu testamento, codicillis ve libertatem sibi adscripserit; ob eam rem; quod ipsius manu adscriptum est, minus liber sit; sed libertas ei ex fideicommissi causa præstatur, si modo post eam scripturam manu sua*

l. de l. Cer. de fals. & da S. C. Libo.

l. Senatus. c.

l. 6 quis legatum. cod.

l. de eo. cod.

l. filius em. c. patus e.

l. Senatusconsulto. C. de his qui sibi adscr. d. l. filius & l. Diuus. del. Cer. de fals. l. impubrem cod. d. Diuus. p. item fecerat.

testator testamento codicillisve subscripserit. Quæ verba mēdosa habentur
Cetera latius libro X L V I I I . Digestorū & I X . Cōstitutionum referūtur

M A C E D O N I A N V M .

J. r. de S. C.
Maced.



VLPIANVS lib. xxix. ad edictum scribit: Verba S. C. Ma-
cedoniani hæc sunt: CVM INTER CETERAS SCELE-
RIS CAUSAS MACEDO, QVAS ILLI NATVRA AD-
MINISTRABAT, ETIAM AES ALIENVM ADHIBVIS-
SET, ET SAEPE MATERIAM PECCANDI MALIS MO-
RIBVS PRAESTARET, QVI PECVNIAM, NE QVID AMPLIVS DI-
CERETVR, INCERTIS NOMINIB. CREDERET: PLACERE, NE CVI,
QVI FILIOFAMILIAS MVTVAM PECVNIAM DEDISSET, ETIAM
POST MORTEM PARENTIS EIVS, CVIVS IN POTESTATE FVIS-
SET, ACTIO, PETITIOQ. DARETVR. VT SCIRENT QVI PESSIMO
EXEMPLO FAENERARENT NVLLIVS POSSE FILII FAMILIAS
BONVM NOMEN EXPECTATA PATRIS MORTE FIARI. Suetonius
vero scribit Vespasianum auctorem Senatui fuisse decernendi, ne filio-
rumfa. feneratorib. exigendi crediti ius vñquam esset, ne post patrum
quidem mortem. Vespasiani itaque tempore Macedo fenerator, non fi-
liusf. vt I herophilus putat lib. i v. institutionum titulo quod cum eo, iu-
uentutem Romanam mutuis pecuniis, aliisq; nefandis ministeriis cor-
rumpebat; quæ omnia ipse in libris rationū incertis nominib. adscribe-
bat: tum quod minime essent dilucida atque aperta, quæ quibusq; causis
data essent, tum quod dies solutionis incertus erat, in mortem scilicet,
quæ expectabatur, patrum. Hæc ne vñquam bona nomina fierent, hoc
est, vt ne iure exigi credita possent, censuit Senatus, vt si quis mutuum
pecuniã filiisf. dedisset, nulla actio ei, nulla petitio daretur, ne post mor-
tem quidem parentum. Addit Iustinianus lib. i v. Institutionum, hæc i-
deo Senatum censuisse, quoniam sæpe filiisfa. onerari ære creditar.
pecuniar. quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur.
Filiis autem familias intelligendum est, tam masculos, quam feminas,
item nepotes, neptesque. Pecunia vero numerata intelligitur, nisi si fraus
fieret, frumento, vino, aut oleo mutuo dato, vt pecunia inde efficeretur.
Patre autem inuito hæc locum habent, nisi in rem patris versa pecunia
sit. Sed & vsque ad quantitatem castrensis peculij cum ipsis filiisfa. actio
est. Quæ omnia, atque alia multa plenius lib. x i v. Digestor. & Consti-
tutionum I v. referuntur.

Infl. quod cũ
eo. p. illud.

N E R O N I A N V M .



APVD Paulum lib. ii i. sententiar. hoc S. C. caueri dicitur, vt oc-
cisa vxore etiam de familia viri quæstio habeatur. Quod ad Si-
lanianum & Claudianum pertinere alio loco scripsimus.

N V M I A N V M .



NVMIANVM, vel Nonianū, vel vt Placentino placet. Viuiarum,
Rosfredo Iunianum, aut Domitianqm. Domitiani quidē certe
temporibus factum est, vt Caius libro ii. ad edictum Præto-

l. i. de collu.
dat.

ris vrbani, titulo de liberali causa scribit, (Nonio fortasse & Laterano Coss.) *Ne quorundam dominor. erga seruos nimia indulgentia inquinaret amplissimum ordinem* (Senatum autem significat) *eo quod pateretur seruos suos in ingenuitatem proclamare, liberoque iudicari. Itaque cautum est, vt si quis probasset per collusionem quidquam factum, si iste homo seruus sit, fieret eius seruus qui detexisset collusionem.* Idem in libertinis statutura esse ex eodem S.C. Diocletianus & Maximianus rescripserunt.

Lvlm. C. 19

ORPHITIANVM.



VSTINIANVS lib. 112. Institutionum scribit liberos ad bona matrum intestatarum admitti ex S. C. Orphitiano, quod Orphitio & Rufo Coss. factum est D. Marci temporibus. Liberos vero appellat filios & filias tantum: nepotes vero & neptes ex constitutionibus idem ius habent.

Instit. de S.C. Orph. in pti.

Vulgo autem quaesiti filij ex S. C. admittuntur. praefertunturque tum omnibus adgnatis atque cognatis matris, siue ingenua siue libertina mater sit. Verba autem S.C. quaedam ab Vlpiano referuntur lib. xlii ad Sa-

binum: *SI NEMO FILIORVM EORVMVE, QUIBVS SIMVL LEGITIMA HEREDITAS DEFERTVR, VOLET AD SE EAM HEREDITATEM PERTINERE, IVS ANTIQVVM ESTO. EORVMVE in optimis libris scriptum est, patronique ni fallor, intelliguntur, qui ex lege Papia in centenariorum libertor. hereditate virilem cum liberis portionem habebant, si modo pauciores tribus essent. Idque significare Vlpianus videtur, cum postea scribat: Si forte sit filius & patronus, repudiante filio patrono defertur.* Addit alia eiusdem S.C. verba, quae eleganter interpretatur. *Quod ait Senatus. Quae iudicata, transacta, finitave sunt, rata maneant: ita intelligendum est, vt iudicata accipere debeamus ab eo, cui iudicandi ius fuit, transacta scilicet bona fide, vt valeat transactio, finita vel consensu, vel longo silentio sopita.* Et hoc est quod Paulus ait lib. sing. ad S.C. Orphit. Iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita. Illud etiam notandum est, quod idem Vlpianus scribit: *Qui operas suas vt cum bestijs pugnaret, locauit; qui ve rei capitalis damnatus, neque restitutus est; ex S.C. Orphitiano ad matris hereditatem non admittebatur. Sed humana interpretatione placuit eum admitti.* Cetera in Digestis & Constitutionibus reperientur. Tantum addam, quod Paulus libro quarto sententiarum scribit, Nominatim seruos manumittendos esse, propter legem Fufiam Caniniam. Sed si quis obsonatorem, vel qui ex ancilla nasceretur, liberum esse voluerit, ex Orphitiano S.C. perinde, inquit, libertas competit, ac si nominatim data sit; nisi forte plures sint, qui eo officio designentur. Quae de re in Caninia satis dictum est.

l. i. p. si nemo ad S.C. Ter. ty. & Orph. Instit. de succe. li. p. postea.

d. l. i. p. vltim.

l. vt sunt. de verb. sign.

d. l. i. p. qui operat.

PEGASIANVM.



VSTINIANVS lib. 11. Institutionum scribit Neronis temporibus Trebellianum S.C. factum esse, quo omnes actiones, quae iure ciuili heredi & in heredem competunt, iustum est vt daren-

Instit. de fidel. her. p. restitu. ca. & p. sed quia.

tur ei & in eū, cui ex fideicommissio restituta esset hereditas. Postea veto Vespasiani Augusti temporibus Pegaso & Pufione Coss. Senatus censuit, vt ei qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atq; ex lege Falcidia ex legato retinere cōceditur. Sed & si non hereditas, sed res aliqua restituenda essent, ex lingulis rebus retineri quartam concessum est. Quod si scriptus heres recusaret additionem hereditatis, hoc ipso S. C. cauebatur, vt adito Prætorē ab eo, cui restituenda esset, adire, & restituere heres iuberetur. perindeque ei & in eum qui recepit hereditatem, actiones darentur, atque ex Trebelliano dabantur. Itaq; ex Trebelliano actiones transferebantur, si modo intra dodrantem restitutio coacta esset: ex Pegasiano retentio quartæ venit, & vt cogeret heres adire suspectam hereditatem, & vt tunc actiones transfirent. Sed cum quarta ex Pegasiano retinebatur, nihil de actionibus dictū erat. Et in vsu erat, vt stipulationes interponerentur, quæ solebant inter legatarios & heredes interponi, cum bonorum pars esset legata. Quod præter Iustinianum & Theophilum, qui dilucide hæc omnia persecuti sunt, Paulus libro quarto sententiar. scribit. Iustinianus tamen hoc S. C. abrogauit Græca, vt arbitrator, constitutione, quæ sub titulo de S. C. Trebelliano lib. vii. Constitutionum desideratur: sub quo titulo altera Græca constitutio deest de incertis personis, de qua Iustinianus in Institutionibus titulo de legatis. & vtraque ab Haloandro prætermissa est. Hæc igitur causa fuit cur libro xxxvi. Digestorum nulla mentio Pegasiani S. C. fiat. quod ne fieret, & Græca & Latina constitutione nominatim iussum est. Nouella quoque prima in Trebellianum esse omnia, quæ hoc S. C. continerentur, transfusa, Iustinianus scribit.

p. ego. eo.

l. p. quintus
C. de velle
ca.

PERNICIANVM.



VLPIANVS in Fragmento. titulo de solidi capacitate ita scribit: *Qui intra sexagesimum, vel qua intra quinquagesimum annum neutri legi paruerit (loquitur autem de legibus Julia & Papia) licet ipsis legibus post hanc aetatem liberatus esset, perpetuis tamen pænis tenebitur ex S. C. Perniciano.* Vide S. C. Caluissianum, & S. C. Claudianum.

l. Senatuscon
sulto. de S. C.
Silan.

PISONIANVM.



PAVLVS lib. XLVI. ad edictum scribit: *S. C. Pisoniano cauetur, vt si pæna obnoxius seruus remisset, quandoque animaduersum in eum esset, vt venditor pretium praestaret, ne emptori iniuriam fecisse videatur Senatus.* Hæc ita scribenda sunt in quib. verbis **QUANDOQUE** pro quodcumque accipitur, vt aliis quoque locis, quos in Emendationibus enumerauimus.

PLANCIANVM.



PLANCIANVM, non Plaucianum, vt Vlpianus lib. xxxiv. ad edictum scribit. *Hoc S. C. de liberis agnoscendis, vt idem Vlpianus ait, duas species complectitur: vnam eorum qui agnoscunt, aliam eorum qui falsum partum subiciunt.* Sed de agnoscendis multa referuntur, de partu in lege Cornelia tractatur.

l. p. eleganter.
l. p. in pri. de
agn. & alc. li.

d. l. in pri.

tractatur. Permittit igitur mulieri parentive, in cuius potestate est, vel ei, cui mandatum ab eis est, si putet pregnantem, denuntiare intra dies xxx. post diuortium connumerandos, ipsi marito, vel parenti in cuius potestate est; aut domum denuntiare, si nullius eorum copiam habeat. Pœna autem mariti ea est, ut nisi aut custodes præmiserit, aut contra denuntiauerit, non esse ex se pregnantem; cogatur maritus partum agnoscere: & si non agnoverit, extra ordinem coercetur. Sed cum hoc S. C. ad eos tantum partus pertineret, qui post diuortium eduntur, aliud S. C. temporib. D. Hadriani factum est, ut etiam si constante matrimonio partus sit editus, de agnoscendo eo agatur. Hæc autem Senatusconsulta post mortem parentis cessant, si is supersit, in cuius potestate recasuri non sunt. Etenim pertinent ad eos qui sui heredes adnascuntur. Ceterum si forte non sint in potestate recasuri, verius est Senatusconsulta cessare. Hæc Vlpianus.

d. l. d. 1. j.

RUBRIANVM.

IDEM Vlpianus lib. v. fideicommissor. scribit: Subuentum libertatib. est S. C. quod factum est temporib. D. Traiani, Rubrio Gallo & Calio Hispore Coss. in hæc verba: SI HI, A QUIBUS LIBERTATEM PRAESTARI OPORTET, EVOCATI A PRAETORE ADESSE NOLVissent; SI CAUSA COGNITA PRAETOR PRONVTIASSET LIBERTATEM HIS DEBERI; EODEM IVRE STATVM SERVARI AC SI DIRECTO MANVMISSI ESSENT. Hoc S. C. (inquit Vlpianus) ad eos pertinet. quib. ex causa fideicommissi libertas debeat. Hoc est Rubrianum S. C. cuius lib. x l. Digestor. multa mentio fit. quod Iuncianum, Vitrasianum, Dausumianum, & Articuleianum consecuta sunt. Apud Vlpianum vero lib. xxxv 111. ad Sabinum scriptum est: Si forte ex Rubriano S. C. pervenerit ad libertatem servus, non habebit tutorem eum, qui rogatus est: sed drcinus libertus effectus ad familiam testatoris pertinebit. In qua specie incipit tutela ad liberos patroni primos pertinere, qua ad patronos non pertinuit. Illorum autem Coss. nomina in indice vulgari Coss. ut alia non pauca, minime reperiuntur. In causa est, quod Dion lib. x l. 111. & x l. v 111. scribit, annos Consulum ab his qui primis duobus mensibus creati essent, nomen accepisse; quod secuti Calpurnius & Haloander sunt. At qui reliquis mensibus creabantur, quod à C. Casare Dictatore introductum est, & minores Consules dicebantur; in Senatusconsultis & auctoritatibus scriptos fuisse animadvertimus. De quib. illud non male diceretur, quod Ciceronem de Caninij Consulatu vnius diei dixisse ferunt, quarendum esse quibus Consulibus Consules fuerint.

l. cum vero. p. subeetum. de fideic. lib.

p. evocari. e. l. & l. si eum. in prin. l. 6. si huius. p. est. l. neque infans. in pri. eo. tit. l. de legi. 1. to.

SABINIANVM.

HOC S. C. melius Theophilus libro 111. Institutionum quam Placentinus, & ceteri, interpretatur. quo cautum esse scribit, ut si quis adoptet unum & tribus fratribus, quartam bonorum partem ei relinquere debeat Iustinianus vero id ipsum significat eodem libro: Neque si ex Sabi-

in f. de her. quæ ab int. de p. sed ca.

niano, inquit, S. C. ex tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in huiusmodi casu neque quarta ei seruatur, nec vlla actio ad eius persecutionem competit. Et in quadam constitutione, quæ eodem loco refertur: Quæ autem, inquit, de alijs adoptiuis diximus, hæc sancimus etiam de his qui ex Sabiniانو S. C. ex tribus maribus fuerant ab extraneo adoptati. Non idem est, quod alia constitutione dicitur, si ex tribus maribus à patre in Senatum oblati aliquis esset, liberari olim à curiali fortuna. quod legibus antiquis comprehensum esse scribitur. Sed utramque ab Iustiniano sublata est. & si extraneus est qui adoptat, nihil est quod testamento relinquere adoptato debeat: ab intestato tamen is legitimam hereditatem consequitur.

SILANIANVM.

l. in prel. de S. C. Siliani.



DE Siliano & Claudiano Senatusconsultis Vlpianus libro quinquagesimo ad edictum ita scribit: Cum aliter nulla domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui custodia dominis tam ab domesticis, quam ab extraneis præstare serui cogantur: ideo Senatusconsulta introducta sunt de publica quaestione à familia necator habenda. Domini appellatione in hoc S. C. filium quoque familias contineri Vlpianus ait: ut tam patre occiso serui filiorum torqueantur, quam occiso filio serui patris. De matris seruis filio occiso quaestio non habebitur. Sed si vir aut vxor occisi esse proponantur, Senatus censuit, ut de seruis eorum quaestio habeatur, quia commixta familia est, & vna domus; & ita vindicandum atque in propriis seruis. Quod caput Paulus lib. 111. sententiarum ad Neronianum S. C. refert, quod nescio an idem sit cum Claudiano. De soceri seruis vxore aut marito occisis quaestio non censuit Senatus, sed Marcellus habendam existimauit. Eos autem seruos, qui sub eodem tecto fuerunt, S. C. omnimodo punit, qui vero non sub eodem tecto fuerunt, sed in eadem regione; non aliter, nisi conscij fuissent. Exciipiuntur hoc S. C. impuberes serui, ut Marcellus lib. x. 1. de publicis iudicijs scribit; ite qui auxilium tulerunt sine dolo malo, ut Vlpianus ait. Eis quoque subuenitur, qui eo tempore clausi fuerunt, aut vinciti: item his, qui ætate defecti sunt; & surdis, mutis atque furiosis. Illa etiam Senatusconsulti sunt, quæ Vlpianus refert: Si quis quem eorum seruamve ex ea familia, qui eius facinoris noxius erit, receperit, vel calauerit sciens dolo malo: in ea causa est, ac si lege, quæ sicarijs lata est, facinoris noxius fuerit. Item illa quæ sequuntur, ut qui eadem domini vindicasset, aut arguisset, libertatem pro præmio acciperet: si modo ultro ad accusationem profilit. Qua in remendum esse suspicabamur in Florentino libro, vnde ceteri id conseruarunt. Nam VINDICASSE in omnibus libris est, & INDICASSE scribendum esse credebamus ex his verbis, quæ sub titulo de verborum significatione reperiuntur sumpta ex eodem hoc libro 1. ad edictum. Indicasse est detulisse: arguisse, accusasse, & conuicisse. Qua de re lib. 1. Emendationum scripsimus. Edictum vero, quod Vlpianus interpretabatur, illud, opinor, erat: ut quod ad causam testamenti pertinens relictum erit ab eo qui occisus esse dicitur, id ne quis sciens dolo malo aperendum, recitandum,

recipiuntur. eo. & d. i. p. impuberes & s. p.

l. si quis in grauius subuenitur. e. p. si quis, quæ ead. l.

l. indicasse. de verb. sign. d. h. si quis. p. quod ad causam.

recitandum, describendumque curet prius quam de ea familia quaestio ex S. C. habita, suppliciumque de noxiis sumptum fuerit. Quamquam Venuleius Saturninus lib. 11. de publicis iudiciis, & Paulus lib. 111. sent. titulo ad S. C. Silanian. significare videatur ex hoc S. C. tabulas occisorum ante hanc quaestionem aperiri non posse. Addit idem Saturninus, Taurro & Lepido Coss. aliud S. C. factum esse, ut intra quinquennium cognoscatur de tabulis apertis eius qui à familia sua occisus esse dicatur. quod ad extraneos pertinet. namque eos qui parricidij poena teneri possunt, semper accusare permittitur eodem S. C. Quod vero antea ex Vlpiano retulimus eos S. C. punire, qui sub eodem tecto fuerunt; Vlpianus & Iustinianus hæc verba **SUB EODEM TECTO**, ita interpretantur, ut cuiusque eo loci fuerunt, inde vocem exaudire potuerunt, puniantur, quasi sub eodem tecto fuerint. Sed hæc, atque alia late in Digestor. & Constitutionum libris reperiuntur.

lib. cogu. o
ne. co.

d. l. i. p. hoc
autem.
l. vlt. C. de his
quib. vt iqd.

TERTULLIANVM.



TEX XII. Tabular. (vt Iustinianus lib. 111. Institutionum scribit) inter matrem & filium vltro citroque nullum ius ad legitimam hereditatem, dabat, Praetores bonorum possessionem vnde cognati dederunt. Primus D. Claudius matri ad solatium liberorum amissorum legitimam eorum hereditatem detulit. Diui autem Hadriani temporibus Tertullianum S. C. factum est, quo plenissime de successione matri non etiam auiz deferenda, cautum est, Vt mater ingenua trium liberorum ius habens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumve admittantur intestato mortuorum, licet in potestate parentis sit, cuius iussus tum desideratur. Ius autem liberorum mater habet, vt Paulus libro quarto sententiarum scribit, si tres filios aut habet, aut habuit, aut neque habet, neque habuit. *Habet, inquit, cui supersunt; habuit, quæ amissis; neque habet, neque habuit, quæ beneficio Principis ius liberorum consecuta est.* Sed de iure liberorum satis superque in Papia lege dictum est. quo loco non pauca de hoc S. C. scripsimus. Est autem Iustiniani constitutionibus omnibus matribus commodum huius S. C. concessum. Ex quo Vlp. verba lib. XIIII. ad Sabinum ab Iustiniani ministris deminuta referuntur lib. XXXVIIII. Digest. *Siue ingenua sit mater, siue libertina, habebit Tertullianum commodum.* Est autem ius liberorum omnibus hominibus ab Honorio & Theodosio concessum, sed matri largius ab Iustiniano consultum.

Infl. de S. C.
Tert. in prin.

l. vlt. C. de
iure libe & l.
vlt. C. ad S. C.
Tertul. l. 1.
Dig. ad S. C.
Tert.
l. C. de iure
lib. dd. ff. vlti
mis.

TRASIANVM. Quærendum est in Vitrasiano.

TREBELLIANVM.



TREBELLIANVS lib. 111. Fideicommissorum scribit hoc S. C. factum esse Neronis temporibus VIIII. kalendas Septembris Anno. Seneca & Trebellio Maximo Coss. in hæc verba: **CVM ESSET AEQVISSIMVM IN OMNIBVS FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBVS SI QVA**

l. i. ad S. C.
Treb.

DE HIS BONIS IUDICIA PENDERENT EX HIS EOS SVBIRE IN QVOS IVS FRVCTVSQ; TRANSFERETVR, POTIVSQVAM CVIQVE PERICVLOSAM ESSE FIDEM SVAM: PLACET, VT ACTIONES QVAE IN HEREDEM, HEREDIBVSQVE DARI SOLENT, EAS NEQVE IN EOS, NEQVE HIS DARI, QUI FIDEI SVAE COMMISSVM, SICVTI ROGATI ESSENT, RESTITVissent: SED DE HIS, ET IN EOS, QVIBVS EX TESTAMENTO FIDEI COMMISSVM RESTITVTVM FVISSET: QVO MAGIS IN RELIQVVM CONFIRMETVR SVPRIMAE DEFVNCTORVM VOLVNTATES. Addit his verbis Haloander solemne illud Senatusconsultorum verbum CENSVERVNT; quod Florentiæ in Vlpiani verbis reperitur: *Sublata, inquit, est hoc S. C. dubitatio eorum qui adire hereditatem recusare, seu metu litium, seu prae textu metus censuerunt.* Mendum autem hoc manavit ex illis libris, in quibus RECVSARENT scribebant, non intelligentes quid esset, Adire recusare censuerunt. Significat enim eos censuisse, hoc est, existimasse recusari oportere additionem. Sic apud Vlpianum & Iustinianum lib. 1. Institutionum: *Videmus etenim caetera quoque animalia, feras etiam istius iuris peritia censeri.* Quamquam eo loco sunt qui malint in pretio esse interpretari, vt apud eundem Vlpianum lib. 1. ad edictum: *Nisi forte privilegio aliquo materna origo censatur.* & Papinianū lib. x 1. Responsorū, qui locus in Noricis libris mendosus circumfertur. est enim scribendum: *Priuatorum enim cautiones legum auctoritate non censeri.* & aliis locis. Sed de hoc verbo lauoleus lib. v. 1. ex Cassio ita scribit: *Censere est constituere & precipere. Unde etiam dicere solemus. Censeo hoc facias, & semet aliquid censuisse. inde Censoris nomen videtur esse tractum.* SEMET autem non Senatum scriptum est, vt

l. i. p. iur. na.
civale de iur.
& iur. Iust.
de iur. nat. so.
p. iur.
l. i. in princ.
ad mun.
l. vlt. de iur.
& leg.

l. censere. de
verb. signi.

l. confessio-
nib. de inter-
rogationib.

l. i. de veni-
p. p. iur. h. e.
de here. pet.

l. i. p. i. i. llo.
ad S. C. Tre.

NOSE T apud Paulum lib. secundo ad Plautium: *Qua cum alio alio esset, si dominus esset in nosmet confessione nostra conscremus.* Non tamē negauerim in senatusconsultis scribi solere, quod lib. v. Digestor. reperitur, QVOD FIERI PLACEAT DE QVA RE ITA CENSVERVNT. & apud Frontinum lib. 1. de aqueductibus & Probum de notis. Sed neque hoc loco, neque in eo S. C. quod sub titulo de hereditatis petitione reperitur, illud verbum per se in calce S. C. scriptum est, vt Haloander existimavit. Qua etiam de re & in Velleiano S. C. & post Volusianum scribimus. In aliis libris aduentitia quaedam verba reperiuntur in hoc S. C. quae Accursius & caeteri habuisse videntur. Etenim cum dictum esset, vt neque heredi neque in heredem actiones darentur, qui hereditatem restituiisset, addunt quidam haec verba: *Sed idem etsi ipsi filio pater rogatus sit restituere.* Sumpta autem sunt ex alia parte eiusdem libri; & vt arbitrator, erroris librior. causam dedit, quod in ipsis illis Tuscis libris ommissa illic initio ea verba fuerant, atque ita scriptum: *Quod est etiam, si suo nomine rogati sunt restituere hereditatem.* Sed emendatum est recte: *Si suo nomine rogati sunt restituere. idem est, & si ipsi filio pater rogatus sit restituere hereditate.* Itaque crediderim (quae illorum temporū ignorantia fuit) in auorum nostrorum libris non recte obelum emendatoris notasse librarior. Sed licet haec non ita certa sint, nemo doctus (opinor) haec verba huius Senatusconsulti fuisse existimaverit, quae iure ab Haloandro quoque ommissa sunt. Sed vt ad ipsius S. C. sententiā redeamus, in

Pegasiano scripsimus hoc S. C. de actionibus transferendis actum esse, illo vero de quarta, & vt cogi posset heres. Iustinianum vero omnia in hoc S. C. translulisse ea constitutione, quæ minime exstat. Quamobrem cetera, quæ ad hunc locum pertinerent, lib. x x vi. Digestor. & aliis locis scripta inter manus omnium versantur. Senecæ vero & Trebellij Consulatus in indice vulgari Consulatum minime refertur. Creditandum est initio anni eos non fuisse in magistratu sed aliis fuisse successos, vt in Rubriano scripsimus, & Haloander animaduertit.

TURPILLIANVM.



IMP. Antoninus Amato rescripsit, eum demum in hoc S. C. incidisse videri, qui crimen publici iudicij detulit, & causa criminis ordinata, id est, inscriptionibus depositis, & fideiussore de exercenda lite præstito, coque qui accusatur, sub custodia officij facto, non impetrata abolitione, ab executione criminis destitit. Macer vero lib. ii. publicorum iudiciorum scribit: *In S. C. Turpilianum incidunt, qui subiiciissent accusatores, aut subiecti postulassent, nec peregissent reos, aut aliter quam abolitione facta destitissent. quique chirographum ob accusandum dedissent, passionem ve aliquam interposuissent.* Scripsit Marcianus ad hoc S. C. librum singularem. ex quo multa lib. x lvi. Digest. referuntur.

l. i. C. ad S. C.
Turp.

lin S. C. Dig.
60.

l. i. eo.

VELLEIANVM.



SCRIBIT Vlpianus lib. x xix. ad edictum, edictis D. Augusti, & D. Claudij fuisse interdictum, ne feminæ pro viris suis intercederent, postea plenissime feminis omnibus S. C. subuentum, cuius verba sunt hæc. **QVOD M. SILANVS ET VELLEVS TVTOR COSS. VERBA FECERVNT DE OBLIGATIONIBVS FEMINARVM, QUAE PRO ALIIS REAE FIERENT, QVOD DE EA RE FIERI OPORTET, DE EA RE ITA CONSVLERENT. QVOD AD FIDEIVSSIONES, ET MUTVATIONES PRO ALIIS, QVIBVS INTERCESSERINT FEMINAE, PERTINET: TAMETSI ANTE VIDETVR ITA IVS DICTVM ESSE, NE EO NOMINE AD HIS PETITIO, NEVE IN EAS ACTIO DETVR, CVM EAS VIRILIBVS OFFICIIS FVNGI, ET EIVS GENERIS OBLIGATIONIBVS OBSTRINGI NON SIT ARQVVM: ARBITRARI SENATVM RECTE ATQVE ORDINE FACTVROS, AD QVOS DE EA RE IN IVRE ADITVM ERIT, SI DEDERINT OPERAM, VT IN EA RE SENATVS VOLVNTAS SERVETVR. In his verbis Senatus, QVOD DE EA RE FIERI OPORTET, DE EA RE ITA CONSVLERENT: cõstimabam aliquando & OPORTERET, & CENSVERVNT esse scribendum; ad similitudinem eorum Senatusconsultorum, quæ apud Frontinum, & in epistolis M. Cælij ad Ciceronem referuntur, in quibus sunt hæc, aut hys similia verba: QVOD DE EA RE FIERI PLACERET, DE EA RE ITA CENSVERVNT. Que ita notis scribi solent. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.**

l. i. ad S. C.
Vell.

vt Valerius Probus scribit. Itaque existimabam his notis aliquando hoc S.C. scriptum, sed imperitos librariorum *ITA CONSULERENT* fuisse interpretatos. Referenda autem sunt hæc verba ad vniuersos Senatores, qui cum Consules verba fecissent, ita statuerunt. De quo censendi verbo in Trebelliano scripsimus. Sed cum in Florentino libro nihil fere notis scriptum sit, quas etiam Iustinianus in suis libris scribi vetuit: aut credendum est Iustiniani tempore, aut illorum librariorum erratum, aut non male *CONSULERENT* scriptum. Cuius verbi interpretatio non ita certa est. Sed ad S.C. sententiam veniamus. Probare videtur Senatus, quod antea fiebat, vt neque à feminis petitio, neque in eas actio esset; si fidei iussiones, aut mutui dationes pro aliis intercedendo feminæ contraxissent. In Duodecim autem scripsimus, mulieres sub perpetua cognatorum tutela fuisse, quod postea sublatum est. Sed & ipsius S.C. auctoritas permultis casibus ex posterioribus constitutionibus cessat.

1. antiquaz. &
f. qq. C. eo.

VINTIANVM. In Iunciano querendum est.

VITRASIANVM.

1. cum quasi.
p. si plures de
fideic. lib.



VITRASIANVM, non Traasianum apud Vlpianum lib. v. Fideicommissorum, *Si plures, inquit, heredes sunt instituti, & inter eos is qui dari non potest, sed non ipse rogatus sit seruum manumittere; non oportere intercidere liberi aem ob hoc, quod coheredibus suis vendere eum infans non possit. Et existat quidem S.C. Vitrasianum. Sed & D. Pius Cassio Dextro rescriptis, ita rem explicari, vt partes seruorum, quibus per fideicommissum libertas data est, iusto pretio assumentur; atque ita serui ab his qui rogati sunt, manumittantur. Hi autem qui eos manumiserunt, pretij nomine perinde fratribus & coheredibus suis obligati erunt, atque si ob eam rem ex iudicati causa cum his agi possit. Hæc Vlpianus. quibus verbis arbitror D. Pij rescriptum plene relatam, Vitrasianum non item. in quo à Placentino & Accursio dissentio. Illud crediderim huius S.C. esse, quod paulo ante scriptum erat ab eodem Vlpiano: *Si infans sit inter eos qui manumittere debent; Senatus censuit, cum vnus atas impediens, vt liberi, liberaeque sint hi, quibus libertates ex causa fideicommissi praestari oportet. Quamquam fieri potest vt ad Iuncianum pertineant, de quo antea scripserat. Item quod postea dicitur: Sed & si quis sine herede vel alio successore decesserit, qui fideicommissam libertatem praestare debebat, adito Praetore libertatem praestandum esse censuit Senatus. Sed & si suus heres se abstinerit, libertati fideicommissa per S.C. subuenitum est.**

d. cum quasi.
in prin.

1. si eum. p. si
quis eo.

d. cum quasi.
p. sed & si
quis.

VIVIANVM. De hoc in Numiano dictum est.

VOLVSIANVM.

1. e. S. C. ad
L. iul. de vi.
p. l. d.



MODESTINVS lib. viii. Regular. scribit ex S.C. Volvsiانو, qui inprobe cocunt in alienam litem, vt quicquid ex condemnatione rem ipsius redactum fuerit, inter eos communicaretur,

tur, lege Julia de vi priuata tenentur. Hoc S. C. prætermiffum à Placentino est.

SINE NOMINE.

His Senatusconsultis, quorum nomina apud Iureconsultos reperimus, quæ omnia præne diligenter Placentinus collegat; addenda esse existimamus pauca quædam, quorum verba atque sententiam non negligenda esse oportere arbitrati sumus. Et initio refertur ab Vlpiano lib. v. ad editum Senatusconsultum, quod Hadriani temporibus factum est, cuius verba sunt hæc: Pridie idus Martias Q. Iulius Balbus, & P. Iuuentius Celsus, Titus Aufidius Oenus Seuerianus Consules verba fecerunt de his quæ Imp. Cæsar Traiani Parthici filius, D. Neruæ nepos, Hadrianus Aug. Imp. maximusque princeps proposuit quinto nonas Martias, quæ proximæ fuerunt, libello complexus esset, quid fieri placeat: de qua re ita censuerunt. cum ante quam partes caducæ ex bonis rustici fisco peterentur, hi qui se heredes esse existimant, hereditatem distraxerint: placere redactæ ex pretio rerum venditarum pecuniæ vsuras non esse exigendas. Idemque in similibus causis seruandum. Item placere, à quibus hereditas petita fuisset, si aduersus eos iudicatum esset, pretia quæ ad eos rerum ex hereditate venditarum peruenissent, etsi eæ ante petitam hereditatem deperissent, deminutæ fuissent, restituere debere. Item eos qui bona inuasissent, cum scirent ad se non pertinere, etiam si ante litem contestatam fecerint quo minus possiderent, perinde condemnandos, quasi possiderent, eos autem qui iustas causas habuissent, quare bona ad se pertinere existimassent, vsque eo duntaxat, quo locupletiores ex ea re facti essent. petitam autem fisco hereditatem ex eo tempore existimandum esse, quo primum quisque scierit eam à se pe-

*L. lre veniã.
p. præter hæc.
de her. per.*

ti: id est, cum primum aut denuntiatum esset ei, aut litteris vel edicto euocatus esset, censuerunt. Sunt qui mirentur tres quatuorve Consules (neque enim de numero constat) hoc S. C. relatos. Sed & nullam eorum mentionem fieri in Consulium indice. Dion tamen lib. x lxxi. scribit C. Cæsarem Dictatorem Q. Fabio & C. Trebonio Consulatum dedisse, cum ipse se eo magistratu abdicasset, & cum Fabius extremo anni die mortuus esset, Caninium reliquum diei tempus Consullem esse voluisse. In quo duo tum primum noua acciderunt, vt aliquis sine causa magistratu se abdicaret: item vt quis eodem die & Cos. designatus fuerit, & Consularis. *Post hoc, inquit, tempus pauci in Consulatu totum annum peregerunt; sed pluribus quidam aut mensibus aut diebus varijs ex causis Coss. fuerunt. Sed & hoc tempore vix est, inquit, vt aliquis in Consulatu vltra duos menses sit, tum vero collega mutato. Et in ceteris rebus pari omnes munere funguntur: annorum vero tempora à primis Consulibus numerantur.* Idem lib. x lxxii. scribit, L. Martio C. Sabinio Coss. à T. Riumiuris Octauiano, Antonio, & Lepido constitutos esse octo annorum Consules; neque eos binos, inquit, per singulos annos, vt antea, designauit; sed tum primum plures creati sunt. Namque antea, si qui suffecti sunt his qui magistratu se abdicabant, ex eorum voluntate Consules fiebant: tunc vero nemo in integrum annum designatus est, sed plures in diuersa tempora. Primi tamen retinebant nomina Consularia, quod hodieque, inquit, fit. Ceteri licet Consules intra Urbem, & in Italia haberentur, à prouincialibus tamen raro cognoscebantur. Qua de causa minores Consules dicti sunt. Fuit Dion Seueri Augusti temporibus, vt idem lib. xlvj. & lv. scripsit. Itaque vt in Rubriano S. C. dictum est, in illo indice Consulium, quod Haloander quoque notat, eorum nomina repertiuntur, qui initio anni cum magistratum obibant. Cetera, quæ ad hoc S. C. pertinent; apud eundem Vlpianum videnda sunt. Idem Vlpianus lib. xxi. ad Sabinum scribit Senatam censuisse Auiola & Panfa Coss. ea quæ ædibus iuncta essent, legari non posse. Fuerunt autem Acilius Auiola, & Corellius Panfa Coss. Hadriani temporibus. Hoc vero S. C. non tantum ad Urbem, sed ad alias ciuitates pertinere Vlpianus scribit; neque ad ædes tantum, sed ad balinea (ita enim scriptum est) vel aliud quod ædificium, vel porticus sine ædibus, vel tabernas, vel popinas extenditur. *SINE AEDIBVS* autem hic scribendum est, non *IN AEDIBVS*, vt vulgo scribitur. De his enim quæ intra ædes sunt, dilucide dictum erat. Ea autem legari prohibentur, quæ non alias præstari possunt, quam vt ædibus detrahantur, vel subducantur, vt marmora, & columnæ. idem & in tegulis, & in tignis, & ostiis Senatus censuit, sed & in bibliothecis parietibus inhærentibus, ea denique omnia quæ ibi fuerint perpetua, quasi portio ædium, distrahi non possunt. Hac de re multæ constitutiones ab Vlpiano referuntur, quæ non exstant. Alexandri tamen rescriptum exstat in hæc verba: *Negotiandi causâ ædificia demoliri, & marmora detrahere edicto D. Vespasiani & S. C. vetitum est. Ceterum de alia domo in aliam transferre quadam licere exceptum est. Sed nec dominis ita transferre licet, vt integris ædificijs depositis publicus deformetur aspectus.* Paulus quoque lib. lxxv. ad edictum huius S. C. sententiam plenius explicat: *Senatus,*

l. cetera. in
pau. de leg. l.

p. hoc S. C. e.
l.

l. c. de æd.
pau.

l. Senatus. de
contemp.

natus,

natus, inquit, censuit, ne quis domum, villamve dirueret, quo plus sibi adquiretur; neve quis negotiandi causa eorum quid emeret, venderet ve. poena in eum qui aduersus S.C. fecisset, constituta est, vt duplum eius, quanti emisset, in ararium inferre cogeretur; in eum vero qui vendidisset, vt irrita fieret venditio. Hæc exempli causa Senatusconsulta retulimus. sunt enim alia permulta in nostris Digestorum & Constitutionum voluminibus relata. De aquæ ductibus vero referuntur apud Frontinum lib. I. Senatusconsulta sex, quæ infra scripta sunt. **Quod Q. Ælius Tubero, P. Fabius Maximus Coss.** verba fecerunt de iis qui curatores aquarum publicarum ex S.C. à Cæsare Aug. nominati essent, ordinandis: **D. E. R. Q. F. P. D. E. R. I. C.** Placere huic ordini, eos qui aquis publicis præessent, cum eius rei causa extra urbem essent, lictores binos, & seruos publicos ternos, architectos singulos, & scribas, & librarios, accensos præconesque totidem habere, quot habent ij, per quos frumentum plebei datur. Cum autem in vrbe eius rei causa aliquid agerent; ceteris apparitoribus iisdem, præterquam licitoribus. Vtique quibus apparitoribus ex hoc S.C. curatoribus aquarum vti liceret eos, diebus x. proximis quibus S. C. factum esset, ad ararium deferrentur: quique ita delati essent, iis prætores ararij mercedem cibaria quanta præfecti frumento danda, dare, deferreque solent, annua darent & attribuerent, iisque eas pecunias sine fraude suas facere liceret. Vtique tabulas, chartas, ceteraque quæ eius curationis causa opus esset, iis curatoribus præbenda **Q. Ælius, P. Fabius Coss.** ambo, alterue, si eis videbitur, adhibitis prætoribus qui arario præsent & præbenda locent. Hoc S.C. factum est Augusti temporibus cum **M. Agrippa** qui curam aquarum gesserat, defunctus esset, & **Augustus Messalam Coruinum** curatorem ex S. C. constituisset, **Q. Tuberone & P. Fabio** iterum Coss. Sed quod de licitoribus & ceteris apparitoribus dictum est, id negligentia curatorum & ceteris Frontinus scribit. Eisdem Coss hoc quoque S. C. factum est. **Quod V. F. Cossules** de numero publicorum salientium, qui

l. l. D. de i. g.
la de alic. l.
paleru. p. Se-
iustus. de riu
napt. l. i. C. de
int. mat. l. D.
uo. qui man.
non possunt.

al. Et idem.

in vrbe essent, intraque ædificia vrbi coniuncta, quos M. Agrippa fecisset: Q. F. P. D. E. R. I. C. Neque augeri placere nec minui numerum publicorum salientium, quos nunc esse retulerunt ij, quibus negotium à Senatu est imperatum, vt inspicerent aquas publicas, inirentque numerum salientium publicorum. itemque placere curatores aquarum, quos S. C. Cæsar Aug. ex Senatus auctoritate nominavit, dare operam, vt salientes publici quam assiduissime interdium & noctu aquam in vsum populi funderent. Eorundem Consulium est tertium Senatusconsultum, cuius verba infra scripsimus. **Quod Q. Ælius Tubero, Q. Fabius Max. Coss. v. F.** quosdam priuatos ex riuus publicis aquam ducere: Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. (His autem notis significatur, Quid de ea re fieri placeret, de ea re vniuersi ita censuerunt.) Ne cui priuato aquam ducere ex riuus publicis liceret: vtique omnes ij quibus aquæ ducendæ ius esset datum, ex castellis ducerent: animaduertentque curatores aquarum quibus locis intra, extraque urbem apte castella priuati facere possent, ex quibus aquam ducerent quam ex castello communem accepissent à curatoribus aquarum, ne qui eorum, quibus aqua daretur publica, ius esset intra quinquaginta pedes eius castelli, ex quo aquam ducerent, laxiorem fistulam subicere quam quinariam, Quæ quinaria fistula sit idem Frontinus lib. I. scribit. Namque ait aquarum modulus aut ad vnciarum, aut ad digitorum mensuram esse institutos. Digitus xvi. pars pedis, vncia xii. Digitus alius quadratus est, alius rotundus. Inuentus postea alius modulus est, quam quinariam fistulam appellant, propterea quod eius diameter quinque quadrantum sit. Aliud S. C. eodem tempore scriptum est in hæc verba: **Quod Q. Ælius Tubero, P. Fabius Max. Coss. v. F.** constitui oportere. Quo iure extra intraque urbem ducerent aquas ij quibus attributæ essent: Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. Vti iis quoque maneret attributio

burio aquarum, exceptis quę in vsum balneorum essent datę, aut augusti nomine, quoad iidem domini possiderent id solum in quo accepissent aquā. Quintum S. C. his verbis factum est: Quod Q. Ælius Tubero, P. Fabius Max. Cos. s. V. F. de riuis specubus fornicibusque Iulię Martię, Appię, Tepulę, anionis reficiendis. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. vt cum ij riuui, fornices, quos Augustus Cęsar se refecturum impensa sua pollicitus senatui est, reficerentur. Ex agris priuatorum terram, limum, lapidem, testam, harenam, ligna, ceteraque quibus ad eam rem opus esset, vnde quęque earum proxime sine iniuria priuatorum tolli, sumi, portari possint, viri boni arbitrato æstimata darentur, tollerentur, sumerentur, exportarentur, & eas res omnes exportandas, earumque rerum reficiendarum causa, quotiens opus esset, per agros priuatorum sine iniuria eorum itinera, actus paterent, darentur. Denique eodem tempore Senatus censuit: Quod Q. Ælius Tubero, P. Fabius Max. V. F. aquarum quę in vrbem venirent, itinera occupari monumentis, & ædificiis, & arboribus conseri. Q. F. P. D. E. R. I. C. cum ad reficiendos riuos, specusque per quę & opera publica corrumpuntur, placere circa fontes, & fornices, & muros vtraq; ex parte vacuos centenos quinos denos pedes patere, & circa riuos, qui sub terra essent, & specus intra vrbē & extra vrbē continētia ædificia, vtraque ex parte quinos pedes vacuos relinqui, ita vt neque monumentum in iis locis, neque ædificiū post hoc tēpus ponere, neq; conserere arbores liceret. si quę nunc essent arbores intra id spatium, extirparentur, præter quam si quę villę continentes, & incluse ædificiis essent. si quis aduersus ea commiserit, in singulas res in dena mi-

lia damnas esset, ex quibus pars dimidia p̄m̄ium accusatori daretur, cuius opera maxime conuictus esset, qui aduersus hoc S.C. commisisset, pars altera dimidia in ararium redigeretur, deque ea re iudicarent, cognoscerentque curatores aquarum. Exstant hodie lib. ix. Constitut. Iustiniani, & x v. Theodosij pleræque constitutiones, quib. de aquæ ductib. satis superque sancitur. In quib. duæ sunt Constantini & Theodosij, quar. altera dicitur, vt hi, per quor. prædia aquæ ductus cōmeat, dextra leuaque formar. x v. pedib. intermissis arbores habeant: altera, vt sulci publicar. aquar. nullis intra decem pedes arborib. coartentur. sed ex utroque latere decempedale spaciū integrum seruetur. Alias leges quæ de eadem re latæ sunt, in Quintia retulimus. Addam ad extremū Senatus auctoritates, quæ in epistolis Cælij ad Ciceronem reperiuntur. Nam licet per multa Senatusconsultor. verba retulerimus, tamen aliquid amplius in eis addi solere ex his auctoritatib. cognoscimus. Auctoritates autē Senatus appellabantur, vt Dion lib. l v. scribit, quæ Senatus decreuerat minus frequēs, quā vt legitimus Senator. numerus adfuisse diceretur, itē si non loco, aut die legitimo Senatus haberetur, sed & si intercessum esset, aut si quid aliud accidisset, quo minus iustum S.C. fieret & qualecumque esset quod decerneretur, id iudicatis mādari placeret, Senatus auctoritas dicebatur. Quod si postea id ipsum Senatus sine vllō impedimento censuisset, S.C. dicebatur. Senatus vero haberi poterat per Dictatorē, Consules, Prætores, Tribunos ple. Interregē, Præfectū Vrbi, vt Varro apud Gellii lib. xiv. scribit. Sed & extraordinario iure per Militares Tribunos, qui pro Cōsulib. aliquādo fuerūt, item Decemuiros, qui legū constituendar. causa creati sunt, & Triumuiros Reip. constituendæ. Intercedendi ius eisdem fuisse. Loca vero per Augures constitui oportuisse, quæ templa appellarētur. Tempora autem non omnes ædes sacras fuisse, sed inaugurato cōsecratas. Eaque de causa curiam Hostiliam, Pompeiam, & Iuliam templa facta esse. Eadem vero Vestæ templum non fuisse. Ante exortum aut post occasum solem non iustum S.C. fieri. Varronem quoque scripsisse Gellius refert, quib. dieb. haberi Senatum ius non esset immolareque hostiam prius, auspiciarique debere qui senatum habiturus esset. De reb. diuinis prius quam de humanis esse referendū. Addit quædam alia de rogandis sententiis, & S.C. per discessionē faciendū. De legitimis S.C. faciendū dieb. Suetonius scribit ita Augustum constituisse, vt ne plus quā bis in mense legitimus Senatus ageretur kalendis & Idibus; neque Septēbri, Octobriq. mense vllus adesse alios necesse esset, quā forte ductos. Hæc de causa lege Regia Imperatori cōcedebatur, vt ei Senatum habere, relationē facere, remittere, Senatusconsulta per relationem discessionemque facere liceret. vtque cum ex voluntate, auctoritateve, iussu, mandatuve eius, præsentivo Senatus haberetur, omnium rer. ius perinde haberetur, seruarietur, ac si è lege Senatus edictus esset habereturq. Ex quo fortasse emanauit, vt auctoritas Principis decretū appellaretur, de quo alias. Sed ad Cælianæ auctoritates veniamus, quas de prouinciis Consularib. facta s

l. i. l. omnia.
C. de aquæ
duct. lib. ii.

cap. 7.

esse ante initia bellor. ciu. ilium constat *Sape*, inquit *Cælius*, *re relata*, & *grauiter acta*, & *plane perspecta* *Cn. Pompeij* voluntate, in eam partem, vt cum decedere (*Cæsar*em autem significat) post kalendas *Martias* placeret, *S. C.* quod tibi *misi*, factum est, auctoritateque per scripta. *S. C.* aucto-

lib. 8. epist. 7.

ritas *L. V.* (hoc est ni fallor, *Senatus* cōsulti auctoritas lecta vniuersis) pridie *Kal. Octobres* in æde *Appollinis* scribendo adfuerunt *L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus*, *Q. Metellus Q. F. Pius Scipio*, *L. Villius L. F. Pontina Annalis*, *C. Septimius T. F. Quirina*, *C. Luceius C. F. Pupinia Hirrus*, *C. Scribonius C. F. Pup. Curio*, *L. Ateius L. F. Anienis Capito*, *M. Oppius M. F. Teretina*. Hæc ita scribenda esse *Tribuum* nominibus cognominum loco additis, doctis quibusdam viris placuit. Etenim *Pontina*, *Quirina*, *Pupinia*, *Anienis*, & *Terentina* *Tribus* fuerunt. Quod *M. Marcellus Cos.*

V. F. de prouinciis consularib. *D. E. R. I. C.* vti *L. Paulus*, *C. Marcellus Cos.* s. cum magistratum inissent ad *Kal. Martias*, quæ in ipso magistratu futuræ essent, de cōsularibus prouinciis ad senatum referret, neve quid prius ex ante diem *Kal. Martij* ad *Senatū* referrent, neve quid cōiunctim de ea re referretur à *Coss.* vtique eius rei causa per dies comitiales senatum haberent, *S. Q. C.* facerent: & cum de ea re ad senatum referretur à *Coss.* eorum qui in *C. C. C.* iudiciis essent sex adducere liceret. si quid de ea re ad populum plebemve referri opus esset, vti *Seru. Sulpicius*, *M. Marcellus Cos.* s. prætores, *Tribuni Q. Pl.* quibus eorum videretur, ad populum plebemve referrent. Huic auctoritati neminem intercessisse scriptum est, ceteris que sequuntur, intercessio adscripta fuit: in quibus nominatim cautum est, vt si intercessum à quoquam esset, auctoritas per scriberetur.

S. C. A. Pr. Kal. Octob. in æde *Appollinis* scribendo adfuerunt, *L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus*, *Q. Metellus Q. F. Pius Scipio*, *L. Villius L. F. Pon. Annalis*, *C. Septimius T. F. Quirina*, *C. Scribonius C. F. P. Curio*, *L. Ateius L. F. An. Capito*, *M. Oppius M. F. Te-*

rentina. Quod M. Marcellus Consul V. F. De prouinciis: D. E. R. I. C. Senatū existimare neminē eorum qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram adferre oportere, quominus de R. P. Quamprimum ad Senatū referri, S. Q. C. Fieri possit. qui impedierit, eum Senatū existimare contra R. P. fecisse si quis huic S. C. intercesserit, Senatū placere auctoritatem perscribi, & de ea re ad Senatū, Populumq. referri. *Huic S. C. intercessit C. Calius, † L. Vicinius, vel Asinius, P. Cornelius, E. Vibius Pansa.* Item Senatū placere auctoritatem perscribi de militibus, qui in exercitu C. Cæsaris sunt, qui eorum stipendia emerita, causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, ut eorum ratio habeatur, causęque cognoscantur. si quis huic S. C. intercesserit, Senatū placere auctoritatem perscribi, & de ea re ad S. P. Q. referri. *Huic S. C. intercessit C. Calius, E. Pansa Tribuni plebis.* Itemque Senatū placere, in Ciliciā prouinciam, & in octo reliquas prouincias, quas Prętorij pro Prętore optinerent, eos qui Prętores fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in prouincias pro Prętore mitti oporteret, eos sortito in prouincias mitti placere. si ex eo numero, quos S. C. in prouincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas prouincias proficiscerentur: tum uti quodque conlegium primum prętorum fuisset, neq; in prouincias profecti essent, ita sorte in prouincias proficiscerentur, si ad numerum ij nō essent, tum deinceps proximi cuiusque conlegij, qui prętores fuissent; neque in prouincias profecti essent, in sortem coniceretur, quoad is numerus effectus esset, quem ad numerum in prouincias mitti oporteret. si quis

huic S. C. intercessisset, auctoritas perscriberetur.

Huic S. C. intercessit C. Callus, C. Pansa Tribuni Plebis. Iam igitur his exemplis constat, quo pacto auctoritas à S. C. differret. Sed & illud animaduerti potest, in vtroque Senatusconsultorum genere Senatorum nomina adscribi. Ex quibus omnibus illud intelligitur, quod initio libri III. de Oratore M. Cicero scribit, sententiam L. Crassi, quam aduersus Philippum Cos. dixerat, quamque Senatus frequens fuerat secutus, ab eo ornatissimis & grauissimis verbis fuisse dictam, & eundem, id quod in auctoritatibus perscriptis exstat, scribendo adfuisse. Et lib. I. epistolarum Epist. 2.

De his, inquit, rebus pridie quam hac scripsi, Senatus auctoritas grauissima intercesserat, cui cum Cato, & Caninius intercessissent; tamen est perscripta eam ad te missam esse arbitror. Et alio loco: *Quoniam S. C. nullum exstat quo reductio Regis Alexandrini tibi adempta sit, eaque qua de ea scripta est auctoritas, cui scis intercessum esse, vt nequis omnino Regem reduceret, tantam vim habet, vt magis iratorum hominum studium, quam constantis Senatus consilium esse videatur.* Quod si quis testimonia requirat Senatusconsultorum in quibus scribendis interfuisse Senatores dicantur, vel vnum eiusdem Ciceronis satis erit cognoscere ex epistola quadam ad M. Catonem. Ea enim epistola Catoni gratias agit, quod scribendo S. C. de eius supplicatione adfuisset. De sententia vero in Senatu dicenda quæ S. C. verbis

conciperetur, Philippicarum libri
multa nobis exempla
demonstrant.

F I N I S.


P iij





FVLVI. VRSINI
NOTÆ

AD. LEGES. ET. SENATVSCON-
SVLTA. QVÆ. IN VETERIB.
cum. lapidum ærisq. tum. scripto-
rum monumentis re-
periuntur.



AD. LEGES. ROMVLI
ET TATII.



ANTEQVAM his legum fragmentis ea quæ vel tem-
poris iniuria, vel hominum inscitia detraxit orna-
menta restituere aggrediamur, erunt à nobis om-
nes antiquitatis studiosi admonendi, nos in his
perpolliendis reliquis nihil prorsus immutasse,
quod non auctoribus antiquis scriptoribus, veteri-
busque inscriptionum monumentis plane licuerit.
Antiquæ porro inscriptiones, quas in æneis incisæ tabellis vel lapideis
ipsa nobis vetustas de multis reliquis fecit, quæ potuimus diligentia, in
hoc libello representandas curauimus: e quibus, qui volet, illorum tem-
porum archaismum petere nullo negotio poterit. Scriptorum autem
nomina, quibus vsi sumus, ne singulis locis singula testimonia sæpius
repetita fastidium legentibus afferant, hic prænotauimus, ibi tantum il-
la rursus prolaturi, vbi locus necessario postulabit. Sunt autem hi. M.
Cicero in libris de Oratore. M. Varro in libris de Lingua Latina. Quin-
tilianus lib. I. cap. x. & xii. Sex. Pompeius, Agellius, Macrobius, Terentius
Scaurus, Marius Victorinus, & Velius Longus de orthographia. Pri-
scianus lib. I. cap. x. & xiii. Placidus in Glossis. Ab his enim didicimus
antiquissimam illam scribendi consuetudinem, quæ in his legum, Sena-
tusconsultorumque fragmentis passim nobis obuia erit.

SEI. NVRVS. . . PLORASIT. SACRA. DEIVEIS. PARENTOM. ESTOD.
Ex legibus Romuli regis, & Tatij hoc tantum reperitur fragmentum,
quod exstat apud Festum in verbo Plorare, sed mancum luxatumque.

Ver-

Verbum **PLORASIT**, quod in mutilato exemplari deest, quia necessarium requiritur, de nostro adiecimus. adducit enim Festus hanc legem, ut eo exemplo confirmet antiquissimos Romanos verbo plorare nulla adiecta præpositione pro **IMPLORARE** vsos fuisse.

A D. L E G E S. N V M Æ.
P O M P I L I.



SEI. QUID. HORVM. FVIT. VNVM. IOVDICEI. ARBITRO-
VE. REOVE. DIES. DIFFENSOS. ESTOD. Numæ Pom-
piliij regis legum hoc fragmentum adducit Festus in ver-
bo Reus, quo nomine cum ex auctoritate Ælij Galli do-
cet & actorem significari, & cum, cum quo agitur, citat
hanc legem, quæ secunda erat in secunda tabula incisa. *At, inquit, Ateius
Capito in eadem quidem opinione est; sed exemplo adiuvat opinionem.* Numa
in secunda tabula secunda lege, in qua scriptum est: **SI QUID HORVM.**
FVIT, &c. Cum autem in veteri exemplari ita plane uti edidimus, scri-
ptum reperitur; nos quo modo scribi debere coniiciamus, subiun-
gemus. Vocem enim **VNUM**, in **VITIVM** existimamus mutandam;
quod verbum videtur hic pro morbo fontico positum esse; & pro
QUID, scribimus, **QVOI**: ut totus locus ita legatur. **SEI. QVOI.**
HORVM. FVAT. VITIOM. IOVDICEI. ARBITROVE. REOVE. DIES.
DIFFENSOS. ESTOD. Ita plane habetur in XII. Ta. **SEI. IN. IOVS.**
VOCATO. MORBOS. AEVITASVE. VITIOM. ESCIT. Arbitramur
autem hanc Numæ legem à Decemuiris, ut multas alias, in XII. postea
translatam esse, ut vel ex hoc Vlpiani loco, qui est in libro **LXXIV.** ad
Edictum, intelligi maxime potest. *Lex, inquit, XII. Tabularum, si index
vel alteruter ex litigatoribus morbo fontico impediatur, iubet diem iudicij
esse diffusum,* &c. quæ verba satis aperte indicant Decemuiros hanc le-
gem præne ad verbum in XII. retulisse, & vocem **VITIVM**, morbum
fonticum interpretatos esse. Scio alios apud Festum pro **NUMA** emen-
dare **NAM**; & hanc legem ex ipsis XII. Tabulis descriptam existimare.
sed cum in archetypo exemplari, **NUMA**, disertè scriptum sit, nos nihil
mutamus. **DIFFENSVS**, scriptura est veteris exemplaris: notum autem
quid sit **DIFFINDERE. DIEM.** PRO **HORVM**, scriptum est **HOROM.** ut in
columna Duilij **OLOROM**, pro **ILLORVM**, ex antiqua consuetudine
mutuandi **V**, in **O**.

Quo ius. auspicio. clafe. procincta. ope. ima. spolia.

Capiumtor. iouei. fedetrio. bouem. cedito.

Quei. cepet. aris. CCC. darier. oporteto.

Secunda. spolia. in. du. matris. asam. en. do. campo.

Suoue. taurilia. vtra. volet. cedito.

Quei. cepet. aris. CC. darier. oporteto.



Tertia.spolia.Iano.Quirino.agnom.marē.cædito.

Quei.cepet.æris.c.darier.oporteto

Quoius.auspicio.capta.dis.piacolom.dato.

Festus in Opima. *Ad edem, inquit, Iouis Feretrij poni, testimonio esse libros Pôtificū, in quib. sit. Pro primis spolijs boues; pro secundis, Solitaurilib. pro tertijs, agno publice fieri debere. esse etiā Pôpeli regis legē opimorū spoliorū talē.*

cuius. auspicio. classe. procincta. opima. spolia. capiūtur. ouī. Feretrio. darier. oporteat. & bouē. cædito. qui. cepit. æris. CC. secūda. spolia. in. cāpo. solitaurilia. vtra. volet. cædito. tertia. spolia. Iano. Quirino agnum. marem. cædito. C. qui. cepit. ex. ære. dato. Sed

cum legis huius verba corrupta nimis mutilataq; in eis schedis habeantur, quæ ex archetypo exemplari, quod hodie non existat, à viro antiquitatis, vt videtur, studioso, centum ab hincannis vidimus descripta; nos Plutarchi in Marcello auctoritatem sequuti, CC in CCC in primo legis membro mutauimus; quod is in commentarijs, vt puto, Pontificum, dicat se scriptum inuenisse, fieri à Numa Pompilio mentionem primorum opimorum spoliiorum, secundorum, & tertiorum, ac præscribere, prima capta vt Ioui Feretrio consecrentur, Marti altera, tertia Quirino; præmiumque sit primis asses trecenti, secundis ducenti, tertijs centum. Plutarchi Græca verba sunt hæc. Ταῦτ' ἡ σκῦλα, σπύλια μὲν κοινῶς ἰδίως ἢ ὀπιμα τὰυτὰ καλοῦσι. καὶ τριφασί, ἢ τρις ὑπομονήμασι Νουμίου Πομπηίου καὶ πρώτων ὀπιμίων, καὶ δευτέρων, καὶ τρίτων μνημονεύον τὰ μὲν πρώτῃ λαφύρα, τὰ δευτέρῃ καλοῦσιν καὶ δευτέρω. τὰ δευτέρα ἢ τὰ ἀργύ. τὰ ἢ τρίτῃ τὴν κεφαλήν. καὶ λαμβάνον γέρας ἀνάερα τ' ἑν πρώτων. τὸν ἢ δευτέρων σ'. τὸν ἢ τρίτων β'. Itaque huius loci auctoritate in secundo membro addidimus, QVEI. CEPET. AÆRIS. CC. DARIER. OPORTETO. Postrema verba, QVOIUS. AVSPICIO CAPTA. &c. restitauimus ex iis schedis, quas supra nominauimus, cum in editionibus vulgatis desint: & PIACOLOM scripsimus ex Mario Victorino: CEPET autem ex columna Duilij, vt MEDIDIEM in XII. Tabulis pro MERIDIEM, ex antiqua illorum temporum consuetudine scribendi.

Sei. quis. hominē. leberom. fciens. dolo. M. mortei. dueit. paricida. estod. sei. im. inprudēs. se. dolo. malo. occisit. pro. kapite. occisei. & nateis. eius. en. do. cōtione. arietē. sobicito. Huius legis primū membrū adducit Festus in verbo Parici. *Nam paricida, inquit, non utiq; is qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumq; hominē. id autem fuisse indicat lex Numę Pôpuli regis his composita verbis. SEI QVIS, &c.* Sed hæc habetur in legib. Ant. Aug. Vltimum mēbrum addidimus ex fragmento Seruiano, quod citant ducti viri. nec dubium est quin ad eandem legem respexerit Seruius

uius in illo versu *Georg. Arietis sit candidus ipse. Bene enim* (inquit) *addidit IPSE, quasi qui ut dominus gregis est: aut qui ante pro domino capital dari consueuerat, nam apud maiores homicidij pœnam noxijs arietis damno luebat: quod in Regum legibus legitur. &c.* In vulgatis editionibus monstrata quædam verborum sunt, DAMNO CAPITALI, pro eo quod est in vetustissimis, DOMINO CAPITALI. Subicere arietem quid sit, docet Festus cum inquit: *Subicere in libro xv. iuris Pontificij Antistius esse ait dare arietem, qui pro se agatur, cadatur, &c. & alibi. Subici arietis dicitur, qui agit ut cadatur: quod sit, ut ait Cincius in libro de officio iurisperiti, exemplo Atheniensium, apud quos expiandi gratia aries inigitur ab eo, qui scelus commisit, pœna pendenda loco. HOMINEM scripsimus, cum tamen HEMONEM dixisse antiquissimos Romanos dicat Festus in Hemona & Ennius confirmet illo versu: *Vulturis in siluis miserum mandebat hemonem.* Priscianus lib. i. cap. xiiij. HVMINEM veteres protulisse scribit.*

Sei. hominem. folminis. occisit. im. sopera. genua. nei. tolito. sei. folmine. occisifos. escit. ei. iousta. nulla. fieri oportet. Festus, *Occisum, inquit, à necato distingui quidam putant, quod alterum à cadendo, atque icetu fieri dicant, alterum sine icetu. Itaque in Numæ Pompili regis legibus scriptum esse, SEI. HOMINEM. &c. FOLMINIS nominandi casus est.*

Pelex. asam. Iunonis. nei. tagito. sei. tagit.

Iunoni. Crinebos. demiseis. acnom. feminam. cedito. Adducit hanc legem Festus in Pellices, & Agellius lib. iv. ca. 111. NOS ASAM pro ARAM ex antiqua consuetudine scripsimus, qua TAGIT etiam pro TANGIT Pacuuium dixisse idem Festus docet, cum inquit: TAGIT. Pacuuius in *Tenore: Ut ego si quidquam me tagit. & TAGAM. Idem in Hermiona: Aut non cernam nisi tagam. hinc in auetis legum tabulis, ATTIGAT, & ATTIGERET. Placidus in Glossis: Hasenam dicebant antiqui pro harenam, ut ASAS quas nos ARAS, & LASES quos nos LARES dicimus.*

Sei. quis. terminom. exarassit. ipsos. boueisque sacrei sunt. Festus adducit hanc legem, quam nos existimamus in hæc verba, aut non multum ab his dissimilia conceptam fuisse. *Termino, inquit, sacrificabant, quod in eius tutela fines agrorum esse putabant. Denique Numæ Pompilius statuit eum, qui Terminum exarasset, & ipsum & boues sacros esse.*

Sei. quis. aliuta. faxsit. ipfus. Iouei. sacer. est. od. Habetur hoc sanctionis fragmentum in legibus Antonij Augustini, descriptum, ex epitoma Festi, in qua IPSVS pro IPSOS in antiquioribus libris scriptum est, quo modo nos edidimus.

Pisceis. quei. squamosi. non. sient. nei. poluceto.

Squamosos. omnes. præter. scarom. poluceto.

Plinius lib. xxxi. cap. 11. *Pisces marinos in usu fuisse protinus condita Ro-*

ma, auctor est Cassius Hemina, cuius verba de ea re hic subiiciam. Numa constituit vt pisces, qui squamosi non essent, ni polluerent patrimonia, commentus vt conuiuia publica & priuata, cenæque ad puluinaria facilius compararentur, ni qui ad pollutum emerent, pretio minus parcerent, eaque premercerentur.

Sarpta. vinia. nei. fiet. ex. ead. vinom. dis. leibarier. nefas. estod. Exstat hæc lex apud Plinium lib. xiv. cap. xii. sed pro SARPTA, scriptum est PVTATA. quod puto glossema esse verbi SARPTA. Festus autem hanc legem fortasse intellexit, cum scribit: *Sarpta vincæ, putata, id est pura facta. Sarpere enim antiqui pro purgare ponebant.* Eodem verbo vsi sunt Decemviri in xii. Tab. QUANDOQUE SARPTA, &c. Plinij verba sunt hæc: *Eadem lege lex imputa vite libari vina dijs nefas statuit, ratione cogitata, vt putare cogerentur aratores & pigri circa pericula arbusli.*

Vino. rogon. nei. respersito. Plinius lib. xiv. cap. xii. citat hoc legis fragmentum, & Festus item, cum scribit: *Respersum vinum significat apud antiquos, quia in sacris Nouendialibus vino mortui sepulcrum spargebatur.* Sed in epitoma manuscripta RESPARSVM habetur, pro RESPERSVM, vt fortasse hic RESPARSITO scribendum sit Sed obstat Cicero in lib. ii. de Legibus, qui ad hanc legem respiciens ita scribit. **NE. SVMPVOSA. RESPERSIO. FIERET.** Plinij verba sunt hæc. *Numa regis Postumia lex est, VINO. ROGYM. NE. SPARGITO. quod subiunxisset illum propter inopiam rei nemo dubitat.*

AD. LEGES. SERVI. TVLLI.

Ei. puer. parentem. verberit. ast. ole. plorasit.
S puer. de iueis. parentom. sacer. estod. Ser. Tulli regis legum hoc fragmentum adducit Festus in verbo plorare. VERBERIT autem eadem forma dictum est, qua VINDICIT in xii. Tab. & LAVIT apud Nonium. OLE pro OLLE, & PLORASIT pro PLORASIS antiquiores dicebant ex consuetudine non geminandi mutas, semiuocales & consonantes, vt ait idem Festus in Solitaurilia. Positum est autem PLORASIT pro CLAMARIT, siue pro IMPLORARIT, vt in xii. Tab. FENDOQUE PLORATO. Verbum ESTOD scriptura est archetypi exemplaris, cui similis illa columnæ Duilij, ALTOD. MARID. de qua ita Quintilianus lib. i. cap. xiii. *Latinis veteribus D plurimis in verbis in vltima adiecta est, quod manifestum est etiam ex columna rostrata, quæ est Duilio in Foro posita.*

AD. LEGEM. TRIBVNICIAM.

PRIMAM.

Ei. quis. aliuta. faxsit. cum. pequnta. familiaq. sacer. estod. sei. quis. im. occisit. paricida. nec. estod.

estod. Festus in verbo Sacer, adducit hanc legis Tribunicia primæ sanctionem, cum inquit: *At homo sacer is est, quem populus indicauit ob maleficium, neque fas est eum immolari, sed qui occidit, parricidij non damnatur; nam lege Tribunicia prima canetur, si quis eum, qui eo plebis cito sacer est, occiderit, parricida ne sit.* Primum membrum huius sanctionis habetur apud Dionysium, cuius verba sunt hæc: *Εάν τις τῶν ἀπονησσομένων τὴν πόλιν, ἢ τῶν ἰσῶν, καὶ τῶν ἑσπέρων ἀπὸ τῆν πόλιν ἰπρά, καὶ ὁ κτείνας τὴν ἀπονησσομένων, ἢ τῶν ἰσῶν, ἢ τῶν ἑσπέρων, ὄνομα δὲ παρὰ τῶν ἰσῶν.*

AD LEGES. XII. TABULARVM.

DE IVRE PRIVATO.

Ei. in. ious. vocat. nei. eat. statim.

encapito. antestariet.



Sci. caluitor. pedemve. struit. manom. en-

do. iacito. sei. in. ious. vocato. morbos. æ-
uitasve. vitiom. escit. quei. in. ious. vocafit. iumen-
tom. dato. sei. nolet. arceram. nei. sternito.

Huius fragmenti primum membrum adducit Porphyrio Horatij interpres: secundum Sex. Pompeius in verbo Struere: tertium Agellius li. xx. cap. 1. Nos diversis locis distracta in vnum coniunximus, & vt legi debere existimamus, protulimus. Nam Porphyronis vulgatz editiones adeo corruptæ sunt, vt quid sibi velint, docti viri fateantur se nescire. Quidam libris emendationibus vsi, ad veram XII. Tab. lectionem propriis quidem accesserunt, sed non plane sunt assequuti. Nam alij ex antiqua codicum scriptura, quæ est: *S I. IN. IVS. VOCATIONI. TESTAMINI. I. GITVR.* sic emendare conati sunt: *S I. IN. IVS. VOCAT. NIEAT. MANVM. INICITO.* Sed hæc emendatio aliqua ex parte vera non est: nam iniectio manus, nisi post antestationem à lege non dabatur: & qui petebat, priusquam manus est, vnde petebatur, imiceret, antestari iuebatur, ne videretur iniuriam facere. præterea, *ENDO IACITO*, vt tunc loquebantur, Decemviri scripsissent, non *INICITO*, neque vocis *MANVM*, apparent in nostris exemplaribus aliqua vestigia; vt credendum facile sit, luxata esse hæc verba, & quæ sequentis membri sint, in primum irrepisse. Alij locum Ciceronis ex lib. 11. de legib. sequuti, post verba, *S I. IN. IVS. VOCAT.* addunt: *ATQ. EAT.* & ita interpretantur, vt *ATQ. PRO STATIM*, positum esse dicant, in quo cerre non falluntur: habent enim auctorem Agellium, qui lib. x. cap. vlt. docet, *ATQ.* particulam *PRO STATIM* usurpari solitam: sed falsi sunt in eo, quo Ciceroniani exemplaris corruptam scripturam, sequuti, existimant, *ATQ. EAT.* verba esse XII. Tab. cum ipsius Ciceronis sint, apud quem in emendationibus libris ita legitur hic locus, & ita postulat sensus, vt legatur: *A paruis enim, Quinte, diditimus, S I. IN. IVS. VOCAT.* atque eiusmodi alias, leges nominare, &c. Dicebant enim paruis leges XII. Tabularum tamquam carmen necessarium, & vt etiam nunc, veteres iureconsulti ex primis verbis leges notabāt sic: *L. S I. IN. IVS. VOCAT.* Auerbis *STATIM*, necessario requiritur:

nam Agellius ait, iubere legem, cum qui in ius vocatus esset, nulla interposita mora vocantem sequi. & in Rhetoricis ad Herennium habemus: Lege ius est id quod populi iussu sancitum est: quod genus, ut in ius eas, cum voceris. Præterea in Porphyrii exemplari omnium vetustissimo eius vocis vestigium perspicue apparet, cum ita plane habeat: *SI. IN. IVS. VOCATIONI. ANTESTAMINI. ut videatur scriptum fuisse: SEL. IN. IOVS. VOCAT. NEI. EAT. STATIM. Cum autem ENCAPITO. ANTESTAMINER. sic INCIPITO. TESTEM. FACERE*, libet huic loco Plautinos versus ex Perfa subiungere, in quibus antestatio huiusmodi descripta est, *Age, ambula in ius leno. D. Quid me in ius vocas? S. Illic dicam apud Prætorem. Sed ego in ius voco. D. Nonne antestari? S. Tuane ego causa carnifex cuiquam mortali libero aures atteram?* Ad hanc autem legem alluisse videtur Lucilius in illo versu libri xvii. Satyram, quem adducit Nonius in Caluittur *Si non is, capito*, inquit, *en. &: Si caluittur ego, endo manum*. Sic enim puto legi debere, cum postrema verba in vulgatis libris sint mendosa. Secundum membrum huius legis protulimus eisdem verbis, quibus à Sex. Pompeio refertur in verbo Struere. *At inquit, in 31. quod est, si. CALVITVR. PEDEMVE. STRVIT. MANVM. ENDO. IACITO: alij putant significare retrorsus ire, alij in aliam partem, alij fugere, alij gradum augere, alij minuere; ac vix pedem pedi præfert, otiose is, remoratvr. & alibi: PEDEM, inquit, STRVIT in XII. significat fugit, vt ait Ser. Sulpicius. Huc pertinent verba illa, quæ scribit Caius ad legem XII. Tabularum. SI. CALVITVR. ET. MORETVR. ET. FRVSTRETVR, sed verbâ, ET. MORETVR. ET. FRVSTRETVR, glossemata sunt verbi CALVITVR; legendumque SI. CALVITVR. ID. EST. MORETVR. ET. FRVSTRETVR. & C. CALVITOR autem archaismus est, vt NANCITOR. In tertio legis membro verbum ESCIT reposuimus ex vetustissimo exemplari. nam pro eo alij habent EXTITIT. alij ESSET. Sed ESCIT. vera lectio est; eaque vsi sunt cum sæpius Decemviri apud Festum: AST. EL. CVSTOS. NEC. ESCIT: tum Ennius illo versu: *Dum quidem vnus homo Roma superescit.* & Lucretius: *Ergo inter rerum summam, minimamque quid escit?* Vide Festum in Escit, Obescit, Superescit, quæ docet posita esse pro erit, oberit, supererit. VOCATO, & VOCASIT, siue VOCAVIT, lectio est veterum librorum. Reliqua quæ ad huius legis intelligentiam pertinent, ita diligenter collegit Ant. Augustinus, vt supersedendum sit aliorum scriptorum recitandis testimoniis, hoc vno excepto, quod citat Nonius, sed male, sub nomine Varonis, cum XII. Tabularum sit, & huius legis, quam in manibus habemus. Varro *quod dicitur in XII. Tabulis: Vehabatur cum vxore arceram semel aut bis in anno. In XII. Sep. NOLET. AR CERAM. NEI. STERNITO. ibi corrupte est, arceram, si non vellet, non sterneret. Varro libro iv. de lingua Latina. Ab alijs etiam dictum arceram, quæ etiam in XII. Tabulis appellatur, quod ex tabuleis vehiculum erat factum vt arca, arceram dictum.**

Aris. confesei. rebofque. ioure. ioudicateis. xxx. dies. ioustei. sunt. postidea. endo. manos. iactio. est. tod. indu. ious. edouçito. nei. ioudicatom. facit. aut. quips.

quips.en.do.eo.im. ioure vindicit. secom.doucito.
vincito.aut.nesuo.aut.compedebos.xv.pondo.nei.
maiose.aut.sei.volet.minose.vincito.sei.volet.souo.
viuito.nei.souo.viueit. quei.im.vinctom.habebit.
libras.faris.endo.dies.dato.sei.volet.pluus.dato.en-
doderatim.pacio.estod.nei.cum.eo.pacit.LX.dies.
vinctom.habetod.en.icis.diebos.tercieis.non di-
neis.continoeis.indu.comitiom.en.do.ioure.im.
procitato.quanteique.sthis.xstumata.siet.prædica-
to.postidea.de.kapite.addictei.pœnas.sumitod.
aut.sei.volet.trans.tiberim.peregre.venom.datod.
ast.sei.plusebos.addeictos.siet.tercieis.nondineis.
parteis.secanto.sei.pluus.minusve.secuesint.se.
fraude.estod.Verba legis huius non vno eodemque modo in Ag-
gellij libris, qui extant, scripta reperiantur.nam pro eo quod in vulgatis
est, **POST DEINDE**: manuscripti habent, **PEDE INDE**. Alij legunt **POST
IDEA**, quod antiqui dicebant pro **POST**; **VT ANTE** IDEA pro **ANTE**. Hâc
lectionem sequuti scripsimus **POSTIDEA. ENDO. MANOS. IACTIO**,
quia **ENDO** IACIT o supra est. item pro eo quod in vetustissimo libro
exaratum est, **AVT. QVIPS. ENDO. EO. IN. IOVRE. VINDICIT**. nos fecim-
us. **AVT. QMIPS. ENDO. EO. IM. IOVRE. VINDICIT**, voce **IM** mutata,
quæ pro **EVM** antiqui utebantur, vt Festus notat & Macrobius, legum-
que fragmenta restantur, in quibus est **IM. OCCIAT**, pro **EVM**, a nomi-
nandi casu is. iubet enim lex cum vnde petitur, ni iudicatum faciat, aut
aliquis pro eo in iure, hoc est, apud Prætozem vindex existat, abduci ab
eo qui petit, & vinciri. Verbum **VINDICIT**, ea forma prolatum est qua
VERBERIT in lege Scr. Tulliregis. Voces **MAIOSE**, & **MINOSE** in vul-
gatis libris luxatas, suo loco reposuimus auctore libro vetustissimo, in
quo **SE. FRAVDE** est, pro, **SED. FRAVDE**, vt in antiquis legum tabulis re-
peritur, **SED. FRAVDE. SVA. FACERE. LICETO**. Huius autem legis alibi
etiam Agellius meminisse in libro xv. cap. xlii. ita scribit *Confessi
autem eris, de quo facta confessio est, in xlii. Tabulis scriptum est his ver-
bis: AERIS. CONFREI. REBO'S Q&C. ENDO TERATIM*, & quæ sequun-
tur vsque ad verbum **TERTEIS**, suppleta sunt à nobis idem prope
verbis, quæ ab Agellio ex xlii. Tab. referuntur. *Erat autem inquit, ius
interea paciscendi: ac nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies lx. inter
eos dies tribus nundinis continuis ad Prætozem in Comitium producebantur,
quantæq; pecunia iudicati essent, pradicabatur tertijs autem nundinis capite
pœnas dabat, aut trans Tiberim peregre venum ibant: Sed eam capitis pœ-
nam sancienda, sicuti dixi, fidei gratia horrificam atrocitatis ostentu, nouisq;
terroribus metuendam reddiderunt. nam si plures forent, quibus reus esset
iudicatus, secare si vellent, atque partiri corpus, addicte sibi hominis permise-*

runt. Et quidem verba ipsa legis dicam, ne existimes inuidiam me istam forte formidare. TERTIIS. NVNDINEIS, &C. ENDOTERATIM scriptimus, ex eo quod dicit Festus, INTERATIM, pro INTERIM antiquos dixisse, unde factum est ENDOTERATIM, vt EXINITIVM, & INTERCISI, factum est, ENDOITIVM, & ENDOTERCISI. Idem Festus ait: PACIONEM antiqui dicebant, quam nos PACTIIONEM dicimus. NEI. CVM. EO. PACIT, Decemviorum verba sunt in alia lege. INDVCOMITIVM scriptimus, imitatus Lucretianum illud, INDVCAELVM. & ENDOIOVRE, sequenti locum similem in XII. Tabulis apud Agellium. PROCITATO autem, pro PRODVCITO veteres dixisse docet Festus in Procitare. QVANTIQ. STLIS. AESTVMATA. PVERIT, verba sunt Scruilii legis in cinea tabella, quæ nos posuimus pro Agellianis illis, QVANTAEQ. PEQVNIÆ. IVDICATE ESSENT, &C. NESYO. MAIOSE. MINOSE, archaismus est, vt FVSTVS pro FVRLVS, & alia similia. Quintilianus lib. III. cap. VII. meminit huius legis, cum scribit: Sunt enim quadam non laudabilia natura, sed iure concessa, vt in XII. Tab. debitoris corpus inter creditores diuidi licuit: quam legem mos publicus repudiavit.

Sei. quei. en. do. ioure. manom. conferont. vtreiq. foperstitebos. pæsetebos. vindicias. sumunto. Hoc fragmentum concinnauius ex Agellio & Festo. Agellius lib. XX. ca. I. sic habet: Manû conferere, est, de qua re disceptabatur in re præfensi, sine ager siue quid aliud est, cum aduersariû simul manu prehenderet, in ea re omnibus verbis vindicare: id est: vindicia correpta manu in re, atque loco præfenti apud Prætorê ex XII. Tab. fiebat, in quib. ita scriptum est: SEI. QVEI. &C. Festus in verbo Superstites ita: Superstites presentes, testes presentes significat, cui rei testimonium est, quod superstitibus præsentibus inter quos cõtrouersia est, vindicias sumere iubetur. In hac autem lege, quantum potuimus, antiquitatem illorum temporum representauimus: nam ENDOIOVRE scriptura est veterum librorum, significatq; apud Prætorê. CONFERONT, SOPERSTITEBOS, PRAESETEBOS, columnæ rostratæ Duilij in qua est. EXFOCIONT, PRAESETED. NAVBOS, aliæque similia.

Sei. vindiciam. falsam. tolit. sei. volet. is. . . . tor. arbitros. treis. dato. eorõ. arbitrio. ioudicioq. fructuus duplione. damnom. deccidito. Festus Vindicia olim dicebatur ille, quæ ex fundo sumpta in ius allata erant. Ser. Sulpicius vocabulo singulariter formato vindiciam esse ait, quæ de re controuersia est ab eo, quod vindicatur res ex cõtrouersia, & in XII. SI VINDICIAM. FALSAM. TVLIT. SELVELIT. IS. . . . TOR. ARBITROS. TRBS. DATO, &C. Post verbum. TVLIT, nullum est spatium in exemplari, in quo VOX REI, quam docti vini interpolauerunt, reponi possit, vt fortasse ita suppleandum sit: SEI. VOLET. IS. QVEI. POSSESSIONE. DEIECTVS. EST. vt legis sensus sit: Si vindiciam aliquis tulerat, qui non debuerat, & falso sibi rem alienam vindicauerat, si volebat is, qui possessione deiectus fuerat, Prætor tribus arbitris datis, ad duplos fructus restituendos cogebat eum, secundum quem vindiciæ late erant. Vox, IV DICIOQ. de nostro addita est, vt spatium id suppleretur, quod in exemplari relictum est secundo loco. De tribus arbitris

tris extat Ciceronis testimonium in lib. 1. de Legibus.

Sei. vecinei. enter. se. iorga. sint. entera. quinque. pe-
deis. oesocapio. nei. esto. prætor. arbitros. tieis. dato.
eorom. arbitrio. finiom. controuersias. composito.

Cicero lib. v. de Rep. apud Nonium refert huius legis membrum, quod nos coniunximus cum aliis duobus, quæ ad eandem legem pertinere suspicati sumus, & ab eod. Cicer. in lib. 1. de Leg. referuntur. *Iurgare igitur*, inquit Cic. apud Nonium in Iurgium, *lex putat inter se vicinos, non litigare*. In 1. de legib. *Ex hac autem non rerum, sed verborum discordia, controuersia nata est de finibus: in qua, quoniam vsucapionem x 11. Tab. intra quinque pedes esse noluerunt, & c. & in eodem libro: Nec Mamilia lege singuli, sed nos tres arbitri fines regemus*. VEA dicebatur antiqui pro VIA, unde VECINEI scripsimus. & ENTERA, vt INFERA, PRO INTRA, & INFRA. ite OESOCAPIO, VTOESVS, & MOERVS, pro VSVS, & MVRVS, aliaque huiusmodi.

Quoi. testimonium. defuerit. is. tertieis. diebos. oportom. ofuagolatom. cito. Adducit hoc fragmentum Festus in Portus, & in Vagulatione. *Portum*, inquit, in XII. pro domo positum omnes fere consentiunt. CVL. TESTIMONIUM DEFVERIT, &c. item: *Vagulatione in lege XII. Tab. significat questio cum conuicio*. CVI. TESTIMONIUM DEFVGERIT, &c. Festi interpretationem adiuuat Plauti versus in Aulularia: *Ita me bene amet Lauerna, tu iam visum reddi mihi vasa iubes, pipulo te hic differam ante ades*. Quod decemviri OB PORTVM, id Plautus dixit ANTE AEDES, quomodo Plautus PIPULO DIFFERAM, id Decemviri OBVAGULATIONEM dixerunt. Pipulum Festus ploratum exponit. Hæc autem euocandi reos consuetudo, qua etiam absentes rei e domo buccina euocabantur, colligi potest ex Varronis loco, qui est in libro v. de lingua Latina Cornicinem, inquit, *ad priuati ianuam, & in arcem mittas & paulo post: Qui de Censoribus classicum ad comitia cæturata redemptum habent, vti curent eo die, quo die comitia erunt, in arte classicus canat, tum circumque maros, & ante priuati huiusce T. Quintili Trogi scelerasti hominis ostium canat, & vt in campo cum prima luci adsit & c.* Locum Varronis adiuuant Plutarchi verba in Gracchis. καὶ τὸ πρῶτον ἐστὶν ἡμῖν, εἴτις ἐξ ἂν δὴ τὸν θανάτιον μὴ ὑπακούει, τὸν τὸν πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἐλάτου τὸν ἀλαλτῆρα τῆς ἀλάτρου, καὶ μὴ πρότερον ἐπιτερεῖ ἴσως ἀμφοτέρους δικαστέας. OFVAGOLATON archaismus est, de quo Priscianus li. 1. ca. XIIII. *As pro ab*, inquit, scribere antiqui solebāt. Inde in znea tabella AF. VOBES incisum est, Aolico digamma F pro B litera posito. DEFVERIT & DEFVGERIT scriptum est in archetypo ex eplari: & vtro modo recte, nihil refert.

Tignom. iunctom. ædebus viniæque. &. conca-
pet. nei. soluito. quei. olud. iunxit. duplione. luito.

Festus: *Tignum non solum in aedificiis, quo vtuntur, appellatur, sed etiam in vineis, vt est in XII. TIGNVM, &c.* Vlpianus lib. XVII. ad edictum. *Lex*, inquit, XII. Tab. neque solvere permittit tignum furtiuum ædibus, vel vineis iunctum, neque vindicare, ne vel aedificia sub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur: sed in eum qui conuictus est iunxisse, in du-

plum dat actionem. **CONCAPET** docti viri in **CONCAPES** rectum mutant, idque de vinea tantum dici affirmant, quia habeat caput suum cum capite vineæ commissum, ut significet depactum ac defixum terræ ad vineam sustinendam. De tigno videndus **Vlpianus** in eodem loco, **Tigni**, inquit, *appellatione continetur omnis materia, ex qua edificium cõset, vineæque necessaria. unde quidam aiunt tegulam quoque & lapidem, & camenta, &c. signa enim à tegendo dicta sunt: hoc amplius & calcem, & arenam appellatione tignorum contineri. sed & in vineis tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur, ut puta pertica, pedamenta, &c.*

Quom. nexom. faciet. mancipiomq. vtei. dingua. nuncupasit. ita. ious. estod. Festus: *Nuncupata pecunia est, ut ait Cincius lib. 11. de officio iureconsulti, nominata, certa, nominibus proprijs pronuntiatæ. CVM. NF. XVM, &c. id est, uti nominari, locutusve erit, ita ius esto, qui autem infitiatus esset quæ LINGVA NVNCVPASSET, dupli pœnam subibat. Cic. lib. 111. de Offic. Ac de iure quidam prædiorum sancitum est apud nos iure ciuili, ut in his vendendis vitia etiam dicerentur, quæ nota essent venditori. nam cum è XII. Tab. factis esset ea præstare quæ essent LINGVA. NVNCVPATA, quæ qui infitiatus esset, dupli pœnam subiret, à iureconsultis etiam veteribus pœna est constituta. & in lib. 1. de Oratore adducit huius fragmenti alterum membrum, cum inquit: Totum illud, VTEI. LINGVA. NVNCVPASIT, non in XII. Tab. sed in magistri carmine scriptum videretur. NEXOM. MANCIPIOMQ. intelligit per æs & libram, adhibito libripense & quinque testibus, de quo infra. DINGVA, pro LINGVA, ex antiqua consuetudine scriptissimus, cuius meminit Festus, ut DACRYMAE, & NOVENSIDES, & alia his similia.*

Paterfamilias. vtei. soper. familia. pequniaque. soua. legasit. ita. ious. estod. Adducit hanc legem scriptor Rhetoricorum ad Herennium lib. 1. & Cicero lib. 11. de Inventione, eo quo nos protulimus, verborum ordine: eodemque paulum immutato Pomponius in l. verbis Digest. de verb. sig. Sic enim habet: **V T I. Q V I S Q V E. L E G A S I T. S V A E. R E I. I T A. I V S. E S T O.** **Vlpianus** tit. 11. Inst. *Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur eadem lege XII. Tab. his verbis: V T I. L E G A S I T. S O P E R. P E Q V N I A. T O T E L A V E. S O V A E. R E I. I T A. I O V S. E S T O.* Justinianus lib. 11. Inst. de lege Falcidia tit. XXII. *Cum enim olim lege XII. Tab. libera eræt legandi potestas, ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare, quippe cum ea lege ita cautum esset, V T I. Q V I S Q V E. L E G A S I T. S O V A E. R E I. I T A. I O V S. E S T O D.* Ita plane Pomponius supra.

Patri. endo. fidio. vitæ. necisque. potestas. estod. terque. im. venom. darier. ious. estod. sci. pater. fidiom. ter. venom. duit. fidios. à. patre. leber. estod. Exstat hæc lex apud **Vlpianum** cap. Inst. x. quam **Dionysius** lib. 11. scribit Decemviros in quartam tabulam coniecisse nos autem ita concinnauimus, sequenti formulam rogationis; quæ reperitur apud **Agellium** lib. v. cap. x. his composita verbis: **Velitis. iubeatis. quirites. vtei.**

L. Valerius. L. Titio. tam. ioure. legeq. filius. fiet. quam. sei. ex. eo. patre. matreq. familias. natus. esset. vteiq. ei. vitæ. necisq. in. du. eum. potestas. fiet. vtei. patrei. en. do. filio. hæc. ita. vtei. deixi. ita. vos. quirites. rogo. Antiqui dicebant FIDIVS PRO FILIVS, vt DAVTIA PRO LAVTIA, & DACRYMAS PRO LACRYMAS. quam scripturam sequuti sumus. Vide Festum in Dacrymas.

Aut. statos. dies. cum. hosted. Cicero lib. 1. de Offic. adducit hoc fragmentum, cum inquit: *Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis esset, ut hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante, hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Inducant XII. Tabula, AVT STATVS. DIES. & C. itemque ADVERSVM. HOSTEM. AETERNA. AVCTORITAS. ESTO. Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, cum qui cum bella gerat, tam molli nomine appellare; quamquam id nomen durius iam effectis vetustas: à peregrino enim recessit, & proprie in eo, qui ferret arma contra, remansit.* Plautus in Curculione: *Si status condicius cum hoste intercedit dies.* In formula iurifurandi apud Agellium lib. XVI. capit. IIII. sic est: *Fumus familia, feria denicales, que non eius rei causa in eundem diem collata sint, quo is eo die minus ibi esset. morbus fonticus, auspiciumve, quod sine piaculo praterire non liceat. sacrificium anniversarium, quod recte fieri non posset, nisi ipse eo die ibi sit: Status, condiciusve dies cum hoste.*

Arvor som. hostem. æterna. auctoritas. est od. Cicero lib. 1. Offic. citat hanc legem, qua civi tantum Romano dabatur, vt visus ius auctoritatis acquireret, cum peregrinum, quem Decemviri hostem appellat, rem alienam possidendo vsu capere non posset. Eandem legem significavit pro Cæcina, cum inquit: *Lex vsum auctoritatem fundi iubet esse biennium, & vtimur eodem iure in adibus, que in lege non appellantur.* & pro domo: *Multa. inquit, sunt, domus in hac vrbe, atque haud scio an pane cuncta iure optimo, sed iure primato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipij, iure nexi.* Lex etiam Atinia, qua cautum, ne res furtiva vsu capiatur, nisi in potestatem eius, cui subrepta sit, reuertatur in idem verbus concepta fuit. QVOD. SVBREPTVM. FRIT. EIVS. RELAE. TERNIA. AVCTORITAS. ESTO. Ita enim legitur in vetustissimo Agellij lib. xvij. cap. vj. pro SVBREPTVM, quod est in vulgatis. ARVORVVM scriptus, quia ita dicit Velius Longus antiquos dixisse, & AVORSARIVS, vt contra AVDICVLAS pro auriculas, & MERIDIE M pro meridiem.

Sei. quis. fouisofos. fiet agnatorum. gentileumque. endo. co. pequniaque. eius. potestas est od. Refertur hæc Lex à scriptore Rhetoricorum ad Herennium lib. j. & à Cicerone lib. ij. de Inventionem, & lib. iij. Tuscul. Cum autem SEI. FVRIOSVS. EXISTAT scriptum sit in libro ad Herennium, apud Ciceronem vero priore qui-

dem loco SEI. FVRIOSVS EST in posteriore autem SEI. FVRIOSVS. ESSE. INCEPIT; nos iure nostro mutauimus, & verbum SIE T, in æneis tabulis frequens reposuimus. FVRIOSOS autem scripsimus, quia FOVSIVS PRO FVRIVS, VALESIVS PRO VALERIVS, FESIAS, pro FERIAS, & HASENAM PRO HARENAM antiquiores dixerunt.

Sei. quis. alienas. arbofes. iniouria. secuerit. xxv. xris. in. du. sincolas. pœnæ sunt. Plinius lib. xvij. cap. j. adducit hanc legem, cum inquit: *Fuit arborum cura legibus prisca, cautumque XII. Tabulis, ut qui iniuria cecidisset alienas, lueret in singulas aris xxv. Decemuiros CAEDERE. CINGERE. SVBSECARE* de arboribus dixisse constat ex veteribus scriptoribus. Paulus l. i. D. arb. furtiue cæsarum, tit. vij. meminit huius legis. *Si furtim, inquit, arbores cæse sint, ex lege Aquilia, & ex XII. Tabulis dandam actionem Labeo ait.* ARBOSES PRO ARBORES antiqui dixerunt, ut docet Festus in Arbofes.

Quei. alienas. ædes. frumenteiue, aceruom. iuxta. ædeis. positom. sciens. D. M. vsit. vseritve. prætoris arbitratuu. vinctos. verberatosque. igne necator ast. sei. Imprudens. se. D. M. damnom. duit. noxiam sarcito aut prætoris arbitratuu. virgeis. cæsos poenam. luito. Hæc lex exstat apud Caium in l. qui ædes. Dig. de incêd. *Qui ædes, inquit, aceruomve frumenti iuxta ædes positum cõbuserit, vinctus verberatusque igni necari iubetur, si modo sciens prudensve id commiserit. si vero casu, id est negligentia; aut noxiam sarcire iubetur, aut si minus idoneus sit, leuius castigatur.* Appellatione autem adiuu omnes species adificij continentur. Scripsimus ARBITRATVV, sequenti scripturam veterum legum.

Glandem. quæ. de. tuod. in. du. alienom. acrom. cadit. se. fraude. legere. liceto. Plin. lib. xvj. cap. v. *Cautum est præterea lege XII. Tabul. ut glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere.* Digest. lib. XLIII. de glande legenda, tit. xxvij. Vlpianus: Ait Prætor: Glandem. quæ. ex. illius. agro. in. tuum. cadit. quominus. illi. tertio. quoque. die. legere. auferre. liceat. vim fieri veto. Ex hoc Prætorio edicto legem XII. Tabul. concinnauius.

Quei. nox. frucem. aratro. quæsitam. fortim. pauesit. secuesitue. sei. pobes. fiet. cereri. sacer. estod. impobes. prætoris. arbitratuu. verberatos. noxiam. duplione. sarcito. Plin. lib. xvij. cap. iij. adducit hanc legem, cum inquit: *Frugem quidem aratro quæsitam furtim nocte pauisse, puberi XII. Tabulis capitale erat, suspensumque Cereri necari iuebant, grauius quam in*

bomicidio

homicidio conuictum: impubem Prætoris arbitrato verberari, noxamve, duplionemve decerni. In libris manuscriptis est, noxiam: sed rectius est noxæ. Nos Agellium sequuti scripsimus NOXIAM. DVPLIONE. SARCITO. nam ita est in lib. xj. cap. xvij. Sed pueros impuberes. Prætoris arbitrato verberari voluerunt, noxamve ab his factam sarciri.

Sei. rupitias. sarcito. Hæc duo huius legis fragmenta diuersis locis diuisa leguntur apud Festum, qui in verbo RVPITIAS, ait in XII. significare, damnum dederis: in SARCITO, in XII. inquit, *Ser. Sulpicius ait significare damnum soluiso. & alibi: SARTE, inquit, ponebant pro INTEGRÈ. ob quam causam opera publica, quæ locantur, SARTA. TECTA vocantur. etenim sarcire est integrum facere. vnde in lege Censoria habetur: NEI. AQUA. SARTAM. TECTAM. PRODIT. Vide in Prodit.*

Sei. aqua. plouia. nocet. Digest. lib. x l. l. Labeo. de statuliberis. Sic & verba legis x l. l. Tabul. veteres interpretati sunt. SI AQUA PLUVIA. NOCET. id est si nocere poterit.

Sei. quadropes. pauperiem. faxsit. quadropedis. dominos. noxiam. sarcitod. aut. quod. noxiam. nocuit. dare. damnas. estod. Vlpian. lib. xvij. ad edict. *Si pauperiæ fecisse dicatur, actio ex x l. l. Tabulis descendit: quæ lex voluit aut dari quod nocuit, id est, id animal, quod noxiam commisit: aut estimationem noxia offerre. Noxia autem est ipsum delictum; pauperies damnum sine iniuria facientis datum. nec enim potest dici animal iniuriam fecisse, quod censu caret. Justin. lib. iij. tit. ix. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Animalium quæ ratione carent, si qua lasciuia, aut pauore, aut feritate pauperiem fecerint, noxialis actio lege x l. l. Tab. prodita est. Quæ animalia si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita lex x l. l. Tabul. scripta est. vt puta: Si. equus. calcitrosus. calce. percusserit. aut. bos. cornu. petere. solitus. cornu. petierit. Pro PAUPERIEM, scripsimus PAUPERIEM, vt supra diximus FESIAS pro FERIAS antiquos dixisse.*

Sei. vir. aut. molier. alter. alterei. nontiom. miseit. deuortiom. estod. molier. res. souas. sibi. habeto. vir. molierei. claucis adimitod. exicitoque. Cicero lib. ij. Philippic. *Nolite credere: frugi factus est Antonius: mimam illam suam res sibi habere inuisit, ex x l. l. Tabulis clauces ademit, exegit. Caius lib. xij. ad edictum prouinciale: Diuortium vel à diuersitate mentium dictum est, vel quia in diuersas partes eunt qui distrahunt matrimonium. In repudiis, & renuntiationibus probata sunt hæc verba: TVAS. RES. TIBI. HABETO. item hæc: TVAS. RES. TIBI. AGITO. In sponsalibus quoque discutiendis placuit renuntiationem interuenire oportere in qua re hæc verba probata sunt: CONDICIONE. IVA. NON. VTOR. Cicero in Topicis: Si viri culpa factum est diuortium, & si mulier nuntium remisit,*

samen pro liberis manere nihil oportet.

Molier. tertieis. noctebos. & sopartom. cito. nei. ita
 & sorpasit. af. virod. ofocapitor. Agellius lib. iij. cap. ij. *Q.*
Mucium iureconsultum dicere solitum legi, non esse v'surpatam mulierem,
qua cum Kal. Ian. apud virum causa matrimonij esse cepisset, ante diē quar-
tam Kal. Ian. sequentes v'surpatum iisset. non enim posse impleri trinalitium,
quod abesse à viro v'surpandi causa è XII. Tabulis debet; quoniam tertia no-
ctis posterior est sex hora alterius anni essent, qui inciperet ex Kalendis. Pri-
 scianus lib. j. cap. xiiij. docet antiquos AF. pro AB. dixisse, & ita est in æ-
 nea tabula, vt alibi admonuimus.

Quei. rem. de. qua. controuersia. fiet. in. du. sacrom
 dedicatit. duplione. pœnam. luito. Paul. l. vlt. de litig. Rem,
 de qua controuersia est, prohibemur in sacrum dedicare: alioqui dupli panâ
 patimur.

Patris. familias. quei. en. do. testato. moritor. quoi-
 que. suos. heres. nec. escit. agnatos. proximos. fa-
 miliam. pecuniamque. habeto. Vlpianus Inst. cap. xxvj. hâc
 legem refert, cum inquit: *Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent*
primum ad suos heredes, id est liberos, qui in potestate sunt, ceterosque qui in
liberorum loco sunt. Si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est, fratres
& sorores ex eodem patre. Si nec hi sunt, ad reliquos agnatos proximos, id
est, cognatos virilis sexus per mares descendentes eiusdem familia. id enim
cantum est lege XII. Tabul. ac si intestatus moritur, cuius heres nec exsta-
bit, agnatus proximus familiam habeto. Auctor ad Herennium lib. j. &
 Cicero lib. j. de Inuentione his verbis hanc legem conceptâ fuisse dicunt:
 Sei. pater. familias. intestato. moritur. familia. pe-
 quoniaque. eius. agnatorum. gentiliūque. esto.
 Iustinian. lib. iij. tit. ij. de legitima agnatorum successione: *Sinemo suus*
heres, vel eorum quos inter suos heredes Prator vel constitutiones vocant,
existat, qui successione quoquo modo amplectatur, tunc ex lege XII. Tab.
ad agnatum proximum pertinet hereditas. & tit. v. Nam agnati capite di-
mitti, qui que ex his progeniti sunt, ex lege XII. Tabul. inter legitimos non
habentur. ENDOTESTATO, vt ENDOTERCISI, & ENDOITIOM scri-
 ptimus. Nostra lectio confirmatur alio loco Vlpiani, qui est in lib. xlvj.
 ad edictum. l. cxcv. de verb. sign. *Familie appellatio qualiter accipiatur,*
videamus, & quidem varie accepta est: nam & in res & in personas diuidi-
tur. in res, vt puta in lege XII. Tab. Agnatus. proximus. fami-
liam. habeto.

Leberto. quei. endotestato. moritor. quoi. que. suos.
 heres. nec. escit. patronos. heres. estod. Vlpianus in epit.
 cap. xxix. *Ciuis Romani liberti hereditatem lex XII. Tab. patrono defert, si*
intestato, sine suo herede libertus decesserit. & Institut. de success. libert. tit.

VIII. Nam ita demum lex XII. Tab. ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, herede suo nullo relicto.

Sei. coheredes partem rerum. singolei. souam. habere. malont. familię. erciscunde. arbitrom. sumunto. eique. ious. arbitriomque. rerum. permittunt. Caus lib. I. Dig. famil. ercisc. Hac actio proficiscitur ex lege XII. Tab. namque coheredibus volentibus a communione discedere, necessarium videbatur aliquam actionem constitui, qua inter eos res hereditaria distribuerebatur. Vlpianus lib. XI. ad edictum: Per familia erciscunde actionem diuiditur hereditas. siue ex testamento. siue ab intestato, siue ex lege XII. Tab. siue ex aliqua lege deferatur hereditas, vel ex S. C. vel etiam constitutione. Vide Cicronem lib. I. de Orato. & Festum in verbo, Erctum.

Sei. quis. prodicos. fiet. p̄tor. ei. bonis. foueis. endoter. deicito. endoq. eo. pequniaq. eius. agnatorom. centileomq. potestas. est. od. Vlpianus lib. XXVIII. Dig. decur. fur. Lege XII. Tab. prodigo interdicitur bonorum suorum administratione. & Instit. tit. XII. Lex XII. Tab. furiosum, iuamque prodigum, cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse agnatorum. Hinc apud Paulum lib. V. senten. formula illa, qua Prætores utebantur. quando. tu. bona. patria. auitaq. nequitia. tua. disperdis. liberosq. tuos. ad. egestatem. perducis. ob. eam. rem. tibi. ea. re. com. mercioq. interdico. &c.

Sei. quis. doli. malei. colpe. ve. suspectos. endo. to. tela. fiet. eius. quei. volet. nomen. deferto. vbei. detolerit. sei. doli. malei. arcuesit. p̄tor. im. cum. flacitio. remouet. od. ast. sei. toutor. rem. popilei. foratos. fiet. duplione. pœnam. luito. Cicero lib. III. de Offic. Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt tutela XII. Tab. Et lib. I. de Oratore, tutelę iudicium turpe appellat, quod hoc iudicio damnatus, infamis esset. Vlpianus in I. Dig. de suspectis tutoribus. Sciendum est suspecti crimen ex lege XII. Tabul. descendere. Damus autem ius renouendi suspectos tutores Roma Prætoribus, in Prouincijs præsidibus earum. an autem apud legatum Procos. suspectus postulari possit, dubium est. Tryphon in I. tres tutores. Dig. de admini. tut. tit. LV. Sed si ipsi tutores rem pupilli furati sunt, videamus an ea actione, qua proponitur ex lege XII. Tab. aduersus tutorem in duplum, &c. Ex his locis hoc fragmentum concinnaui-
mus; & COLPA ²⁴⁵ auctore Mario Victorino scripsimus, qui hoc ipsum verbum adducit.

Sei. quis. iniuria. alterei. faxsit. xxv. aris. pœnæ. sunt. Adducit hoc fragmentum Agellius lib. XX. cap. I. in quo ita est:

Tertia. spolia. Iano. Quirino. agnom. marē. cædito.

Quei. cepet. æris. c. darier. oporteto

Quo ius. auspicio. capta. dis. piacolum. dato.

Festus in Opima. *Ad adem, inquit, Iouis Feretrij poni, testimonio esse libros Põtifiscū, in quib. sit. Pro primis spolijs bone, pro secūdis, Solitaurilib. pro tertijs, agno publice fieri debere. esse etiā Põpeli regis legē opimorū spoliorū talē.* cuius. auspicio. classe. procincta. opima. spolia. capiūtur. oui. Feretrio. darier. oporteat. & bouē. cædito. qui. cepit. æris. c c. secūda. spolia. in. cāpo. solitaurilia. vtra. volet. cædito. tertia. spolia. Iano. Quirino agnum. marem. cædito. c. qui. cepit. ex. xre. dato. Sed cum legis huius verba corrupta nimis mutilataq; in eis schedis habeantur, quæ ex archetypo exemplari, quod hodie non exstat, à viro antiquitatis, vt videtur, studioso, centum ab hincannis vidimus descripta; nos Plutarchi in Marcello auctoritatem sequuti, CC in CCC in primo legis membro mutauimus; quòd is in commentariis, vt puto, Pontificum, dicat se scriptum inuenisse, fieri à Numa Pompilio mentionem primorum opimorum spoliolorum, secundorum, & tertiorum, ac præscribere, prima capta vt Ioui Feretrio consecrentur, Marti altera, tertia Quirino; præmiumque sit primis asses trecenti, secundis ducenti, tertijs centum. Plutarchi Græca verba sunt hæc. Ταῦτ' ἐκὺλα, σπóλια μὲν κοινῶς, ἰδίως ἢ ὀπίμια τῶν τε καλοῦσι. καὶ τοῖς φασὶ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Νούμας Πομπήλιον καὶ πρώτων ὀπιμίαν, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην μνημονεύειν τὰ μὲν πρῶτα λαφύθειν, τὰς φερετριῶν καὶ καδιουῶν. τὰ δευτέρα ἢ πρὸς Ἄρει. τὰ ἢ τρίτα πρὸς κέρας. καὶ λαμβάνειν γέρας ἀσκήσεια τ'. Ἐν πρώτῳ. Ἐν ἢ δευτέρῳ σ'. Ἐν ἢ τρίτῳ ρ'. Itaque huius loci auctoritate in secundo membro addidimus, QUEI. CEPET. AÆRIS. CC. DARIER. R. OPORTETO. Postrema verba, QVO IVS. AVSPICIO CAPTA. & C. restituumus ex iis schedis, quas supra nominauimus, cum in editionibus vulgatis desint: & PIA COLOM scripsimus ex Mario Victorino: CÆPET autem ex columna Duilij, pro CEPERIT, vt VOLET pro VOLVERIT. item FEDETRIO, vt MEDIDIEM in XII. Tabulis pro MERIDIEM, ex antiqua illorum temporum consuetudine scribendi.

Sei. quis. hominē. leberom. sciens. dolo. M. mortei. ducit. paricida. est. od. sei. im. inprudēs. se. dolo. malo. occisit. pro. kapite. occeisei. & nateis. eius. en. do. cõrtione. arietē. sobicito. Huius legis primū membrū adducit Festus in verbo Parici. *Nam paricida, inquit, non vsiq; is qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumq; hominē. id autem fuisse indicat lex Numę Põpili regis his composita verbis.* SEI QUIS, & C. Sed hæc habētur in legib. Ant. Aug. Vltimum mēbrum addidimus ex fragmento Seruiano, quod citant ducti viri. nec dubium est quin ad eandem legem respexerit Ser-

uius in illo versu *Georg. Arietis sit candidus ipse. Bene enim* (inquit) *addidit IPSE, quasi qui ut dominus gregis est: aut qui ante pro domino capital dari consueverat. nam apud maiores homicidij penam uoxius arietis damno luebat: quod in Regum legibus legitur. &c. In vulgatis editionibus monstra quaedam verborum sunt, DAMNO CAPITALI, pro eo quod est in vetustissimis, DOMINO CAPITALI. Subicere arietem quid sit, docet Festus cum inquit: *Subicere in libro xv. iuris Pontificij. Antistius esse ait dare arietem, qui pro sa agatur, cadatur, &c. & alibi. Subici arietem dicitur, qui agit ut cadatur: quod fit, ut ait Cincius in libro de officio iurisperiti, exemplo Atheniensium, apud quos expiandi gratia arietes inigitur ab eo, qui scelus commisit, pœna pendende loco. HOMINEM scripsimus, cum tamen HEMONEM dixisse antiquissimos Romanos dicat Festus In Hemona & Ennius confirmet illo versu: *Vulturis in siluis miserum mandebat hemonem.* Priscianus lib. I. cap. xiiij. HVMINEM veteres protulisse scribit.**

Sei. hominem. folminis. occisit. im. sopera. genua. nei. tolito. sei. folmine. occisos. escit. ei. iousta. nulla. fieri oportet. Festus, *Occisum, inquit, à necato distingui quidam putant, quod alterum à cadendo, atque ictu fieri dicant, alterum sine ictu. Itaque in Numa Pompili regis legibus scriptum esse, SEL. HOMINEM. &c. FOLMINIS nominandi casus est.*

Pelex. afam. Iunonis. nei. tagito. sei. tagit.

Iunoni. Crinebos. demifeis. acnom. feminam. cedito. Adducit hanc legem Festus in Pellices, & Agellius lib. iv. ca. 117. NOS ASAM pro ARAM ex antiqua consuetudine scripsimus. qua TAGIT etiam pro TANGIT Pacuuium dixisse idem Festus docet, cum inquit: *TAGIT. Pacuuius in Teucro: Vt ego si quidquam me tagit. & TAGAM. Idem in Hermiona: Aut non cernam nisi tagam. hinc in aeneis legum tabulis, ATTIGAT, & ATTIGERET. Placidus in Glosis: Hasenam dicebant antiqui pro harenam, ut ASAS quas nos ARAS, & LASES quos nos LARES dicimus.*

Sei. quis. terminom. exarasit. ipsos. boueisque sacrei sunt. Festus adducit hanc legem, quam nos existimamus in hęc verba, aut non multum ab his dissimilia conceptam fuisse. *Termino, inquit, sacrificabant, quod in eius tutela fines agrorum esse putabant. Denique Numa Pompilius statuit eum, qui Terminum exarasset, & ipsum & boues sacros esse.*

Sei. quis. aliuta. faxsit. ipsus. Iouei. sacer. est. od. Habetur hoc sanctionis fragmentum in legibus Antonij Augustini, descriptum, ex epitoma Festi, in qua IPSVS pro IPSOS in antiquioribus libris scriptum est, quo modo nos edidimus.

Pisces. quei. squamosi. non. sient. nei. poluceto.

Squamosos. omnes. præter. scarom. poluceto.

Plinius lib. xxxi. I. cap. 11. *Pisces marinos in usu fuisse protinus condita Ro-*

ma, auctor est Cassius Hemina, cuius verba de ea re hic subiiciam. Numma constituit ut pisces, qui squamosi non essent, ni polluerent patrimonia, commentus ut conuiuia publica & priuata, cenæque ad puluinaria facilius compararentur, ni qui ad pollutum emerent, pretio minus parcerent, easque premercarentur.

Sarpta. vinia. nei. fiet. ex. ead. vinom. dis. leibarier. nefas. estod. Exstat hæc lex apud Plinium lib. xiv. cap. xii. sed pro SARPTA, scriptum est PVTATA. quod puto glossema esse verbi SARPTA. Festus autem hanc legem fortasse intellexit, cum scribit: *Sarpta vinea, putata, id est pura facta. Sarpere enim antiqui pro purgare ponebant.* Eodem verbo vsi sunt Decemviri in XII. Tab. QUANDOQUE SARPTA, &c. Plinij verba sunt hæc: *Eadem lege lex imputata vite libari vina dijs nefas statuit, ratione cogitata, ut putare cogentur aratores & pigri circa pericula arbusli.*

Vino. rogon. nei. respersito. Plinius lib. xiv. cap. xii. citat hoc legis fragmentum, & Festus item, cum scribit: *Respersum vinum significat apud antiquos, quia in sacris Nouendialibus vino mortui sepulcrum spargebatur.* Sed in epitoma manuscripta RESPERSVM habetur, pro RESPERSVM, ut fortasse hic RESPARSITO scribendum sit. Sed obstat Cicero in lib. i. l. de Legibus, qui ad hanc legem respiciens ita scribit. **NE. SVMPVTOSA. RESPERSIO. FIERET.** Plinij verba sunt hæc. *Numma regis Postumia lex est, VINO. ROGYM. NE. SPARGITO. quod subiunxisset illum propter inopiam rei nemo dubitat.*

AD. LEGES. SERVI. TVLLI.

SEi. puer. parentem. verberit. ast. ole. plorasit. puer. deiucis. parentom. facer. estod. Ser. Tulli regis legum hoc fragmentum adducit Festus in verbo plorare. VERBERIT autem eadem forma dictum est, qua VINDICIT in XII. Tab. & LAVIT apud Nonium. OLE pro OLLE, & PLORASIT pro PLORASIT antiquiores dicebant ex consuetudine non geminandi mutas, semiuocales & consonantes, ut ait idem Festus in Solitaurilia. Positum est autem PLORASIT pro CLAMARIT, siue pro IMPLORARIT, ut in XII. Tab. ENDOQUE PLORATO. Verbum ESTOD scriptura est archetypicæ exemplaris, cui similis illa columnæ Duilij, ALTOD. MARID. de qua ita Quintilianus lib. i. cap. xiii. *Latinis veteribus D plurimis in verbis in vltima adiecta est, quod manifestum est etiam ex columna rostrata, quæ est Duilio in Foro Posi: a.*

AD. LEGEM. TRIBVNICIAM.

PRIMAM.

SEi. quis. aliuta. faxsit. cum. pequnta. familiaq. facer. estod. sei. quis. im. occisit. paricida. nec. estod.

estod. Festus in verbo Sacer, adducit hanc legis Tribunicie primæ sanctionem, cum inquit: *At homo sacer is est, quem populus iudicavit ob maleficium, neque fas est eum immolari, sed qui occidit, parricidij non damnatur; nam lege Tribunicia prima canetur, si quis eum, qui eo plebiscito sacer est, occiderit, parricida ne sit.* Primum membrum huius sanctionis habetur apud Dionysium, cuius verba sunt hæc: *Εάν τις τῶν ἀμνηστειμένων τι ποίησῃ, ἢ εὖ ἢ ἰσως ἢ ἰσῶν, καὶ τῆς ῥήματι αὐτῶν ἡμῖν ἔπος ἰσπῆ, καὶ ὁ χτείνας τὴν αὐτῶν τῶν αἰγῶν ἀμνηστειμένων ἀπορίας ἰσῶν.*

AD. LEGES. XII. TABULARVM.
DE. IVRE. PRIVATO.

Ei. in. ious. vocat. nei. eat. statim.
encapito. antestariet.



Sei. caluitor. pedemve. struit. manom. endo. iacito. sei. in. ious. vocato. morbos. x. vitasve. vitiom. efeit. quei. in. ious. vocasit. iumentom. dato. sei. nolet. arceram. nei. sternito.

Huius fragmenti primum membrum adducit Porphyrio Horatii interpretis: secundum Sex-Pompeius in verbo Struere: tertium Agellius li. xx. cap. 1. Nos diuersis locis distracta ist vnum coniunximus, & vt legi debere existimamus, protulimus. Nam Porphyriionis vulgatz editiones adeo corruptæ sunt, vt quid sibi velint, docti viri fateantur se nescire. Quidam libris emendationibus vsi, ad veram XII. Tab. lectionem propriam quidem accesserunt, sed non plane sunt assequuti. Nam alij ex antiqua codicum scriptura, quæ est: *S. I. N. I. V. S. V. O. C. A. T. I. N. I. E. S. T. A. M. I. N. I. C. I. T. O.* sic emendare conati sunt: *S. I. N. I. V. S. V. O. C. A. T. N. I. E. A. T. M. A. N. V. M. I. N. I. C. I. T. O.* Sed hæc emendatio aliqua ex parte vera non est: nam iniectio manus, nisi post antestationem à lege non dabatur: & qui petebat, priusquam manus eß, vnde petebatur, iniiceret, antestari iuebatur, ne videretur iniuriam facere. præterea, *ENDO. IACITO*, vt tunc loquebantur, Decemviri scripsissent, non *INICITO*, neque vocis *MANVM*, apparet in nostris exemplis aliqua vestigia; vt credendum facile sit, luxata esse hæc verba, & quæ sequentis membri sint, in primum irrepsisse. Alij locum Ciceronis ex lib. 11. de legib. sequuti, post verba, *S. I. N. I. V. S. V. O. C. A. T.* addunt: *A. T. Q. E. A. T.* & ita interpretantur, vt *A. T. Q.* pro *S. T. A. T. I. M.* positum esse dicant. in quo certe non falluntur: habent enim auctorem Agellium, qui lib. x. cap. vi. docet, *A. T. Q.* particulam pro *S. T. A. T. I. M.* usurpari solitam; sed falsi sunt in eo, quo Ciceroniani exemplaris corruptam scripturam sequuti, existimauerunt, *A. T. Q. E. A. T.* verba esse XII. Tab. cum ipsius Ciceronis sint, apud quem in emendationibus libris ita legitur hic locus, & ita postulat sensus, vt legatur: *A paruis enim, Quinque, didicimus, S. I. N. I. V. S. V. O. C. A. T.* atque eiusmodi alias, leges nominare, & c. Discobant enim, post leges XII. Tabularum tamquam carmen necessarium, & vt etiam nunc, veteres iureconsulti ex primis verbis leges notabāt sic: *S. I. N. I. V. S. V. O. C. A. T.* Auerbiū *S. T. A. T. I. M.* necessario requiritur.

nam Agellius ait, iubere legem, cum qui in ius vocatus esset, nulla interposita mora vocantem sequi. & in Rhetoricis ad Herennium habemus: Lege ius est id quod populi iussu sancitum est: quo d genus, vt in ius eas, cum voceris. Præterea in Porphyriõis exemplari omnium vetustissimo eius vocis vestigium perspicue apparet, cum ita plane habeat: *SI. IN. IUS. VOCATIONI. ANTESTAMINI. Vt videatur scriptum fuisse: SEI. IN. IOVS. VOCAT. NE. LEAT. STATIM.* Cum autem ENCAPITO. ANTESTARIER. sit INCIPITO. TESTEM. FACERE, libet huic loco Plautinos versus ex Persa subiungere, in quibus antestatio huiusmodi descripea est, *Age, ambula in ius leno. D. Quid me in ius vocas? S. Illic dicam apud Prætozem. Sed ego in ius voco. D. Nonne antestaris? S. Tua ne ego causa carnifera cuiquam mortali libero aures atteram? Ad hanc autem legem allulisse videtur Lucillius in illo versu libri xviii. Satyrarum, quem adducit Nonius in Caluitur *Si non is, capto, inquit, et. & Si caluitur ergo, endo manum.* Sic enim putò legi debere, cum postrema verba in vulgatis libris sint mendosa. Secundum membrum huius legis protulimatis libentem verbis, quibus à Sex. Pompeio refertur in verbo Struere. *At inquit, in. XI. quod est, si. CALVITVR. PEDEMVE. STRVIT. MANVM.* ENDO. IACITO; alij putant significare retrorsus ire, alij in aliam partem, alij fugere, alij gradibus augere, alij minuire, ac vix pedem pedi præfert, otiose it, remoratur & alibi: PEDEM, inquit, STRVIT in XII. significat fugit, vt ait Ser. Sulpicius. Huc pertinent verba illa, quæ scribit Caius ad legem XII. Tabularum. *SI. CALVITVR. ET. MORETVR. ET. FRVSTRETVR.* sed verbã, *ET. MORETVR. ET. FRVSTRETVR.* glossematã sunt verbi CALVITVR; legendumque *SI. CALVITVR. ID. EST. MORETVR. ET. FRVSTRETVR. & C.* CALVITOR autem archaismus est, vt NANCITOR. In tertio legis membro verbum ESCIT reposuimus ex vetustissimo exemplari. nam pro eo alij habent EXTITIT. alij ESSET. Sed ESCIT. vera lectio est; eaque vsi sunt cum sæpius Decemviri apud Festum: *AST. EICVSTOS. NEC. ESCIT:* tum Ennius illo versu: *Dum quidem vnus homo Roma superescit.* & Lucretius: *Ergo interverum summam, minimamque quid escit?* Vide Festum in Escit, Obescit, Superescit, quæ docet posita esse pro crit, oberit, supererit. VOCATO, & VOCASIT, siue VOCAVIT, lectio est veterum librorum. Reliqua quæ ad huius legis intelligentiam pertinent, scripta diligenter collegit Ant. Augustinus, vt super sedendum sit aliorum scriptorum recitandis testimoniis, hoc vno excepto, quod citat Nonius, sed male, sub nomine Varonis, cum XII. Tabularum sit, & huius legis, quam in manibus habemus. Varro *γ. πορτολιδ. αρεινάλ. η. Vebebatur cum vxore arcera semel aut bis in anno.* In XII. SEP. NOLET. ARCERAM. NEI. STERNITO. ibi corrupte est, arceram, si non vellet, non sternieret. Varro libro IV. de lingua Latina. *Ab alijs etiam dictum arcera, quæ etiam in XII. Tabulis appellatur, quod ex tabuleis vehiculum erat factum vt arca, arcera dictum.**

Æris. confesci. rebosque. ioure. ioudicateis. xxx. dies. ioustei. sunt. postidea. endo. manos. iactio. est. tod. indu. ious. edouçito. nei. ioudicatom. facit. aut quips.

quips.en.do.eo.im.ioure.vindicat.secom.doucito.
vincito.aut.nesuo.aut.compedebos.xv.pondo.nei.
maiose.aut.sei.volet.minose.vincito.sei.volet.souo.
viuito.nei.souo.viueit.quei.im.vinctom.habebit.
libras.faris.endo.dies.dato.sei.volet.plus.dato.en.
doderatim.pacio.estod.nei.cum.eo.pacit.LX.dies.
vinctom.habetod.en.icis.diebos.tertieis.non di.
neis.continoeis.indu.comitiom.en.do.ioure.im.
procitato.quanteique.stlis.astumata.siet.prædica.
to.postidea.de.kapite.addicti.pœnas.sumitod.
aut.sei.volet.trans.tiberim.peregre.venom.datod.
ast.sei.plusebos.addeictos.siet.tertieis.nondineis.
parteis.secanto.sei.plus.minusve.secuesint.se.
fraude.estod. Verba legis huius non vno eodemque modo in Agellij libris, qui extant, scripta repesiuntur, nam pro eo quod in vulgatis est, POST DEINDE: manuscripti habent, PEDE INDE. Alij legunt POST IDEA, quod antiqui dicebant pro POST; vt ANTEIDEA pro ANTE. Hâc lectionem sequuti scripsimus PÔSTIDEA. ENDO. MANOS. IACTIO, quia ENDO IACIT O supra est. item pro eo quod in vetustissimo libro exaratum est, AVT. QVIPS. ENDO. EO. IN. IOVRE. VINDICIT. nos fecimus. AVT. QMIPS. ENDO. EO. IM. IOVRE. VINDICIT, voce IM mutata, quæ pro EVM antiqui utebantur, vt Festus notat & Macrobius, leguntque fragmenta testantur, in quibus est IM. O CCISIT, pro EVM, a nominandi casus is. inbet enim lex cum vnde petitur, ni iudicatum faciat, aut aliquis pro eo in iure, hoc est, apud Prætozem vindex existat, abduci ab eo qui peuit, & vinciri. Verbum VINDICIT, ea forma prolatum est, quæ VERBERIT in lege Scr. Tullii regis. Voces MAIOSE, & MINOSE in vulgatis libris luxatas, suo loco reposuimus auctore libro vetustissimo, in quo SE. FRAVDE est, pro, SED. FRAVDE, vt in antiquis legum tabulis reperitur, SED. FRAVDE. SVA. FACERE. LICETO. Huius autem legis alibi etiam Agellius meminit: nam in libro xv. cap. xii. ita scribit: *Confessio autem aris, de quo facta confessio est, in xii. Tabulis scriptum est his verbis: AERIS. CONF. SEI. REBOS. Q. & C. ENDOTERATIM, & quæ sequuntur vsque ad verbum TERTIEIS, suppleta sunt à nobis iisdem prope verbis, quæ ab Agellio ex xii. Tab. referuntur. Erat autem inquit, ius interea paciscendi: ac nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies LX. inter eos dies tribus nundinis continuis ad Prætozem in Comitium producebantur, quantæque pecunie iudicati essent, prædicabatur tertijs autem nundinis capite pœnas dabat, aut trans Tiberim peregre venum ibant: Sed eam capitis pœnam sancienda, sicuti dixi, fidei gratia horrificam atrocitatis essent, nonisq; terroribus metuendam reddiderunt. nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secare si vellent, atque partiiri corpus addicti sibi hominis permise-*

runt. Et quidem verba ipsa legis dicam, ne existimes inuidiam me istam forte formidare. TERTIIS. NVNDINEIS, &c. ENDOTERATIM scriptum, ex eo quod dicit Festus, INTERATIM, pro INTERIM antiquos dixisse, unde factum est ENDOTERATIM, vt ex INITIVM, & INTERCISI, factum est, ENDOITIVM, & ENDOTERCISI. Idem Festus ait: PACIONEM antiqui dicebant, quam nos PACTIIONEM dicimus. NEL. CVM. E. O. PACIT, Decemviroꝝ verba sunt in alia lege. INDVCOMITIVM scriptum, imitati Lucretianum illud, INDVCAELVM, & ENDOIOVRE, sequenti locum similem in xii. Tabulis apud Agellium. PROCITATO autem, pro PRODVCITO veteres dixisse docet Festus in PROCITARE. QVANTIQ. STYLIS. ARSTVMATA. FVERIT, verba sunt Scruilię legis in cęna tabella, quę nos posuimus pro Agellianis illis, QVANTAEQ. PEQVNTIAE. IVDICATHESSENT, &c. NESYO. MAIOSE. MINOSE, archaismus est, vt FVSIVS pro FVIVS, & alia similia. Quinctilianus lib. i. cap. vii. meminit huius legis, cum scribit: *Sunt enim quaedam non laudabilia natura, sed iure concessa, vt in xii. Tab. debitoris corpus inter creditores diuidi licuit: quam legem mos publicus repudiavit.*

Sei. quei. en. do. ioure. manom. conferont. vt rei q. foperstitebos. pꝛesetebos. vindicias. sumunto. Hoc fragmentum concinnauius ex Agellio & Festo. Agellius lib. x. ca. i. sic habet: *Manũ conferere, est, de qua re disceptabatur in re pꝛesenti, siue ager siue quid aliud est, cum aduersariũ simul manu prehenderet, in ea re omnibus verbis vindicare: id est: vindicia correpta manu in re, atque loco pꝛesenti apud Pꝛetore ex xii. Tab. fiebat, in quib. ita scriptum est: SEI. QVEI. &c. Festus in verbo Superstites ita: *Superstites pꝛesentes, testes pꝛesentes significat. curei testimoniu est, quod superstitib. pꝛesentib. inter quos cõtrouersia est, vindicias sumere iubetur.* In hac autem lege, quantũ potuimus, antiquitatem illorum temporum representauimus: nam ENDOIOVRE scriptura est veterũ librorũ, significatq; apud Pꝛetorem. CONSERONT, SOPERSTITEBOS, PRAESETEBOS, columnę rostratę Duilij in qua est. EXFOCIONT, PRAESETED. NAVEBOS, aliaque similia.*

Sei. vindiciam. falsam. tolit. sei. volet. is. . . . tor. arbitros. treis. dato. eorõ. arbitrio. ioudicioq. fructus duplione. damnom. deccidito. Festus *Vindicia olim dicebantur ille, quę ex fundo sumpta in ius allata erant. vt Ser. Sulpicius vocabulo singulariter formato vindiciam esse ait, quã de re cõtrouersia est ab eo, quod vindicatur res ex cõtrouersia, & in xii. Si vindiciam. falsam. tulit. selvelit. is. . . . TOR. ARBITROS. TRES. DATO, &c. Post verbum, TULIT, nullum est spatium in exemplari, in quo VOX REI, quam docti viri interposuerunt, reponi possit, vt fortasse ita suppleandum sit: SEI. VOLET. IS. QVEL. POSEIONE. DESECTVS. EST. vt legis sensus sit: Si vindiciam aliquis tulcrat, qui non debuerat, & falso sibi rem alienã vindicauerat, si volebat is, qui possessione deiectus fuerat, Pꝛetor tribus arbitris datis, ad duplos fructus restituendos cogebat eum, secundũ quem vindicię latę erant. Vox, IVDICIOQ. de nostro addita est, vt spatium id suppleretur, quod in exemplari relictum est secundo loco. De tribus arbitris*

tris existat Ciceronis testimonium in lib. 1. de Legibus.

Sei. vicini. enter. se. iorgasint. entera. quinque. pedes. oesocapio. nei. esto. p̄tor. arbitros. tieis. dato. eorum. arbitrio. finiom. controuersias. componito.

Cicero lib. v. de Rep. apud Nonium refert huius legis membrum, quod nos coniunximus cum aliis duobus, quæ ad eandem legem pertinere suspicari sumus, & ab eod. Cicer. in lib. 1. de Leg. referuntur. *Iurgate igitur*, inquit Cic. apud Noniũ in Iurgium, *lex putat inter se vicinos, uon litigare.* In 1. de legib. *Ex hac autem non rerum, sed uerborũ discordia, controuersia nata est de finibus: in qua, quoniam usucapionem xii. Tab. intra quinque pedes noluerunt, &c. & in eodem libro: Nec Mamilia lege singuli, sed nos tres arbitri fines regemus.* VEA dicebāt antiqui pro VIA, unde VECINETI scripsimus. & ENTERA, UT ENFERA, PRO INTRA, & INFRA. itē OESOCAPIO, VTOESVS, & MOERVS, PRO VSVS, & MVRVS, aliaq; huiusmodi.

Quoi. testimonium. defuerit. is. terticis. diebos. ob-

portom. ofuagolatom. cito. Adducit hoc fragmentum Festus in Portus, & in Vagulatio. *Portum*, inquit, in XII. pro domo positum omnes fere consensuerunt. CUI. TESTIMONIUM DEFUERIT, &c. item: *Vagulatio in lege XII. Tab. significat questio cum conuicio.* CUI. TESTIMONIUM DEFUERIT, &c. Iusti interpretationem adiuuat Plauti versus in Aulularia: *Ita me bene amet Lauerna, tu iam nisi reddi mihi uasa inbes, pipulo te hic differam ante ades.* Quod decemuiri OB PORTVM, id Plautus dixit ANTE AEDES, quodque Plautus PIPVLO DIFFERAM, id Decemuiri OBVAGVLATVM dixerunt. Pipulum Festus ploratum exponit. Hæc autem e uocandi reos consuetudo, qua etiam absentes rei e domo buccina euocabantur, colligi potest ex Varronis loco, qui est in libro v. de lingua Latina *Cortucinem*, inquit, *ad priuati ianuam, & in arcem mittas.* & paulo post: *Qui de Censoribus classicum ad comitia ceteriata redemptum habent, uti curent eo die, quo die comitia erunt, in arte classicus canas, tum circumque matos, & ante priuati huiusce T. Quintij Trogi scelerosi hominis ostium canas, & ut in campo cum prima luci adsit &c.* Locum Varronis adiuuant Plutarchi uerba in Gracchis. *καὶ τὸ πᾶσι τὸν ἕσπιν ἡμῶν, ἐστὶν ἕχων δὴλευ θανάτου μὴ ὑπακούειν, τὸ ἄνθρωπος τῆς θύρας ἐν δὲ τῆς ἀλλοτρίῃς λέγει ἀνακαλεῖσθαι τῆς ἀλλοτρίῃς, καὶ μὴ ἀπόστορον εἶναι ἕπον αὐτοῦ τῶς δικαιοσύνης.* OPVAGOLATON archaismus est, de quo Priscianus li. i. ca. XII. *As pro ab*, inquit, *scribere antiqui solebāt.* Inde in znea tabella AF. V. OEBIS incisum est, Eolico digamma F pro B litera posito. DEFUERIT & DEFUGERIT scriptū est in archetypo exēplari: & utro modo retineas, nihil refert.

Tignom. iunctom. xdebos. uiniæque. &. conca-
pet. nei. soluito. quei. olud. iunxsi. duplione. luito.

Festus: *Tignum non solum in adificiis, quo utuntur, appellatur, sed etiam in uineis, ut est in XII. TIGNVM, &c.* Vlpianus lib. xxvii. ad edictum. *Lex*, inquit, *xii. Tab. neque soluere permittit tignum furtiuum edibus, uel uineis iunctum, neque uindicare; ne uel adificia sub hoc prætextu diruantur, uel uinearum cultura turbetur: sed in eum qui conuictus est innoxisse, in du-*

plum dat actionem. CONCAPET docti viri in CONCAPES rectum mutant, idque de vinea tantum dici affirmant, quia habeat caput suum cum capite vineæ commissum, vt significet depactum ac dehixum terræ ad vincam sustinendam. De tigno videndus Vlpianus in eodem loco, Tigni, inquit, appellatio continetur omnis materia, ex qua adificium cõstet, vineæque necessaria. vnde quidam aiunt regulam quoque & lapidem, & cementa, &c. tigna enim à tegendo dicta sunt: hoc amplius & calcem, & arenam appellatio tignorum contineri. sed & in vineis tigni appellatio ne omnia vineis necessaria continentur, vt puta pertica, pedamenta, &c.

Quom. nexom. faciet. mancipiomq. vtei. dingua: nuncupafit. ita. ious. estod. Festus: Nuncupata pecunia est, vt ait Cincius lib. 11. de officio iureconsulti, nominata, certa, nominibus proprijs pronuntiatâ. CVM. NEXOM, &c. id est, vt nominari, locutusve erit, ita ius esto, qui autem infitatus esset quæ LINGVA NVNCVPASSET, dupli poenam subibat. Cic. lib. 11. de Offic. Ac de iure quidem prædiorum sancitum est apud nos iure ciuili, vt in his vendendis vitia etiã dicerentur, quæ nosa essent venditori. nam cum è XII. Tab. satis esset ea præstare quæ essent LINGVA NVNCVPATA, quæ qui infitatus esset, dupli poenam subiret, à iureconsultis etiã reitentiis poena est constituta. & in lib. 1. de Oratore adducit huius fragmenti alterum membrum, cum inquit: Totum illud, VTEI. LINGVA. NVNCVPASIT, non in XII. Tab. sed in magistri carmine scriptum videretur. NEXOM. MANCIPIOMQ. intelligit per æs & libram, adhibito libripense & quinque testibus, de quo infra. DINGVA, pro LINGVA, ex antiqua consuetudine scripsumus, cuius meminit Festus, vt DACRYMAE, & NOVENSIDES, & alia his similia.

Paterfamilias. vtei. soper. familia. pequniaque. soua. legafit. ita. ious. estod. Adducit hanc legem scriptor Rhetoricorum ad Herennium lib. 1. & Cicero lib. 11. de Inuentione, eo quo nos protulimus, verborum ordine: eodemque paulum immutato Pomponius in l. verbis. Digest. de verb. sig. Sic enim habet: VT I. QVISQUE. LEGASIT. SOVAE. REL. ITA. IOVS. ESTO. Vlpianus tit. 11. Inst. Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur eadem lege XII. Tab. his verbis: VT I. LEGASIT. SOPER. PEQYNIA. TÔTELAVE. SOVAE. REL. ITA. IOVS. ESTO. Iustinianus lib. 11. Inst. de lege Falcidia tit. XXI. Cum enim olim lege XII. Tab. libera erat legandi potestas, vt liceret vel totum patrimonium legatis erogare, quippe cum ea lege ita tantum esset, VT I. QVISQUE. LEGASIT. SOVAE. REL. ITA. IOVS. ESTOD. Ita plane Pomponius supra.

Patrei. endo. fidio. vitç. necisque. potestas. estod. terque. im. venom. darier. ious. estod. sei. pater. fidiom. ter. venom. duit. fidios. à. patre. leber. estod. Exstat hæc lex apud Vlpianum cap. Inst. x. quam Dionysius lib. 11. scribit Decemvros in quartam tabulam coniecisse, nos autem ita concinnaui-
mus, sequenti formulam rogationis; quæ reperitur apud Agellium lib. v. cap. x. his composita verbis: Velitis. iubeatis. quirites. vtei.

L. Valerius. L. Titio. tam. ioure. legeq. filius. fiet. quam. sei. ex. eo. patre. matreque. familias. natus. esset. vteiq. ei. vitæ. necisq. in. du. eum. potestas. fiet. vtei. patrei. en. do. filio. hæc. ita. vtei. de. xi. ita. vos. quirites. rogo. Antiqui dicebant FIDIVS PRO FILIVS, vt DAVTIA PRO LAVTIA, & DACRYMAS PRO LACRYMAS. quam scripturam sequuti sumus. Vide Festum in Dacrymas.

Aut. statos. dies. cum. hosted. Cicero lib. 1. de Offic. adducit hoc fragmentum, cum inquit: *Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Indicant XI. Tabula, AVT STATVS. DIES. & C. itemque ADVERSVM. HOSTEM. AETERNA. AVCTORITAS. ESTO. Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, cum qui bella geras, tam molli nomine appellare; quamquam id nomen durius iam effecit vetustas: à peregrino enim recessit, & proprie in eo, qui feret arma contra, remansit. Plautus in Curculione: Si status conditius cum hoste intercedit dies. In formula iurifurandi apud Agellium lib. xvi. capit. 1111. sic est: *Funus familia, feria denicales, qua non eius rei causa in eundem diem collata sint, quo is eo die minus ibi esset. morbus soniticus, auspiciu ve, quod sine piaculo præterire non liceat. sacrificium anniuersarium, quod recte fieri non posset, nisi ipse eo die ibi sit: Status, conditius ve dies cum hoste.**

Arvorfom. hostem. æterna. auctoritas. estod. Cicero lib. 1. Offic. citat hanc legem, qua civi tantum Romano dabatur, vt v. sus ius auctoritatis acquireret, cum peregrinus, quem Decemviri hostem appellant, rem alienam possidendo vsu capere non posset. Eandem legem significavit pro Cæcina, cum inquit: *Lex vsu auctoritatem fundi iubet esse biennium, & vsimur eodem iure in ædibus, qua in lege non appellantur. & pro domo: Multa inquit, sunt, domus in hac urbe, atque haud scio an pane cuncta iure optimo, sed iure privato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipij, iure nexi. Lex etiam Atinia, qua cautum, ne res fortius vsucapiatur, nisi in potestatem eius, cui subrepta sit, reuertatur iisdem verbis concepta fuit. QVOD. SVBREPTVM. FRIT. EIVS. RELAF. TERNNA. AVCTORITAS. ESTO. Ita enim legitur in vetustissimo Agellij lib. xvij. cap. vj. pro SVBREPTVM, quod est in vulgatis. ARVORSVM scriptum, quia ita dicit Velius Longus antiquos dixisse, & AVORSARIUM, vt contra AVDICVLAS pro articulas, & MEDIDIE M pro meridiem.*

Sei. quis. fousiosos. fiet. agnatorum. gentileumque. endo. eo. pequniaque. eius. potestas. estod. Refertur hæc lex à scriptore Rhetoricorum ad Herennium lib. j. & à Cicerone lib. ij. de Inventionem, & lib. iij. Tuscul. Cum autem SEI. FVRIOSVS. EXISTAT scriptum sit in libro ad Herennium, apud Ciceronem vero priore qui-

dem loco SEI. FVRIOSVS EST: in posteriore autem SEI. FVRIOSVS. ES-
SE. INCEPIT; nos iure nostro mutauimus, & verbum SIE T, in æneis ta-
bulis frequens reposuimus. FVRIOSVS autem scripsimus, quia FOVSVS
pro FVRIVS, VALESIVS pro VALERIVS, FESIAS, pro FERIAS, & HA-
SENAM pro HARENAM antiquiores dixerunt.

Sci. quis. alienas. arbofes. iniouria. secuerit. xxv. æ-
ris. in. du. sincolas. pœnæ sunt. O. Plinius lib. xvij. cap. j. addu-
cit hanc legem, cum inquit: *Fuit arborum cura legibus prisca, cantumque*
xii. Tabulis, vt qui iniuria cecidisset alienas, lucret in singulas æris xxv.
Decemuiros CAEDERE. CINGERE. SVBSECARE de arboribus dixisse
constat ex veteribus scriptoribus. Paulus l. i. D. arb. furtiue cæsarum, tit.
vij. meminit huius legis. *Si furtim, inquit, arbores cæsesint, ex lege Aquil-*
ia, & ex xii. Tabulis dandam ætionem Labeo ait. ARBOSES pro ARBO-
RES antiqui dixerunt, vt docet Festus in Arbofes.

Quei. alienas. ædes. frumenteiue, aceruom. iuxta.
ædeis. positom. sciens. D. M. vsit. vseritve. prætoris
arbitratuu. vinctos. verberatosque. igne necator
ast. sei. Imprudens. se. D. M. damnom. duit. noxiam
farcito aut prætoris arbitratuu. virgeis. cæfos poe-
nam. luito. Hæc lex exstat apud Caium in l. qui ædes. Dig. de inced.
Qui ædes, inquit, acernumve frumenti iuxta ædes positum cõbuserit, & in eius
verberatusque igni necari iubetur, si modo sciens prudensve id commiserit. si
vero casu, id est negligentia, aut noxiam sarcire iubetur, aut si minus idoneus
sit, lenius castigatur. Appellatione autem adium omnes species adificij
continentur. Scripsimus ARBITRATVV, sequuti scripturam veterum
legum.

Glandem. quæ. de. tuod. in. du. alienom. a. crom. ca-
dit. se. fraude. legere. liceto. Plin. lib. xvj. cap. v. *Cantum est præ-*
terea lege xii. Tabul. vt glandem in alienum fundum procidentem liceret
colligere. Digest. lib. x l. iij. de glande legenda, tit. xx vij. Vlpianus: Ait
Prætor: Glandem. quæ. ex. illius. agro. in. tuum. cadit.
quominus. illi. tertio. quoque. die. legere. auferre. li-
ceat. vim fieri veto. Ex hoc Prætorio edicto legem xii. Tabul.
concinnauimus.

Quei. nox. frucem. aratro. quæsitam. fortim. paue-
sit. secuesitue. sei. pobes. fiet. cereri. sacer. estod. im-
pobes. prætoris. arbitratuu. verberatos. noxiam. du-
plione. sarcito. Plin. lib. xvij. cap. iij. adducit hanc legem, cum in-
quit: *Frugem quidem aratro quæsitam furtim nocte pauisse, puberi xii. Ta-*
bulis capitale erat, suspensumque Cereri necari iuebant, grauius quam in
bomicidio

homicidio conuictum: impubem Pratoris arbitrato verberari, noxamve, duplionemve decerni. In libris manuscriptis est, noxiam: sed rectius est noxamve. Nos Agellium sequuti scripsimus NOXIAM. DVPLIONE. SARCITO. nam ita est in lib. xj. cap. xvij. Sed pueros impuberes. Pratoris arbitrato verberari voluerunt, noxamve ab his factam sarciri.

Sci. rupitias. sarcito. Hæc duo huius legis fragmenta diuersis locis diuulsa leguntur apud Festum, qui in verbo RVPITIAS, ait in XII. significare. damnum dederis: in SARCITO, in XII. inquit, *Ser. Sulpicius ait significare damnum soluto. & alibi: SARTE, inquit, ponebant pro INTEGREGRE. ob quam causam opera publica, qua locantur, SARTA. TECTA vocantur. etenim sarcire est integrum facere, vnde in lege Censoria habetur: NEI. PORTICOM. SARTAM. TECTAM. PRODVIT. Vide in Prodiuic.*

Sci. aqua. plouia. nocet. Digest. lib. x l. l. Labeo. de statuliberis. Sic & verba legis x l. l. Tabul. veteres interpretati sunt. SI AQUA PLVIA. NOCET. id est, si nocere poterit.

Sci. quadropes. pauperiem. faxsit. quadropedis. dominos. noxiam. sarcitod. aut. quod. noxiam. nocuit. dare. damnas. estod. Vlpian. lib. xvij. ad edict. Si pauperie fecisse dicatur, actio ex x l. l. Tabulis descendit: que lex voluit aut dari quod nocuit, id est, id animal, quod noxiam commisit: aut estimationem noxia offerre. Noxia autem est ipsum delictum; pauperies damnum sine iniuria facientis datum. nec enim potest dici animal iniuriam fecisse, quod censu caret. Iustin. lib. iij. tit. ix. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Animalium que ratione carent, si qua lasciuia, aut pauore, aut feritate pauperiem fecerint, noxialis actio lege x l. l. Tab. prodita est. Quæ animalia si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita lex x l. l. Tabul. scripta est. vt puta: Si equus calcitrosus. calce. percusserit. aut. bos. cornu. petere. solitus. cornu. petierit. pro PAUPERIEM, scripsimus PAUPERIEM, vt supra diximus FESIAS pro PERIAS antiquos dixisse.

Sci. vir. aut. molier. alter. alterei. nontiom. miseit. deuortiom. estod. molier. res. souas. sibi. habeto. vir molierei. claueis adimitod. exicitoque. Cicero lib. ij. Philippic. Nolite credere: frugi factus est Antonius: mimam illam suam suæ res sibi habere iussit, ex x l. l. Tabulis claues ademit, exegit. Caius lib. xij. ad edictum provinciale: Diuortium vel à diuersitate mentium dictum est, vel quia in diuersas partes eunt qui distrabunt matrimonium. In repudiis, & renuntiationibus probata sunt hæc verba: TVAS. RES. TIBI. HABETO. item hæc: TVAS. RES. TIBI. AGITO. In sponsalibus quoque discutiendis placuit renuntiationem interuenire oportere in qua re hæc verba probata sunt: CONDICIONE. TVA. NON. VTOR. Cicero in Topicis: Si viri culpa factum est diuorsium, & si mulier nuntium remisit,

tamen pro liberis manere nihil oportet.

Molier. tertieis. noctebos. æfopartom. cito. nei. ita
 æforpafit. af. virod. ofocapitor. Agellius lib. iij. cap. ij. Q.
 Mucium iureconsultum dicere solitum legi, non esse vsurpatam muliercin,
 quæ cum Kal. Ian. apud virum causa matrimonij esse cœpisset, ante diẽ quar-
 tiam Kal. Ian. sequentes vsurpatum iisset. non enim posse impleri trinaclium,
 quod abesse à viro vsurpandi causa est XII. Tabulis debet; quoniam tertie no-
 ctis posterioris sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex Kalendis. Pri-
 scianus lib. j. cap. xij. docet antiquos AF. pro AB. dixisse, & ita est in æ-
 nea tabula, vt alibi admonuimus.

Quei. rem. de. qua. controuersia. fiet. in. du. sacrom
 dedicafit. duplione. pœnam. luito. Paul. l. vlt. de litig. Rem,
 de qua controuersia est, prohibemur in sacrum dedicare: alioqui dupli panã
 patimur.

Patris. familias. quei. en. do. testato. moritor. quoi-
 que. suos. heres. nec. escit. agnatos. proximos. fa-
 miliam. pecuniamque. habeto. Vlpianus Inst. cap. xxvj. hãc
 legem refert, cum inquit: *Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent
 primum ad suos heredes, id est liberos, qui in potestate sunt, ceterosque qui in
 liberorum loco sunt. Si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est, fratres
 & sorores ex eodem patre. Si nec hi sunt, ad reliquos agnatos proximos, id
 est, cognatos virilis sexus per mares descendentes eiusdem familia. id enim
 tantum est lege XII. Tabul. ac si intestatus moritur, cui suus heres nec exsta-
 bit, agnatus proximus familiam habeto.* Auctor ad Herennium lib. j. &
 Cicero lib. j. de Inuentione his verbis hanc legem conceptã fuisse dicunt;
 Sei. pater. familias. intestato. moritur. familia. pe-
 quoniaque. eius. agnatorum. gentiliumque. esto.
 Iustinian. lib. iij. tit. ij. de legitima agnatorum successione: *Si nemo suus
 heres, vel eorum quos inter suos heredes Prator vel constitutiones vocant,
 existat, qui successionem quoquo modo amplectatur, tunc ex lege XII. Tab.
 ad agnatum proximum pertinet hereditas. & tit. v. Nam agnati capite di-
 muntur, qui que ex his progeniti sunt, ex lege XII. Tabul. inter legitimos non
 habentur.* ENDOTESTATO, VI ENDOTERCISI, & ENDOITIOM scri-
 ptissimus. Nostra lectio confirmatur alio loco Vlpiani, qui est in lib. xlvj.
 ad edictum. l. cxcv. de verb. sign. *Familia appellatio qualiter accipiatur,
 videamus, & quidem varie accepta est: nam & in res & in personas diuidi-
 tur. in res, vt puta in lege XII. Tab. Agnatus. proximus. fami-
 liam. habeto.*

Leberto. quei. endotestato. moritor. quoi. que. suos.
 heres. nec. escit. patronos. heres. estod. Vlpianus in epit.
 cap. xxix. *Civis Romani liberti hereditatem lex XII. Tab. patrono defert, si
 intestato, sine suo herede libertus decesserit. & Institut. de success. libert. tit.*

VIII. Nam ita demum lex XII. Tab. ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esses libertus, herede suo nullo relicto.

Sei. coheredes. partem. rerum. singulei. fouam. habere. malont. familie. erciscunde. arbitrom. sumunto. eique. ious. arbitromque. rerum. permittunto. Cuius lib. I. Dig. famil. ercisc. Hac actio proficiscitur ex lege XII. Tab. namque coheredibus uolentibus à communiōe discedere, necessarium uidebatur aliquam actionem constitui, qua inter eos res hereditaria distribuereutur. Vlpianus lib. XI. ad edictum: Per familia erciscunda actionem diuiditur hereditas. siue ex testamento. siue ab intestato, siue ex lege XII. Tab. siue ex aliqua lege deferatur hereditas, uel ex S. C. uel etiam constitutione. Vide Cicronem lib. I. de Orato. & Festum in uerbo, Erctium.

Sei. quis. prodicos. fiet. prætor. ei. boneis. foueis. endoterdecito endoq. eo. pecuniaq. eius. agnatorum. centileomq. potestas. est. Vlpianus lib. XXVIII. Dig. decur. fur. Lege XII. Tab. prodigo interdicitur honorum suorum administratione. & Instit. tit. XI. Lex XII. Tab. furiosum, itemque prodigum, cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse agnatorum. Hinc apud Paulum lib. V. senten. formula illa, qua Prætores utebantur. quando. tu. bona. patria. auitaq. nequitia. tua. disperdis. liberosq. tuos. ad. egestatem. perducis. ob. eam. rem. tibi. ea. re. commercioq. interdico. &c.

Sei. quis. dolei. malei. colpeve. suspectos. endo. to. tela. fiet. eius. quei. uolet. nomen. deferto. vbei. detolerit. sei. dolei. malei. arcuesit. prætor. im. cum. flacitio. remouetod. ast. sei. toutor. rem. popilei. foratos. fiet. duplione. pœnam. luito. Cicero lib. III. de Offic. Atque iste dolus malus etiam legibus erat uindicatus, ut tutela XII. Tab. Et lib. I. de Oratore, tutela iudicium turpe appellat, quod hoc iudicio damnatus, infamis esset. Vlpianus in l. I. Dig. de suspectis tutoribus. Sciendum est suspecti crimen ex lege XII. Tabul. descendere. Damus autem ius remouendi suspectos tutores Roma Prætoribus, in Prouincijs præsidibus eorum. an autem apud legatum Procos. suspectus postulari possit, dubium est. Tryphon in l. tres tutores. Dig. de admini. tut. tit. LI. V. Sed si ipsi tutores rem pupilli furati sunt, uideamus an ea actione, qua proponitur ex lege XII. Tab. aduersus tutorem in duplum, &c: Ex his locis hoc fragmentum concinnaui-mus; & COLPA² V² auctore Mario Victorino scripsimus, qui hoc ipsum uerbum adducit.

Sei. quis. iniuria. alterei. faxsit. XXV. æris. pœnæ. sunt. Adducit hoc fragmentum Agellius lib. XX. cap. I. in quo ita est:

Quod vero dixi videri quaedam esse impendia molliora, nōne tibi quoque videtur nimis esse dilutum, quod ita de iniuria puniēda scriptum est. SI INIURIA, &c. Nocem NERIS, adiectam esse existimamus: nam Festus eam non agnoscit, cum inquit: Viginti quinque pœnæ significat viginti quinque alces. Plinius tamen lib. xvii. cap. i. eam retinet in alio capite legis. Fuit, inquit, & arborum cura legib. priscis cautumque est xii. Tabulis, ut qui iniuria cecidisset alienas, lue et in singulas aris xxv. INIURIA scriptimus, non INIURIAM, ut quidam emendarunt, quia ita est in manuscriptis libris, & ita legendum esse confirmat Plinij locus, quem modo adduximus.

Sei. membrom. rupsit. nei. cum. eo. pacit. talio. est. od.
Agellius lib. xx. cap. i. profert hanc legem his verbis: *Velut illa lex talionis, cuius verba, nisi memoria me fallit, hæc sunt: SI MEMBRVM. RVPIT. NEI. CV. M. EO. PACIT. TALIO. EST. OD.* Festus: Talionis, inquit, mentionē fieri in xii. ait Verrius, hac modo: SI MEMBRVM. RVPIT. &c. neq. id quid significet, indicat: puto quia notum, permittit enim lex parē vindictā. Iusti. lib. iv. Insti. tit. iv. Pœna autem iniuriar. ex lege xii. Tab. propter membrum quidem ruptum talio erat; propter os vero fractum nummarie pœna erant constituta, quasi in magna veterum paupertate. Cato lib. iv. Originum apud Priscianum libro vi. videtur ad hanc legem respexisse, cum inquit: *Si quis membrū rupit, aut os fregit talione vindictā proximis cognatus vlciscitur.* Cum autem RVPIT sit in archetypo exemplari, nos coniectura ducti scripsimus RVPIT, pro RVPERIT. Vide Festum in Pacione, nam PACIT hic pro PAXIT positum est.

Quei. nox. fortom. faxsit. sei. im. aliquips. occisit ioure. cefos. est. od. sei. louci. fortom. faxit. teloq. se. præhendier. prohibesit. sei. im. aliquips. occisit. ioure. cefos. est. od. ast. sei. louci. fortom. faxsit. neque. telo. se. præhendier. prohibesit. sei. leber. siet. prætor. im. verberarier. iouebet. od. eique. quoi. fortom. faxsit. addecito. sei. seruos. siet virgeis. cefos. ex saxo. deicitor. sei. impobes siet. Prætoris. arbitratuu verberatos noxiam sarcito. forta. per. lancem liciomque. concepta. vtei. manifesta vindicato. His aut similibus verbis putamus hanc legem conceptam fuisse. Primum membrum refert Macrobius verbis ipsis Decemviralibus. Sic enim habet lib. j. cap. iiii. *Decemviri inuistatissime in xii. Tabulis NOX pro NOCTV dixerunt. SI. NOX. FVRTVM FAXSIT. SI. IM. ALIQVIPS. OCCISIT. IVRE. CAESVS EST. O.* In quibus verbis id etiam notandum est, quod ab eo quod est IS, non EVM casu accusatiuus, sed IM dixerunt hæc Macrobius ad verbum ex Agellij lib. xi. cap. xviii. in quo ita est: *Decemviri nostri, qui post Reges exactos, leges quibus populus Romanus vteretur, in xii. Tabulis scripserunt, neque pari*

pari seueritate in puniendis omnium generum furibus, neque remissa nimis lenitate vti sunt. Nam furem, qui manifesto furto prehensus esset, tum deum occidi permiserunt, si aut cum faceret factum, nox esset; aut interdum se telo cum prebenderetur, defenderet. Ex ceteris autem manifestis furibus liberos verberari, addicque iusserunt ei, cui factum factum esset, si modo id luci fecissent, neque telo se defendisset. Seruos item furii manifeste deprehensos verberibus affici, & è saxo precipitari. Sed pueros impuberes Praetoris arbitratu verberari voluerunt, noxamque ab his factam sarciri. Ea quoque furta, quae per lancem, liciamque concepta essent, perinde ac si manifesta forent, vindicauerunt. Caius lib. vii. ad edictum prouinciale: Lex XII. Tab. furem noctu deprehensum occidere permittit, vt tamen id ipsum cum clamore testificetur. interdum autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat, vt tamen a quo clamore testificetur. MANIFESTVM FVRTVM dici Massurius docet, quod deprehenditur dum fit, LOVC1 scripsimus auctore Mario Victorino.

Sci. adorat. forto. quod. nec. manifestom. escit. Festus in Nec, adducit hoc fragmentum, in quo ADORAT positum esse ait PRO AGIT. vide eundem Festum in Adorare. ESCIT PRO ERIT positum est.

Ast. ei. custos. nec. escit. Festus citat hoc fragmentum in Nec. sed quo pertinet, plane ignoro. nisi forte lex de addicto loquitur, quem iubet vinciri neruo, aut compedibus x v. pondo.

Quandoque. sarpta. donec. dempta. eront. Festus: Sarpiuntur, inquit, vinee, id est putantur, vt in xij. QUANDOQUE. SARPTA, & C.

Statoleberom. venom. darier. liceto. dum. nei. quid asuorsom. eius. statom. fuat. Modestinus Digest. lib. x l. tit. viij. cap. xxv. Statuliberos venundari posse leges XII. Tabul. putauerunt, duris autem conditionibus in venditione minime onerandi sunt: veluti ne intra certa loca seruiant neve vnquam manumittantur. Vlpianus in epitoma cap. ij. Qui sub conditione testamento liber esse iussus est, statuliber appellatur, & c. Sub hac conditione liber esse iussus, si decem millia heredi dederit, etsi ab herede abalienatus sit, emptori dando pecuniam ad libertatem perueniet. idque lex XII. Tab. iubet. Vide Festum.

Nucupata. pecunia. Verba sunt XII. Tab. vt apparet ex Varone in lib. v. de ling. Lat. Nucupare, nominare valere, apparet in legib. vbi NVNCPATAE. PEQYNIAE. sunt scriptae. Aduuat hunc locum Festus explicatione, cum scribit: Nucupata pecunia est, vt ait Cincius in li. ij. de officio in reconsulti, nominata, cert. s. nominibus proprijs pronuntiat.

DE IVRE. PVBLICO.

Rem. vbei. pacont. oranto. nei. pacont. ante. medidicem. en. do. comitio. aut. en. do. foro. causam. coniciunt. post. medidicem. praetere. ambobos. leitem.

adecito. sol. occasos. sopra. tempestas. estod.
 Primum membrum huius fragmenti exstat apud scriptorem Rhetorico-
 rum ad Herennium lib. ij. in quo corrupte ORATIONI PAGVNT
 scriptum est, pro eo quod in manuscriptis habetur. ORANTO. NI. PA-
 GVNT. Error vnde fluxerit, apparet. Quinctilianus lib. j. cap. x. post par-
 ticulam NEI, addit ITA, quod putamus adiectum: nam NI PAGVNT,
 diserte legit Terentius Scaurus in libro de Orthographia, in quo profert
 hoc legis fragmentum. ORARE & ADORARE, pro AGERE antiquos
 dixisse docet Festus in verbo Orare, adducto Ennij versu: *Tu face vero
 quod tecum precibus pater arat.* & XII. Tabularum: SEI. ADORAT. FVR-
 TO. id est, si agit furti. CONICIVNTOR autem vera lectio est, siue ut est in
 vetustissimo libro, CONICIVNTOR. nam CONICERE CAVSAM pro a-
 gere positum ab antiquis docet Nonius in verbo Conicere. Afranius:
Causam conicere hodie hic apud te volo. ambon' adelsis, profuturos arbitror.
 MEDIDIEM quasi medium diem veteres dixisse pro MERIDIEM, tradit
 Velius Longus de Orthographia. PRAESENTE autem pro PRAESEN-
 TIBVS in vtu antiquioribus fuisse ostendit Nonius, adducto testimonio
 Plauti ex Syris: *Quidam apud Forum presente testibus mihi vendidit.* Accij
 ex Menalippo: *Est res aliqua, qua presente bis prius mature inistit.* Fene-
 stella ex lib. ij. Annalium. *Et quadam extra presente suis, quadam absente
 proiecissem.* PRAESBTEB scriptura est columnæ Duilianz. Secundum
 membrum, quod ab Agellio refertur, ita protulimus, ut à doctis viris le-
 gi animaduertimus. postremos tamen versus non eodem modo profe-
 runt alij, quo habet Varro lib. v. & vj. de ling. Latin. nam SOLIS OC-
 CASVS, pro SOL. OCCASVS, in vtroque loco retinet: eamque scriptu-
 ram agnoscit Festus in Supremum, & Macrobius lib. i. cap. iij. si modo
 verba non sunt mendosa. Varronis autem locus ut vulgo legitur, men-
 dosissimus est. *Suprema*, inquit, *summum diei. id à supremo. hoc tempus*
 XII. *Tabule dicunt occasum esse solis. sed postea lex Platoria id quoque*
tempus iubet esse supremum, quo Prator in Comitio supremam pronuntia-
uit populo, &c. VOX PRAETOR, mendum est nullo modo ferendum:
 non enim PRAETOR, sed PRAECO supremam populo pronuntiabat,
 ut docet Donatus interpres Terentianus cum inquit: *Sic iudices de consi-*
lio dimittebant supra dicta, cum praco pronuntiabat populo, ILICIT,
quod significat RELICIT. Quia vero Platoriz legis à Varrone facta est
 mentio, quam ego malo PRAETORIAM, quia de iure Prætorum lata est,
 & PRAETORIA est in veteribus libris, libet eius verba subücere, quæ
 à Censorino referuntur, quod ea SOL OCCASVS scripturam confir-
 mant, & huius legis sententiam illustrent. Pr. vrb. qui. nunc. est.

queique. posthac. fuerit. duos. liçtores. apud. se. habe-
 to. vsque. ad. supremam. ad. solem. occalum. ious. in-
 ter. ciueis. decito. &c.
 Asiduo. vindex. asiduos. esto. proletario. quoi.
 queiuis. volet, vindex. estod. Ita in vetustissimo Agellij libro
 legitur hæc lex, cum in alijs sit PROLETARIO. CIVL. Manuscriptam
 autem

autem lectionem confirmat constans librarij scriptura, qui paulo infra ita plane habet: *Petimus igitur, ne annalem nunc Q. Ennij, sed Duodecim Tabulas legi arbitrere, & quid sit in ea lege PROLETARIJS, si vis interpretere.* nam alij legunt CIVIS, pro SIVIS. Ad ea vero quæ de assiduo, & proletario ex Agellij lib. xvj. cap. x. collecta sunt à doctis viris, addendus est Varronis locus ex libro primo de vita pop. Romani: *Quibus erat pecunia satis, assiduos: contrarios proletarios. assiduo nemine vindicem nisi assiduam esse voluerunt.* sed locus apud Nonium, vt vulgo legitur, est mendosus.

Qui se scierit testari. libripensve fuerit. nei. testimonio. fariator. improbos. intestabelisq. estod.
 Adducit hanc legem Agellius lib. xv. cap. xij. sed ita in vulgatis editionibus deprauatam, vt Decemuiralis sententia vix in ea appareat. Liber tutissimus ita plane habet, vt nos edidimus. De verbo autem TESTARI, quod commune esset, & utroque versum diceretur, docet Agellius in eo loco. Putamus autem hanc legem pertinere ad testes & libripendem, qui adhibebantur in mancipatione, siue imaginaria venditione, de qua infra habetur in alia lege: vt huius fragmenti sententia sit: *Qui se in testem vocari scierit, vel libripens tunc fuerit, cum mancipatio fiebat, nisi testimonium fari velit; hoc est, rogatus de testimonio, eius fidem approbare, improbus, & c. INTESTABILIS* eodem significato dixit Plautus in Milite glorioso: *Quid si id non faxis? P. Vt viam semper intestabilis.* Huic verbo opponitur TESTABILIS, quod est in Horatia lege, de qua infra. Iustin. lib. ij. Institutionum, tit. x. *Testes autem adhiberi possunt ij, cum quibus testamenti factio est. sed neque mulier, neque impubes, neque seruus, neque furiosus, neque mutus, neque surdus, neque is, cui bonis interdicitum est, neque ij, quos leges iubent improbos, intestabilesque esse, possunt in numerum testium adhiberi.*

Sei. patronos. clientei. fraudem. faxsit. patronos. clientis. de iueis. sacer. estod. Seruus in Virgiliani versus explicatione, qui est in lib. vj. *Aeneid. Aut frans innexa clienti.* Ex lege, inquit, xij. *Tabular. venit, in quibus scriptum est: S. PATRONVS. CLIENTI. FRAVDEM. FECERIT, & c.* Legem in hæc verba, aut his similia conceptam fuisse putamus.

Nexfo. solutoque. forctei. sanateique. eidem. ious. estod. Lex Duodecim Tabular. de Forctibus & Sanatib. ex Festi reliquiis in hæc verba concepta fuisse apparet. alibi tamen idem Festus dicit in xij. cautum, vt idem ius esset Forctibus, quod & Sanatib. id est bonis, & qui nunquam à populo Romano defecissent. sed cum varias ibi referat de hac lege Scriptor. opiniones, videtur Valerij Messalæ potius, quam aliorum sententiam probare, qui in eo libro, quem de inuoluce dictis inscripsit, Forctis & Sanatis duas gentes finitimas esse ait, de quibus hanc legem scriptam esse, vt idem ius haberent, quod populus Rom. Forctis autem Sanatis significare, Sanatos insanos. hæc in illius fragmenti reliquiis videre, vel potius diuinare potuimus.

Pequoniam. quei. nancitor. habeto. sei quid. pigneris. nancitor. sibi. habeto. Festus in Nancitor docet Decemuiros ea voce vsos esse: significare autem nactus erit. item in fœdere Latino existare eius verbi exemplum, vt fortasse alterum membrum è fœdere Latino, alterum è xii. Tabulis de promptum sit. Alij putant totum hoc fragmentum esse è xii. Tabulis sumptum, vt verba etiam illa apud Festum **IN. FŒDERE. LATINO,** Decemuirorum esse asserunt: quod mihi non probant.

Sei. quis. occentasisit. casmenve. conduit. quod. alterei. flacitium. faxsit. kapital. estod. Exstat hoc fragmentum apud Ciceronem in lib. iij. de Repu. *N. ostræ, inquit, contra xii. Tabulæ cum per paucas res capit e sanxissens, in his hanc quoque sanciens putauerunt: Si quis occentasisset. siue carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri, &c.* Nos hanc legem his prope verbis, quibus protulimus, conceptam fuisse existimamus. nam vox **INFAMIAM,** glossema est verbi **FLACITIOM.** Verbum autem **CONDUIT,** quo veteres utebantur pro **CONDIDERIT,** retinuimus; quia illud Cicero lib. i. v. Tuscul. in hac eadem lege recitanda iterum agnoscit, cum inquit: *Id etiam xii. Tabulæ declarant condidiam tum solitum esse carmen, quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, lege sanxerunt.* Huius autem legis meminit Arnobius lib. iij. **OC CENTASIT** quid sit explicat Festus, qui nostram scripturam plane confirmat. **CASMEN** autem scripsimus, quod **CASMENAS** pro **CAMENAS** antiqui dicebant ex **CARMENAS,** vnde **CARMEN** dictum ait Varro lib. vj. de ling. Lat.

Quei. malom. casmen. encantasisit. Plinius lib. xvij. cap. ij. adducit hoc fragmentum, in quo **CASMEN** item pro **CARMEN** scripsimus ex antiqua consuetudine.

Quei. alienas. fruces. excantasisit. Hoc quoque à Plinio refertur fragmentum in eodem libro, eodemque capite. Seneca lib. iij. Nat. quaest. *Apud nos, inquit, in xii. Tabulis cauetur, ne quis alienos fructus excantasisit. Rudis antiquitas credebat & attrahi imbres cantibus & repelli.* Sed germana xii. Tabulæ verba sunt ea, quæ à Plinio referuntur. nam **FRUCTVS** glossema est verbi **FRUCES.** Verbum **ALIENAS,** Plinius non habet, quod nos ex Seneca suppleuimus & ex sequenti fragmento.

Nei. ve. alienam. secetem. pelexeris. Seruius in expositione versus, qui est in Ecloga viij. *Atque sat as alio vidi traducere messes;* adducit hanc legem. de verbo autem **PELLICERE,** videndus Velius Longus de orthographia. *A pulcius in apolog. i. Magia ista, quantum ego audio, res est legibus deligata: iam inde antiquitus xii. Tabulis propter incredendum as frugum illecebras interdicta.* Augusti. lib. vij. de Ciuit. Dei: *Eo quod hac pestifera scelerataque doctrina fructus alieni in alias terras transferri perhibentur, non ne in xii. Tab. id est Romanor. antiquissimis legibus Cicero commemorat esse conscriptum, & ei qui hoc fecisset, supplicium constitutum?*

Quei. perduelem. concitafit. quei ve. ceiuem perduelei. transdui. kapital estod. Marcianus ad legem Iuliam Maiestatis citat hoc fragmentum. **TRANSDVIT** scriptum pro **TRADVIT**, quod est **TRADIDERIT**, quia ita docet Velius Longus antiquos vsos esse præpositione **TRANS**: vnde **TRANSQVE DATO** est in **xii.** apud Festum.

Preiuilegia. nei. irroganto. nei. ve. de. kapite. ceiuis. nifei. maxsumo. comitiatuu. ferunto. Cicero lib. iij. de legib. *Iam leges præclarissima de **xii.** Tab. translata duæ, quarum altera priuilegia tollit; altera, de capite ciuis rogari, nisi maximo comitiatu vetat, &c. in priuatos homines leges ferri noluerunt: id est enim priuilegium. & in oratione pro domo: **Vetant leges Sacratæ, veiant **xii.** Tabula leges priuatis hominibus irrogari: id est enim priuilegium. & pro Sextio: Cur cum de capite ciuis, non disputo cuiusmodi ciuis, & bonis proscripti ferretur; cum & Sacratæ legibus, & **xii.** Tabulis sancitum esset, vt neque priuilegium irrogari liceret, neque de capite ciuis nisi comitijs centuriatis rogari, &c.** Agellius lib. x. cap. xx. *Non sunt enim generalia iussa, neque de vniuersis ciuibus, sed de singulis concepta: quocirca priuilegia potius vocari debent; quia veteres priua dixerunt, que nos singula diximus.**

Patrebo. cum. plebed. conubia. nei. funto. Lilius libro iij. *Hoc ipsum ne connubium patribus cum plebe esset, non Decemuiri tulerunt paucis his annis pessimo exemplo publico, cum summa iniuria plebis? Dionysius lib. x. scribit hanc legem in duas postremas tabulas à Decemuiris coniectas fuisse.*

Ioufus. poplei. sofraciaq. sunt. quodcuomque. postremom. poplos. ioufit. id. ious. ratomque. estod. Lilius lib. vij. *In secundo interregno orta contentio est, quod duo patricij Consules creabantur; intercedentibusque Tribunis plebis interrex Fabius aiebat in **xii.** Tabulis legem esse, vt quodcumque postremum populus insisset, id ius, ratumque esset: iussum populi, & suffragia esse.* Similis formula reperitur in epistola Cælij ad Cicronem lib. viij. **Quod. eorum. iudicum. maior. pars. iudicarit. id. ius. ratumque. esto.** Erat id eius legis vnum & centesimum caput.

Quei. ioudex. queiue. arbirer. ioure. datos. obrem. ioudicandam. pequniam. cepet. kapital. estod. Agellius lib. x. cap. i. *Dure autem scriptum esse in istis legibus quid existimari potest? nisi duram esse legem putas, qua iudicem, arbitrum ve iure datum, qui ob rem iudicandam pecuniam accepisse cõuictus est, capite punit.*

Quei. falsom. testimoniom. dixerit. ex. saxfo. deicitor. Agellius lib. x. cap. i. *An putas Phaurine, si non illa etiam è **xii.** Tabulis de testimonijs falsis pœna aboleuisset, etsi nunc quoque vt antea, qui falsum testimonium dixisse cõuictus esset, è saxo Tarpeio deiceretur, mentituros fuisse pro testimonio iam multos, &c.*

Quei.adorat.lece.sei.pluus.petet.quam.iouis.siet.
 causa.cãdito.Cicero lib.j. de Oratore: *Atqui non defuit illis patro-
 nis, inquit Crassus, eloquentia, neque dicendi ratio, aut copia, sed inris civilis
 prudentia; quod alter plus, lege agendo petebat, quam quantum lex duode-
 cim Tabularum permiserat; quod cum impetrauisset, causa caderet: alter ini-
 quum putabat, plus secum agi quam quod esset in actione, neque intellige-
 bat, si ita esset adum, litem aduersarium perditurum.*

Iouris. iourandi. ad. strincendam. fidem. maxsu-
 ma. vis. estod. Cic. lib. iij. Offic. *Nullum enim vinculum adstringen-
 dam fidem inireurando maiores arctius esse voluerunt. id indicant leges XII.
 Tabular. Vide Agellium lib. vij. cap. xvij.*

Quei. calim. en. do. vrbe. nox. coit. coiuerit. kapi-
 tal. estod. Porcius Latio in Catilinam: *Primum, inquit, XII. Tabulis
 cautum esse cognoscimus, ne quis in vrbe cœtus nocturnos ageret: deinde
 lege Gabinia promulgatum, qui coitiones vllas clandestinas in Vrbe con-
 flauisset, more maiorum capitali supplicio multaretur. De te itaque Catilina
 sciscitor, tu ne cœtus istos commilitonum tuorum contra præcepta XII. Tab.
 contra leges nostras, contra vero Senatus, ac plebis auctoritatem, nocte co-
 gendos esse putauisti? CALIM, pro CLAM.*

Vnciasio. fœnose. neiquis. pluus. exsercetod. sei-
 quis. aliuta. faxsit. quadruplione. pœnam. luitod. Ta-
 citus lib. iij. *Sane vetus, & c. nam primo XII. Tabulis sanctum, ne quis vn-
 ciario fœnore amplius exerceeret, & c. Cato de re rustica: Maiores nostri sic
 habuerunt, & ita in legibus posuerunt, fœnem dupli condemnari, fœnerato-
 rem quadrupli. Vide Liuium lib. viij. Ex his locis hanc legem concinna-
 uimus.*

Sei. quis. ex. leibertated. in. du. seruitutem. aferitor.
 Prætor. secundum. leibertatem. vindicias. datod.
 quei. vindicias. tollit. sponsores. ioudicio. sistier. da-
 tod. Dionysius & Liuius huius legis meminerunt. Terentius: *Hunc bo-
 minem ego liberum esse assero: postulo vt mihi des vindicias secundum liber-
 tatem. Liuius lib. iij. Appius Marco clienti negotium dedit, vt virginem in
 seruitutem assereret, neque cederet secundum libertatem postulantibus vin-
 dicias. & paulo post: Postulat à Decemuiro, vt lege ab ipso lata, vindicias
 det secundum libertatem. & post: Cum instaret assertor puellæ, vt vindica-
 ret, sponsoresque daret, manus tollere multisudo, & se quisque paratum ad
 spondendum illico ostendere.*

Ambitos. parietis. sestertios. pes. estod. Varro libro iij.
 de ling. Lat. *Nam ambitus circumitus, ab eoque XII. Tabularum interpre-
 ces, ambitum parietis circumitum esse describunt. Volusius Metianus: Lex
 XII. Tab. argumento est, in qua duo pedes & semis, sestertius pes vocatur.
 Festus in Ambitus.*

DE IVRE SACRORVM.

Præco. fonus. endeicito. dominos. foneris. en. lu-
deis. accenso. licitorebosque. ætitor. en. do. pone-
re. tribos. riciniciis. rica porporea. decemque. ti-
bicinebos. ætier. liceto. hoc. plus nei. facito.

Primum membrum huius legis, & quæ sequuntur, ex Cicerone concin-
nauimus, qui in libro secundo de legib. ita scribit: *Hæc habemus in Duo-
decim. Sane secundum naturam, qua norma legis est; reliqua sunt in more,
funus vt indicatur. Si quid ludorum, dominus funeris vtator accenso, atque
licitorib.* Ita enim interpungimus, vt intelligamus hæc quidem ex more
esse in XII. relata. Formula indicendi funeris, quæ ex hac lege ducta est,
habetur apud Festum & Varronem. Festi verba sunt hæc: *Nunc & Sa-
bini & Romani populi singulare vsurpatur nomen, vt indicio est præco, qui
in funeribus indiçiuis ita pronuntiare solet: OLLVS. QVIRIS. LETO. DA-
TVS. EST.* Varronis hæc ex lib. vj. de ling. Lat. in funeribus indiçiuis quæ-
do dicitur OLLVS. LETO. DATVS. EST. In quibus verbis deest vox QVI-
RIS, vt apparet ex Festo, legendumque OLLVS. QVIRIS. LETO. DATVS.
EST. De ludis Funcrib. Liuius lib. xxij. *M. Aemilio Lepido filij ludos fun-
cres per triduum, & gladiatorum paria duo & viginti in Foro dedere.*
Libro xxxj. *Ludi funebres eo anno per quadriduum in Foro, mortis M. Vale-
rij Lanini causa à filijs facti, & munus gladiatorium datum.* Donatus in
Adelph. *Designatores diçli. qui ludis funebrib. præsent.* Quod autem lex
permittit, si quid ludorum funeris dominos licitoribus vt, non est cur
docti viri de mendo suspicentur. nam Horatij versus in epistola v. i. i.
lib. i. satis aperte ostendit Designatores in funebribus ludis vsos fuisse
licitoribus.

*Quam mihi das agro, dabis agrotare timenti
Mæcenas veniam, dum ficus prima, calorque
Designatore: decorat licitoribus atris.*

Cicero ibidem, *Extenuato igitur sumptu tribus ricinijs, vinculis purpurea,
& decem tibiçinibus, &c.* De RICINIIS ita Festus: *Ricinium omne vesti-
mentum quadratum. ij qui XII. interpretati sunt, esse dixerunt virilem to-
gam, qua mulieres vtiebantur, prætextam clauo purpureo, &c.* Varro lib. i.
de vita populi Romani apud Nonium: *Mulieres in aduersis rebus ac lu-
ctibus cum omnem vestitum delicatorem ac luxuriosum postea institutum
ponunt, ricinia sumunt.* Videndus de RICINIIS Isidorus lib. xix. cap. xxv.
Cicero paulo post: *Nunc de tribus ricinijs, & pleraque illa Solonis sunt.*
Plutarchus in Solone: *Οὗ ἡ σωτηρία πλὴν ἰματίων τελευτῶ.* RICA. POR-
POREA scripsimus ex corrupto verbo antiquæ lectionis. sic enim pla-
ne habet manuscriptus liber VINCLA PURPUREA. De Rica videndus
Festus, *Rica, inquit, est vestimentum quadratum, sîmbriatum, purpureum,
&c.* Florus lib. xlvij. *M. Aemilius Lepidus antequam expiraret præcepit fi-
lijs lecto se strato sine linteis, sine purpura efferrent.* Liuius lib. xxxiiij. *Præ-
textis, &c. nec id viui solum habeant fastum in signe, sed etiam vt cum ea-
crementur mortui, &c.* Virgilius lib. vj.

Purpureasque super vestes velamina nota

Coniciunt.

Cum autem rica, siue prætexta purpurea mortuus effèri solitus esset, pulla nulli alij licebat vti, quam ei, qui funus faciebat, vt ait Festus. DE DECEM TIBICINIBVS, siue vt nos putamus scribendum SITICINIBVS, ita Ouidius lib.vj. Faistor.

*Adde quod Adiles pompa qui funeris irent,
Artifices solos iusserat esse decem.*

Siticines, vt docet Nonius, dicebantur, quod apud sitos canere soliti essent, hoc est, vita functos. Agellius confirmat eam lectionem lib.ij. cap. ij. in quo dicit SITICINES proprium genus tubæ, qua canerent habuisse, à ceterorum tubicinum proprietate differentes. Persius Satyra iij.

*Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto
Compositus lecto.*

Seruius in lib.v. Æneidos. Sciendum maioris ætatis funera ad tubam solere proferri, minoris vero ad tibia. Vide Festum in Funebres tibia. Cicero ibidem : *Iam cetera in xli. minuendi sumptus lamentationeque funeris, translata de Solonis fere legibus: hoc plus ne facito.*

Seruilis. vnctura. circompotatioque. quom. fonus. exsequiantor. vinei. ve. respersio. nei. fuat. aceras. sepulcreis. aut. lōgas. koronas. nei. en. do. ponito.

Cicero in ij. de legib. *Vti seruilis vnctura tollatur, omnisque circompotatio: qua & recte tollantur, neque tollerentur, nisi fuissent. Ne sumptuosa respersio, ne longa corona, nec acera, &c. SERUILIS VNCTURA quæ dicitur à Decemuiris, notum vt opinor, nempe pollinctorum familia. Plautus in prologo Penuli: *Quia pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. Digest. lib. xiiij. tit. iij. Si Libitinarius seruum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit.* Statius lib.v. Sil. i.*

--sed nec seruilis adempto

Ignis odoriferos exhausit flamma Sabæos.

Tibullus lib. i. eleg. iij.

Non soror Assyrios cineri quæ dedat odores.

Martialis lib. x. epig. xcviij.

Dum leuis arsura struitur Libitina papyro,

Dum myrrham & casiam flebilis vxor emit,

Iam scrobe, iam lecto, iam pollinctore parato.

Iuuenalis Satyr. iiiiij.

Et matutino sudans Crispinne amomo

Quantum vix redolent duo funera.

Plinius epist. v. Marcellino: *Quod in vestes, margaritas, gemmas fuerat erogaturus hoc in thura & vnguenta & odores impenderetur.* Apuleius apol. j. *Si thus, casiam, & myrrham, ceterosque id genus odores funeri tantum emptos.* CIRCOMPOTATIOQUE. Nonius: *Silicernium est proprie conuiuium funebre, &c. Varro Meleagris: Funus exsequiati laute ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus.* Virg. lib. iij.

Sollemnes tum forte dapes, & tristia dona.

& lib. vj.

Iamque dies epulata nouem, &c. Seruius: Epula in parentalib. superposita

sita silicernium dicuntur quasi silicernium super silicem positum, Porphyrio Horatii interpres, in Epod. xvij. ode: Nouendiale dicitur sacrificium, quod mortuo sit nona die, quam sepultus est. Liui. lib. xxxix. cap. i. Seruilium funeris causa, visceratione data, & ludi funebres per triduum facti, post ludos epulum, in quo cum toto Foro strata triclinia essent. RESPERGIO ad Numæ legem refertur, quæ vetabat vino rogum spargi. vnde hoc ipsum vinum RESPERVVM dicebatur, vt docet Festus, cum inquit: Respersum vinum significat apud antiquos, quia in sacris Nouendialibus vino mortui sepulchrum spargebatur. LONGAE. KORONAE. propter eas fortasse coronas, quibus sepulchra coronabantur. Plutarchus in Timoleonte scribit apij coronas sepulchris imponi solitas. Plinius lib. xxj. cap. iij. Etiam tunc coronæ deorum honos erant, & Larium publicorum, priuatorumque a sepulchrorum, & Manium. Minucius Felix in Octauius: Reseruatius vnguentis funeribus: coronas etiam sepulchris denegatis. DE ACRERA Festus ita: Acerra, ara quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur.

Murinam. mortuo. nei. endito. Festus: *Murrata potione vfos antiquos indicio est, quod etiam nunc Aediles per supplicationes dijs addunt ad puluinaria, & quod XII. Tab. cauetur, ne mortuo indatur, vt ait Varro in antiquitatum libro primo. Cicero lib. ij. de Leg. Vti ne respersio fieret, neve murrata potio mortuo inderetur, neve longa corona, neve acerra adhiberentur.*

Plusa. fonera. vnei. nei. facito. nei. ve. pluseis. lectos. en. do. ferto. Cicero lib. i. de Legib. Credo, quod erat facitatum, vt vni plura fierent, lectique plures inferrentur. Seruius in lib. v. i. Æn. *Ad funera Marcelli honorem Augustus sexcentos lectos intrare ciuitatem iussit: hoc enim apud maiores gloriosum fuerat. etiam dabatur pro qualitate fortuna: nam Sulla sex millia habuit.*

Neiue. ausom. adduito. ast. quoi. auso. denteis. vin. ctei. sient. im. cum. olo. sepelire. vrereve. se. fraude. liceto. Cic. lib. i. de Legib. *Qua in lege cum esset. NIVE. AVRVM. ADDITO, & c. quam humane excipit altera lex: AST. QVOI, & c. VOX AST, in vulgatis editionibus luxata est, & suo loco mota. AVSVVM autem pro AVRVM dicebant antiqui.*

Homini. mortuo. ofa. nei. lecito. quo. post. fonus. faciat. exstra. quam. seiquis. foris. meilitæq. mortuos. fiet. Exstat hæc lex apud Ciceronem in eodem libro. *Homini, inquit, mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat: excipit bellicam peregrinamque mortem, & c. Festus: Membrum abscindi mortuo dicebatur, cum digitus eius deicidebatur, ad quod seruatum iussa fierent, reliquo corpore combusto.*

Hominem. mortuom. en. do. vrbe. nei. sepelito.

nei.ve.vrito. Cicero ibidem: *Hominem, inquit, mortuum lex in xii. in vrbe, & c. credo, vel propter ignis periculum, quod autem addit, NEI. VE. VRITO.* indicat non qui vratur sepeliri, sed qui humetur.

Rocom.ascia.nei.polito. Cicero ibidem refert è xii. Tabulis hanc legem, quæ vetabat è politis ascia lignis pyram confici, ne sumptus superuacui fierent. hinc illa in veteribus monumentis inscriptio: SVB. ASCIA. DEDICAVIT.

Rocom.bustumve.nouom.propius.ædeis.aliennas. LX. pedeis. inueito. domino. nei. adicito. nei. ve. forom. sepulcrei. bustumve. æfocapito. Cicero ibidem: *Dicitur, inquit, sunt præterea leges de sepulcris, quarum altera priuatorum ædificijs, altera ipsis sepulcris cauet. nam quod rogom, bustumve nouum vetat propius sexaginta pedes adici ades alienas innito domino, incendium veretur acerbum: quod autem forom, id est, vestibulum sepulcri, bustumve vsucapi vetat, tuetur ius sepulcrorum & c. Forom, inquit fœtus inepitonia, cuiusqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulcri dici solet.*

Quom.fonus.exfertor.nei.encomitiato. Marius Victorinus de Orthographia: FONVS, inquit, pro FVNVS dicebatur, & c. ENCOMITIATO, vt opinor, est in COMITIVM ITO. Vide Varro-nem lib. v. de lingua Latina.

Molieres. faciem. nei. carpunto. neive. cenas. radunto. lesom. foneris. nec. habento. Huius legis tria membra variis locis distracta ita fortasse coniungenda sunt, vt nos cõciinauimus. Primum membrum adducit Seruius in explicatione versus lib. xij. An. Rofeas laniata genas. Tamen, inquit, sciendum, cautum lege xii. Tabularum, ne mulieres carperent faciem, his verbis: MULIER. FACIEM. NE. CARPITO. Secundum membrum refertur à Festo, apud quem ita plane est in fragmentis. *Radere genas vetitum est in lege xii. Tabul. id est, vnguibus scindere.* Plinius lib. xj. cap. xxxvij. *Infra oculos mala homini tantum, quas prisce genas vocabant, xii. Tabularum interdito radia feminis eas vetantes.* Tertium membrum exstat apud Ciceronem in lib. ij. de Legibus Veteres, inquit, *Duodecim Tabularum interpretes Sex. Aelius, L. Acilius non satis se intelligere dixerunt, sed Acilius suspicari vestimenti aliquod genus funebris: Aelius lessum quasi lugubrem eiulationem, vt vox ipsa significat. quod eo magis iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat.* Et lib. 2. Tuscul. *Eiulatus in funere prohibitus per leges xii. Tabularum, & paulo post: Posteaquam, vt scribis Phalerens, sumptuosas fieri funera & lamentabilia cõpissent, Solonis lege sublata sunt. quã legem eisdem prope verbis nostri Decemviri in decimam tabulam coniecerunt: nam de trib. ricinijs, & pleraque illa, Solonis sunt de lamentis vero expressa verbis sunt.* Mulieres. genas. ne. radunto. neve. lessum. funeris.

ergo. habento. De hac Solonis lege ita Plutarchus in eius vita: *ἄμωχαις ὅ καὶ πομπῶν, καὶ τὸ θρηνηθῆναι πικροτέρως, καὶ τὸ κινῆσθαι ἀλλαντὸν ἐν τοῖς ἑτάροις*

ἰτίρῳ ἀφείλω, ἰταζίζεν ἢ βουῶ ἢ ἐπασσῶ, ἢ δ' ἰσσητῶναι πλῆθον ἰματίων τριῶν.
Sunt qui LESSVM mutandum putent in LAVSYM, quod apud Plautum ita esse in scriptis libris notarint *Thetis quoque etiam lamentando lausum fecit filio.* nos nihil mutamus, nisi quod vocem ERGO, induendam censemus, qui adiectam esse apparet cum ex aliis locis, tum ex hoc in eodē libro. Iam cetera in Duodecim minuendi sumptus, lamentationesque funeris, translata de Solonis fere legibus sunt.

Honoratorū. virorum. laudes. en. do. cōtione. memorantor. easque. nēnia. ad. tibicinē. prosequantor.

Cicero lib. 111. de Legib. *Hac habemus in XII. sane secundum naturam, quæ norma legis est. Reliqua sunt in more, funus vt indicatur, &c. honoratorum virorum laudes in contione memorantor, easq; etiam cantus ad tibicinem prosequantor, cui nomen nania, quo vocabulo etiam à Graccho cantus lugubres nominantur.* Pro voce CANTVS, reposuimus NAENIÆ. nam ita Decemuiros scripsisse apparet ex verbis quæ sequuntur. De Nænia ita Festus: *Nænia est cæmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam, quod vocabulum Afranius in Materteris posuit. Næniam autem inter exsequias cantabant.* Cicero pro Milone: *Vt sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine exequiis, sine lamentis sine laudationibus, sine funere, &c. SITICINEM PRO TIBICINEM* hic quoque fortasse scribendum est.

Quei. coronam. parit. ipse. pecuniæve. eius. virtutisve. diditor. ipseique. mortuo. parentalebos. eius. quom. entus. positos. est. quomque. foris. exfertor. imposta. se. frauded. estod.

Exstant huius legis reliquæ apud Plinium. lib. x. c. 111. & Ciceronem lib. 11. de Legibus, sed luxatæ nimis, & mendis scædissimis depravatæ: quæ dum tollere conantur docti viri, nescio an magis verba legis corruerunt. Nos ommissis aliorum coniecturis, quomodo in veteribus libris inuenimus, ita plane proferemus. Plinius in vulgatis editionibus sic habet: *Semper auctoritas* (loquitur de coronis) *vel ludicio quæsitæ fuit. namq; ad certamina in Circum per ludos, & ipsi descēdebant, & seruos suos, equosq; mittebant. Inde illa XII. Tab. lex: qui coronam. parit. ipse. pecuniæve. eius. virtutis.*

ergo. arguitur. *quam serui equique meruissent, pecunia partam lege dici nemo dubitauit. Quis ergo honos? vt ipsi. mortuo. parenti-*

busque. eius. dum. intus. positus. esset. forisve. fertor. sine. fraude. esset. imposta. In his verbis, non vnum, aut alterum, sed plura insunt menda. nam pro verbo ARGUITVR, quod alij in ARDVATOR mutant, liber manuscriptus habet DIDITVR, licet in alio sit DIDIDITVR, quod ab imperito aliquo suppositū est, cui esset ignota significatio verbi DIDITVR. Vocis item ERGO, nulla in eodem libro exstant vestigia, vt eam Decemuiralem non esse plane credendum sit. PRO PARENTIBVS autem PARENTALIBVS scripsimus, ducti

coniectura, quam veram existimamus. Quid enim magis absurdum, si receptam lectionem retineamus, vel magis quod sit contra ius naturæ, potuit a Decemviris excogitari, quam parentes liberis suis superstites ominari? deinde PARENTIBVS numero multitudinis quid magis ineptum? vt fortasse minus turpiter erratum sit ab iis, qui apud Ciceronem PARENTI reposuerunt. Parentalia apud antiquos quæ fuerint notum est. Donatus in Terent. *In nuptijs*, inquit, *septimus dies in lauravationem voti habet, vt in funere nonus dies, quo Parentalia concluduntur.* Seruius in lib. v. *Æn.* Sane sciendum, quod apud maiores, vbi quis fuisset extinctus, ad domum suam referebatur. Vnde est: *Sedibus hunc refer ante suis. & illic septem erat diebus, Octauo incendebatur, nono sepeliebatur.* Vnde Horat. *Nonendiales dissipare pulueres.* Iure etiam ludi, qui in honorem mortuorum celebrantur, Nonendiales dicuntur, & in lib. v. *Vnde seruabantur cadauera octo diebus, & calida abluebantur, & post vltimam conclamationem comburebantur.* Terent. in Eunuc. *Desine iam conclamationem est,* & c. Lex igitur xli. Tabularum ei qui coronam ludis adeptus esset, prætor eos honores, qui tribuuntur viuenti, cum eius nomen publice peractis ludis à præcone omnibus audientibus pronuntiatum, siue is equo, siue quadrigis victoriâ adeptus esset (id enim est IPSVS. PEQVNIÆVE. EIVS. VIRTVTISVE. DIDITOR, vt apud Græcos ἰππῶν τε. ἑπίπρωυ τε addebatur) hoc etiam tribuit, vt eidem mortuo virtute parta corona sine fraude imponatur non illis septem tantum diebus, quibus intus, id est domi positus esset, sed eo etiam die, quo foris efferretur cum pomfâ & ornatu in Forum ad Rostra, vt testatur Polybius lib. vi. & Apuleius de Asino, cum ait: *Processerat mortuus, rituq. patrio, & c. pompa funeris publici duellatur per Forum,* & c. Morem autem mortuos coronandi indicat Tertullianus in Apologetico cap. xlii. & Minucius Felix in Octauio, cuius verba sunt hæc: *Nec mortuos coronamus. ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis ex animi, aut sentienti facere, aut non sentienti coronam, cum & beatus non egeat, & miser non gaudeat floribus,* & c. Sed iam Ciceronis verba, quæ supra indicauimus, referamus. sunt autem hæc: *Illam iam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam, & ei qui peperisset, & eius parenti sine fraude esse lex impositam iubet.* Nemo non videt huius sententiæ absurditatem, si ita legatur. sed legendum: *Quod coronam virtute partam ei qui peperisset, eius parentibus sine fraude* & c. Error fluxit ex voce PARENTALIBVS, quam faciliore lapsu primum in PARENTIBVS librarius mutauit; deinde alius, cui inepta prorsus illa vox videretur, in PARENTI rursus mutandam existimauit.

Transque. dato. endoque. plorato. Festus. Subuos

placo in precibus fere cum dicitur, significat id quod supplico; vt in legibus TRANSQVEDATO, & c. ENDOPLORATO igitur est, IMPLORATO. at TRANSQVEDATO significat TRADITO, quo modo Accius loquutus est apud Nonium: *Remisq; nixi propter nauem in fugam transdūt.* Videndus Velius Lōgus de Orthographia in præpositione TRANS, qua ita vsos fuisse docet antiquos; vnde TRANDITO est in lege Iudiciaria. Verba autem hæc xli. Tab. separatim sunt legenda, vt apparet ex Festo.

Hæc ad leges x 1 1. Tabul. quarum vel integra verba referuntur à scriptoribus, vel ita leuiter immutata, vt qualia fuerint, intelligi potuerit. alias leges, quarum sententia tantum adducitur; verborum, quibus concepta fuit, nullum remansit vestigium, omisimus: cuiusmodi sunt hæc: quæ exempli gratia protulimus, in quibus ipsa Decemuirorum verba præne obliterata sunt. Cicero lib. iiii. de legib. *Nam mihi quidem* (loquitur de Tribunicia potestate) *pestifera videtur, quippe quæ in seditione, & ad seditionem nata sit. cuius quidem ortum si recordari volumus, inter arma ciuium, & occupatis & obsessis Vrbs locis, procreatam videmus. deinde cum esset cito legatus tanquam ex x 1 1. Tabulis insignis ad deformitatem puer, breui tempore creatus, multo quoque tatrior & scdior natus est.*

M. Varrò lib. vi. de ling. Lat. *Amsractum est ab origine duplici, dictum ab ambitu, & frangendo. ab eo leges iubent viam in directo pedum octo esse; in amsractu sexdecim; id est in flexu. & Caius in leg. viij. de seruitud. rustic. præd. via, inquit, latitudo ex lege x 1 1. Tabularum, in porrectum octo pedes habet; in amsractum, id est, vbi flexum est, sexdecim.*

Agellius lib. iij. cap. xvj. *Præterea ego de partu humano, præterquam quæ scripta in libris legi, hoc quoque venisse vsu Romæ comperi: feminam bonis atque honestis moribus, non ambigua pudicitia in x 1. mense post mariti mortem peperisse: factumque esse uergetium propter rationem temporis, quasi marito mortuo, postea concepisset: quoniam Decemviri in decem mensibus gigni hominem, non in undecimo scripserunt.*

Digest. lib. x l i i i i. de arboribus cædendis. tit. x x vi. l. 1. Vlp. Ait Prætor: *Quæ arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, si per te stat, quominus pedes x 1 1. à terra eam altius coercetas; tunc quominus illi ita cœrere, lignaque sibi habere liceat, vim fieri veto. Quod ait Prætor, & lex x 1 1. Tabularum efficere voluit, vt x v. pedes altius rami arboris circumcædantur. & hoc idcirco effectum est, ne umbra arboris vicino prædio noceret. Pomponius ibidem: Si arbor ex vicini fundo, vento inclinata in tuum fundum sit, ex lege x 1 1. Tabul. de adimenda ea rectè agere potes, ius ei non esse ita arborem habere, &c.*

Macrobius lib. 1. cap. x 1 1. *Tuditanus refert lib. 1 1 1. magistratum, Decemuiros qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse, &c.*

A D. LEGEM. SIVE. PLEBISCITVM
SILIANVM.



QVOD. P. & M. Sili. trib. pl. deff. Plebem. ioure. rogaront plebesque. ioure. sciuit. ex ponderibus. popliceis. quibus. hac. tempestate. populos. ætier. solet. vtei. coæquetor. se. dolo. M. vtei. quadrantal. vinei. octoginta. pondo. fiet. concios vinei. decem. P. fiet. sex. sextari. concios. fiet. vinei. duodequingenta. sextari. quadrantal. fiet.

vinei. sextarios. æquos. æquo. cum. vinario. fiet. sex-
decimq. libræ. in modio. sient. sei. quis. macestratos.
a suorsom. hæc. D. M. pondera. modiosq. vasaq. po-
plica. modica. minosa. maiosave. fax sit. iou sit ve. fie-
ri. dolomve. adduit. quo. ea fuant. im. quis. volet. ma-
cestratos. multare. vtei. dum. minose. parte. familias.
taxat. liceto. seive. quis. im. sacrom. ioudicare. volet.

liceto. Festus: *Publica pondera, quibus pop. Rom. vti solet, ex ea causa Iunius in . . . dicta sic ait, quòd duo Silij P. & M. plebem rogarint his verbis: EX. PONDERIBVS, &c. In hac lege, siue plebiscito cum archetypum Festi exemplar habeat SEXTARIOS. AEQVOS. A TQ. CVM. LIBRARIO. SIET. nos fecimus SEXTARIOS. AEQVOS. AEQVO. CVM. VINARIO. SIET. nec putamus eius lectionis, quæ se ipsam satis probat, à nobis rationem reddendam esse. Præterea cum in eodem exemplari scriptum sit: MINORE. PATRI. FAMILIAS, correximus MINOSE. PARTI. FAMILIAS. cuius correctionis auctorem habemus M. Catonem in oratione pro Rhodiensib. apud Agellium libro viij. cap. iij. in qua est: Si quis illud fuisse voluerit, dimidium familiæ multa esto. & Festum in Sacratæ leges, cum inquit. Sacer alicui deorum sit cum familia. Error inde fluxit, quod antiqui PARTI dicebant pro PARTE, vt est in ænea tabella, DE. MAIORE. PARTI. CONSILI. vnde facta litterarum transpositio, & PATRI, pro PARTI scriptum fuit. VOLET secundo loco, pro eo quod est in exemplari VOLVERIT, scripsimus ex auctoritate legum in tabellis.*

AD LEGEM PAPIRIAM.



QUI. quomque. Prætor. posthac factus. e-
rit. quei. inter. ciueis. ious. dicet. tres viros.
capitaleis. popolom. rogato. iei que. tre-
uiri. capitales. queicomque. ex. hæc. le-
ge. factei. erunt. sacramenta. exsigunto. ioudican-
toque. eodemque. ioure. sunt. vtei. ex. legibus.
plebeive. sciteis. exfigere. ioudicareq. esse. oportet.
*Festus: Sacramentum, inquit, et significat, quod pæna nomine penditur, siue eo quis interrogatur, siue contenditur. id in alijs rebus quinquaginta assium est: & in alijs rebus quingentorum inter eos, qui iudicio inter se contende-
rent. qua de re lege L. Papij Trib. plebis sanctum est his verbis: QVICVMQVE. PRAETOR. POST. HOC. FACTVS. ERIT. &c. In hac lege POST-
HOC, mutauimus in POSTHAC. & verba quæ decrant, HIQVE. TRES-
VIRI. . . . QVICVMQVE. . . . CTI. ERUNT. SACRAMENTA. EX. . . .
IOUDICANTOQ. suppleuimus ex antiquis formulis, quæ habentur in æ-
neis legum tabellis.*

A D. LEGEM PLÆTORIAM.



PRÆTOR. vrb. quei. nūc. est. queique. post-
hac. fuerit. duos. lictoreis. apud. se. habe-
to. vsque. ad. supremam. ad. solem. occa-
sum. ious. inter. ceiuéis. deicito. Exstat hoc
Plætoriz legis fragmentum apud Censorinum in libro de die natali.
Vide quæ notauimus ad legem xxi. Tabularum: Sol. occasos. so-
prema. tempestas. est. od.

A D. LEGEM MAMILIAM.



K. L. III. quæ. colonia. hac. lege. deducta.
quodve. moincipium. præfectura. eorū.
conciliabolum. constitutum. erit. quei.
ager. intra. fineis. eorum. erit. quei. termi-
nei. in. eo. agro. statutei. erunt. quo. in. loco. terminus.
non. extabit. in. eo. loco. is. quo. ius. is. ager. erit. termi-
num. restituumdum. coerato. vtei. quod. recte. factū.
esse. volet. idque. magistratus. quei. in. ea. colonia.
moincipio. præfectura. foro. conciliabolo. ioure.
deicundo. præerit. facito. vtei. fiat.

K. L. IV. quei. leimites. decumanei. hac. lege. de-
ductei. erunt. que. fosse. in. eo. agro. erunt. quei. ager.
hac. lege. datus. adsignatus. erit. nei. quis. eos. leimi-
tes. decumanos. nei. opsepito. neiuē. quid. in. icis. im-
molitum. neiuē. quid. ibei. positum. habeto. neiuē.
eos. arato. neiuē. eas. fossas. opturato. neiuē. quis. se-
pito. quo. minus. suo. itinere. aqua. ire. fluere. possit.
seiquis. aduersus. ea. quid. fecerit. in. res. singolas.
quotiens. cuomque. fecerit. H. s. IIII. Coloneis. moi-
nicipibusque. eius. in. quorum. agro. id. factum. erit.
dare. damnas. esto. pecunizque. quei. volet. hac. lege.
petitio. esto.

K. L. V. quei. hac. lege. coloniam. deduxerit.
moincipium. præfecturam. forom. conciliabolum.

in tabula ænea legis Iudiciariæ. IS. VTI. QVOD. RECTE. FACTVM. ESSE. VOLET. FACITO. In eodem capite STABIT, PRO EXSTABIT: & SS. AGER, id est, SYPRASCRIPTVS. AGER, pro IS. AGER, vt docti viri emendant, si legas, parum refert. In quarto capite cum scriptum esset: quei. leimites. decumanei. quei. hac. lege. deductei. erunt. quęcunque. fossę. leimites. in. eo. agro. nos emendauimus, quei. leimites. decumanei. hac. lege. deductei. erunt. quę. fossę. in. eo. agro. deletis iis, quę adiecta videbantur: nec dubium est quin ea emendatio vera sit. Verbum IMMO-LITVM, quod docti viri mutarunt in INOLITVM, retinimus: nec enim videmus cur mutandum sit, nisi forte quod sincerum est damus operam vt corrupamus. Adiuuat antiquam lectionem Liius lib. xxxv. cuius verba sunt hæc: *Aquam publicam omnem, in priuatum adificium fluentem aut agrum ademerunt: & quę in loca publica inaedificata immolitaque priuati habebant, intra dies xxx. demoliti sunt, &c.* In his verbis nemo non videt verbum DEMOLITI, oppositum esse verbo IMMOLITA: verumque autem à molibus deductum esse docet Nonius in Demoliri. Pro POSITVM, vt habet recepta lectio, si OPSITVM vt docti viri emendant, legere maui, nihil moramur. vide tamen nequid temere mutes. In quinto cap. existimauimus aliquando pro verbo TERMINATIŪE, legi debere TERMINEIŪE: sed incidimus postea in verbum simile in lege Quinctia apud Frontinum in lib. ij. de aqueductibus; qui locus nos ab ea voce mutanda prorsus deterruit. Verba eius legis sunt hæc: Seiquis. circa. riuos. specus. fornices. fistulas. tubulos. castella. aquarum. publicarum. quę. ad vrbem. ducentur. &. ducentur. terminatus. steterit. neque. quis. eo. loco. post. H. L. R. opponit. molit. opsepit. In fine huius capituli pro eo quod erat in vulgari editionibus, SINE. SVA. FRAUDE LICET. FACERE, scripsimus sequenti formulam antiquarum legum, SE. FRAUDE. SVA. FACERE. LICETO, vel SINE. FRAUDE. SVA. &c. vtroque enim modo in legum tabulis reperitur. Verbum DARE, quod deerat, ante vocem DAMNAS addidimus.

A D. LEGEM. AGRARIAM.



Vos. agros. quę. loca. quęve. ædificia. intra. fineis. dederō. adsignaueo. in. ieiis. agreis. iourisdicatio. coercitioque. esto. colonia. illius. quouis. ciuibus. agrei. adsignabuntur. Exstat hoc Agrarię legis fragmentum, siue formula quędam Agrarię legis apud Hygenum in libro de limitibus constituendis.

FVLVI VRSINI NOTÆ
AD. LEGEM. HORATIAM.
DE TARRATIA. VIRGINE. VESTALI.

Huius antiquissimę legis vnicum tantum superest verbum, TESTABILIS, quod refert Agellius lib. vj. cap. viij. in quo ita scriptum est: *Et Tarratiam quidem virginem Vesta fuisse, lex Horatia teilis est, quę super ea ad populum lata: quę lege ei plurimi honores fiunt, inser quos ius quoque testimonij dicendi tribuitur: TESTABILISQUE vna omnium feminarum vt sit, datur.* Id verbum est ipsius legis Horatię. Contrarium est in XII Tabulis scriptum: IMPROBVS. INTESTABILISQUE. ESTO.

AD. LEGEM. QVINCTIAM.

Quinctiam legem, cum sit inter leges Augustinianas multo emendatioſeclata, quam in aliis editionibus habeatur, non est cur eam de verbo ad verbum recitemus. quare pauca quędam notabimus, quę aliter in ea apud nos leguntur. Ac primum omnium emendationem verborum, quę sunt in principio huius legis, TRIBVS. SERCIAE. PRINCIPIVM. FVIT, quę erant in aliis exemplaribus deprauata, confirmabimus loco Liuij quem ex lib. 1x. descripsimus. *Papirius C. Innuum Bubulcum Mag. E. Q. dixit: at quę ei legem Curiatam de imperio ferenti triste omen diem diffudit, quo Saucia curię fuit principium, duabus insignis cladibus, captę Vrbię, & Caudina pacis, quod vtroque anno eiusdem curię fuerat principium, &c.* Quemadmodum in centuriatis comitiis, centuria forte ducebatur, & quę prima exierat, pręrogatiua dicebatur; ita curiatis & tributis comitiis, tribus aut curię quę prima forte erat, principium esse dicebatur, vt apparet ex Liuij loco. Verba PR. K. IVLIAS, quę pro vulgatis illis corruptissimis PO. RÖ. ET. IVLIAS reposita sunt, propius ad antiquam scripturam, & fortasse rectius mutarentur in PR. EID. IVLIAS. Vocem ROMAM tribus locis, quod adiectam ad vocem VRBEM amicus meus suspicabatur, delendam putabat, & verbum item CAELARE in lege tamen Agraria habetur: QVOD. EIVS. EXTRA. VRBEM. ROMAM. EST. & in Iudiciaria: QVEI. VE. IN. VRBE. ROMA. PROPIVSVE. VRBEM. ROMAN. Vidimus qui pro EXCORTICENTVR, scribendum putarent EXCODICENTVR, & pro POPVLO DET legendum, POPVLO. D. E. id est, DAMNAS. ESTO. nos nihil mutamus. Verbum tantum FLVI, mutandum putamus in FLVERE, & V. F. interpretatur VTENDA. FRVENDA, siue, VSVFRVCTVARIIS.

AD. LEGEM. LÆTORIAM.

SVetonius in IV. Prętorem apud Priscianum lib. viij. huius legis facit mentionem, cum scribit: *Lætoria, quę vetaſt minorem annis xxv. stipulari.* Quod verbum Priscianus exponit *in quatuordecim.* Eandem intellexit Cicero lib. iij. Offi. cum inquit. *Et circumscriptio adolescentium lege Lætoria.*
Opinor

Opinor autem verba legis fuisse, MINOREM ANNIS. XXV. STIPVLARI. NE. LICETO. Alibi etiam Cicero huius legis facit mentionem, & Lætoriam eam nominat.

AD. LEGEM. AGRARIAM.
IN. AENEIS. FRAGMENTIS.



Quei. ager. poplicus. populei. Romanei. in. terram. Italianam. P. Mucio. L. Calpurnio. COS. Huius agri mentio est apud Ciceronem libro I. ad Attic. epist. xvij. in qua ita scriptum est. *Liberabam agrum eum, qui P. Mucio. L. Calpurnio Cos. publicus fuisse.* TERRAM. ITALIAM, pro TERRA ITALIA, antiqua scribendi ratio in his legum tabulis frequens, cui similis illa, IN. AMICITIAM. PERMANSERUNT; item IVVS PRO IUS; ARBITRATV, pro ARBITRATV, & similia. COMPASCVS AGER qui dicatur, docet scriptor de limitibus agrorum, cum inquit: *Ager compascuus dicitur, qui à diuisoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter vicinis, &c.* & in tabella de controuersis inter Viturios & Genuates sic habetur: *quei. ager. compascuos. erit. in. eo. agro. quo. minus. pecuua scere. genuates. veituriosque. liceat. ita. vtei. in. cetero. agro. genuati. compascuo. neiquis. prohibeto.* Cicero in Topicis: *Si compascuus ager est, ius est compascere.* Ex his locis satis patet, qui dicatur ager compascuus. Pequniam. populo. ex. eid. mart. quæ. posteaquam. vectigalia. consistent. quæ. post. hanc. L. R. primum. constiterint. primæ. erunt. Vectigalia quando dicantur consistere, ex loco quodam Varronis intelligitur in lib. I. de ling. Lat. qui cum in vulgatis editionibus non satis emendatus sit, à nobis ita proferetur, vt legi debet. *Ab eo præco dicitur locare, quoadusque quod emitur, in aliquo consistat, &c.* Vox PRETIUM, puto glossema esse, quod irrepsit in seriem in editis libris, in quibus sic est: *Ab eo Præco dicitur locare, quoadusque id emitur, quoad in aliquo consistit pretium, &c.* AGRVM. OCCVPATVM. HABETO. Opinor intelligi de agro, qui occupatiuus dicitur à scriptoribus de limitibus agrorum, & Festo in verbo Occupatiuus ager. VTEI. QV. EI. OPTVMA. LEGE. PRIVATVS. EST. In formula capiendæ Virginis Vestalis apud Agellium sic est: VTEI. QVOD. OPTVMA. LEGE. FVAT. Vide Festum in optuma lex. SVSPICIVN. De subcisiuis videndus scriptor de limitibus agrorum. PRÆDIA. SVSPICIVN. Subsignabatur prædia arbitrato Præt. Urbani, vt in hac ipsa lege paulo post Arb. Præt. quei. inter. ciues. tum. Romæ. ious. dicet. satis. supsignata. Item apud Quæstores, & Censores, vt docet Cicero pro Flacco. *Illud quæro, sint ne ista prædia censui censendo? babeant ius ciuile? sint nec ne? sint mancipi? subsignari apud avarium,*

apud Censorem possint? In lege parieti faciendo sic est: Pequn. pars. dimidia dabitur. vbei. prædia. satis. supsignata. erunt. In Coloniis arbitrato Duumvirum, vt in eadem lege. qui. redemerit. prædes. dato. prædiaque. subsignato. duumvirum. arbitrato.

AD. LEGEM. IVDICIARIAM.
IN. AENEIS. FRAGMENTIS.



Erba quæ in huius legis principio manca sunt. . L. L. III. PRIMIS, ex loco inferiori ita suppletur, vt integra lectio sit: QVEI. TRIB. MIL. L. III. PRIMIS. Sunt autem translata ex lege Sempronia, quæ est apud Ciceronem in Cluentiana. Deque eius. capite. quærito. quei. tribunus. militum. legionibus. quattuor. primis. quei. ve. quæstor. tribunus. plebis. & c. Quod autem paulo post incisum est, TRIVMVR. A. D. R. puto erratum esse fabrile, legendumque vt infra. III. VIR. A. D. A. id est, AGRIS. DANDIS. ADTRIBVENDIS. Verba quæ sequuntur. TRIBVS. INTRO. VOCA. BVNTVR. disiunctim legenda esse docet interpunctionis nota. quæ in fragmento apposita est. itaque apud Lium scribendum erit in lib. x. Fabius nihil aliud precatus populum, quam vt priusquam intro vocarentur ad suffragium tribus. & c. vt quæque intro vocata erat centuria. & ita apud ceteros scriptores. Apud. forum. palam. vbei. de. plano. recte. legi. possit. Hæc præponendarum legum condicio habetur apud Iosephum lib. XIX. Antiquæ. ex ipsa Romana formula translatis in Græcum verbis: ὁ δὲ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀπὸ αὐτῶν ἡρώδης ἐπέταξε. Eandem agnoscit Aufonius. POSSIT VR antiquæ, vt possetur. Quadrigarius Annal. libro I. Cum non possetur decerni vtrius putaretur victoria esse. Verba illa mutila . . . NTIA. ITA. PRONONTIATO. FEC. . . ita suppleri posse arbitror: PR. DE. CONSILI. SENTENTIA. ITA. PRONONTIATO. FECISSE. VIDERI. Auctor supplementi Cicero pro Cæcina, & in Verrina III. & lib. II. de Finib. Idem Cicero in Bruto confirmat priorum verborum restitutionem, cum inquit: Cum Consules re audita amplius de consilij sententia prononntiassent, & c. Quod autem in eodem hoc fragmento paulo post incisum est, C. IN. MANV. PALAM. DATO. A. puto significari notam condemnandi, quæ erat C. littera, & absolue, quæ A littera indicabatur. A. scionius in Diuinatione: In diuinatione, inquit, & in alijs causis maioribus vniuersi iudices in cistam tabulas simul conijciebant suas, easque insculptas litteras habentes A. absolutionis, C. condemnationis: cum de alicuius capite agebatur, NL. ampliationis: his enim litteris significabatur non liquere. & in III. Ver. Nam cum condemnandi nota esset. C. littera, absolue, A. ampliandi signum NL. dabant, quo significabatur non liquere, & c. Quod sequitur, QVO. SORTICV. LAS.

LAS. CONECIANT. declaratur loco inferiore, qui est in alio huius legis fragmento. *prætor. forticolam, vnam. buxam. longam. digitos. IIII. latam. &c. eamque. sortem. ex. hacc. lege. apertam. bracioque. aperto. literam. digiteis. opteram. palam &c. ad. sitellam. forti. veniet. is. in. cam. sitellam. manum. demittito. tam. deuexam. populo. &c.* Ex quibus verbis qualis fuerit forticula intelligi potest. & eadem item quomodo in sitellam coniiiceretur. Suetonius in Nerone, cap. xj. *Ac sine mora nomen suum in albo profitentium citi hæædorum iussit adscribi, forticulaque in vnam cum ceteris demissa, intrauit ordine suo.* Cicero in oratione pro Cornelio apud Asconium: *Dum sitella defertur.* Plautus in Casina: *Conijciam sortes in sitellam, & fortiar tibi & Chalino.* Liuius lib. xx v. *Sitellaque allata est, vt sortirentur vbi Latini suffragium ferrent.*

AD. LEGEM. DE. THERMENSIBVS.
MAIORIBVS. PISIDIS.



Quei. publica. populi. Romani. vectigalia. redempta. habebunt. Vectigalia quinto quoque anno per

Censores perfoluebantur. Varro lib. v. de ling. Lat. *Luſtrū nominatum tempus quinquennale à luendo, hoc est soluendo, quod quinto quoque anno vectigalia, & vltro tributa, per Censores perfoluebantur, &c.* Vltro tributa quæ dicantur, libet hoc loco ex veterum scriptorum auctoritate declarare. Liuius lib. xxix. & xliij. *Quæ publica vectigalia vltro tributa Censores locassent, ea locatio rata ne esset.* Seneca lib. iij. de beneficiis, cap. j. *Adeoque neminem, aut spe, aut pollicitatione corrumpat, vt contra in se impendere iubeat, & in vltro tributa sit.* Sunt igitur vltro tributa facta tecta, atque opera, quæ Censores locant facienda, dicta fortasse quod Censores pecunias redemptoribus operum tribuerent vice versa, cum ipsis tributa ab omnibus perfoluerentur. Ad locū Liuij de Catone, quem adduximus ex lib. xxxix. facit Plutarch. in Catone, cum inquit: *Συσίλων ἢ τῆς μιθῶν τῆς ἰστρολαθείας. Ἐ ἢ τίλη τῆς πρόστον ἐπὶ τῆς ἰστρολαθείας τῆς ἐκαστοῦ τιμῆς.*

AD. LEGEM. SIVE. PLEBISCITVM.
DE. SCRIBIS. VIATORIB. ET. QVÆSTORIB.



Quei. in. ea. decuria. viator. appareat. Notum omnibus quid sit hoc loco APPARERE. Ab eo verbo dicti APPARITORES. In inscriptione Capitolina sic est:

. . . Sutorius. M. L. Pamphilus. licitor. curia. . . .
sacris. publicis. P. R. Quiritium. Viator. qui. Cos.
& Pr. appareat, &c. item in alia inscriptione. **Q.** Lucretio-

Q. L. Gemello. Viatori. Quæstor. ærar. Q. Lucretius. Q. L. Chrestus Viator. Quæstori. ad. ærar. patrono. fecit. Varr. lib. iij. de re rust. cap. 2. *Libertus eius qui apparuit Varroni. Liu. lib. ij. Quattuor & viginti lictores apparere Consulibus, &c.*

AD. LEGEM. SIVE. DECRETVM.
DE. FINIBVS. INTER. GENVTES.

ET. VITVRIOS.

VOX. FAENISICIVM in fine legis, vbi est, PRATA. QUAE FERVNT. PROXVMA. FAENISICI, reperitur in duobus Kalendaris rusticis Romæ, in quibus est FAENISICIVM, à verbo, vt videtur, SE CARE, quod tunc SICARE dicebant, antiqua scribendi consuetudine, qua VINIAS dicebant pro VINEAS: cui contraria VEAS pro VIAS. Decemviri de arboribus SVBSICARE dixerunt. Verbum in fine LEIBERTIQ, sine dubio erratum est fabrilè, & LEIBERARIQ, scribendum.

AD. LEGEM. REGIAM.

HÆC LEGEM de imperio Vespasiani ad populum latam indicat fortasse Cornelius Tacitus lib. xx. cum inquit: *Tum Senatus omnia Principibus solita Vespasiano decreuit, &c.* Ea vero cum in plures tabulas diuisa esset, hoc tantum reliquum est fragmentum, idque vt videtur, postremæ tabulæ, in qua legis ipsius Sanctio habetur.

AD. LEGEM. PARIETI. FACIENDO.

EX. PARIETI. FACIENDO. dicitur eo modo, quo in lege Thermenium maiorum Pifidarum dictum est, Quam. legem. portoricis. terrestribus. maritimeisque. termenses. maiores. pifidæ. capiundeis. intra. suos. fineis. deixerint. ea. lex. icis. portoricis. capiundeis. esto. &c. Item lex Mácupiorum apud Varronem libro v. de ling. Lat. cuius legis illa exstat formula, Vadem. nec. poscet. nec. dabit. Sic enim legendum pro POSCERET. Apud Cic. lib. i. in Verr. Habetur lex item PARIETI. FACIENDO, cuius legis formulæ quædam ibi referuntur.

AD. LEGEM. LAVRENTVM.

ROMUM. ex. alieno. in. armum. nei. legito. Id est, quod humeris onus sit. sic enim interpretatur Festus, apud quem huius legis, quam inter Romanas, quod ea Latina sit, numerandam duximus, exstat fragmentum in verbo Armata, siue Armita.

AD. SENATVS CONSVLTVM.

DE. PHILOSOPHIS. ET. RHETORIB.



Fannio. Strabone. M. Valerio. Messala.
Cos. M. Pomponius. Pr. Sen. consu-
luit. scribundo. adfuerunt. quod. V. F.
de. philosophis. &. rhetorib. D. E. R. I. C.

vtei. M. Pomponius. Pr. animaduorteret. coeraret-
que. vtei. E. E. R. P. F. S. V. vtei. Romæ. nei. essent.
Ita plane habet Agellius lib. x. v. cap. xj. cuius scripturam, quod veterum
monumentorum testimonio confirmetur, libentius secuti sumus, quam
eam quæ habetur apud Suetonium in libro de claris Rhetoribus, in quo
sic est: vtei. M. Pomponius. Pr. animaduorteret. cura-
retque. vtei. sei. E. E. R. P. F. S. V. vtei. Romæ. nei. essent.

Hæc autem formula frequens est in antiquis tum legum tabulis. tum Sen-
atusconsultorum. In Agraria lege sic est. I. V. E. E. R. P. F. S. V. ita plane in
eo Senatusconsulto, quod Græce etiam habetur in æneo fragmento
Ω. C. ΑΝ. ΑΥΤΟΙ. C. ΕΚ. ΤΩΝ. ΔΗΜΟCΙΩΝ. ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ. ΠΙ-
CΤΕΩC. ΤΕ. ΤΗC. CΦΕΤΕΡΑC. ΦΑΙΝΗΤΑΙ. Polybius in frag-
menti ad eandem formulam videtur respexisse, cum inquit, Ως αὐτὸ δὲ
καὶ συμπίπτει ἐκ τῆς ἰδίης πίστεως. Liuius lib. xxxij. De his tribus verbis le-
gati, quod tempora Reipublicæ postulassent, id è rep. fideque sua facere, sta-
nuere iussi sunt. Ennius in Annalibus; cuius versus ita legendi sunt apud
Nonium.

Ea mi rei que fidei, regno, vobisque Quirites

Res fortunatim, feliciter, ac bene vortat.

Varro lib. v. de ling. Lat. *Quod bonum, fortunatumque felix salutareque*
sit. P. R. Quiritium, rei que publicæ, P. R. Quiritium, mihi que collegæ que meo,
fidei, magistratu que nostro, & c. In formula deuotionis apud Macrobius
lib. iij. cap. ix. sic est: *Eosque ego vitarios pro me, fide, magistratuque meo, &*
P. R. exercitibus.

AD. SENATVS CONSVLTVM.

DE. HASTEIS. MARCIEIS.



Antonio. C. F. A. postumio. A. F. Albino.
Cos. Senatum. consuluit. scribundo.
adfuerunt. quod. C. Julius. L. F. Ponti-
fex. nontiauit. in. sacrario. in. regia. hastas.
marcias. mouisse. D. E. R. I. C. vtei. M. Antonius Cos-
hostieis. maioribus. Iouei & Martei. procuraret. &.
ceteris. diis. quibus. videretur. placandis. vtei. pro-

coerasset. satis habendum censuerunt. sei. quid. succidaneis. opus. esset. robiis. succederet. Agellius lib. iiii. cap. vj. refert hoc Senatusconsultum; & hostiæ succidaneæ quid sint, docet testimonio Plauti, qui dixit in Epidico.

Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,

Et meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?

Si primis hostijs, inquit, litatum non erat, alia post easdem ductæ hostiæ cedebantur. &c. In fine Senatusconsulti scriptum est ROBIIS SYCCEDERET, quod ita sit in vetustissimo libro, pro eo quod in vulgatis est, ROBIVS. ACCEDERET. quod quid sit, fatemur nescire.

AD SENATVSCONSVLTVM.

DE MENSE AVGVSTO.



VOM. Imp. Cæs. Augustus. mense. Sextili. & primum. Consulatum. inierit. & triumphos. treis. in. urbem. intulerit. & ex. ianiculo. legiones. deductæ. sequutæq. sint. eius. auspicia. ac. fidem. & ægyptus. hoc. mense. in. potestatem. P. R. redacta. sit. finisque. hoc. mense. belleis. ciuilibus. impositus. sit. atque. ob. eas. causas. hic. mensis. huic. imperio. felicissimus. sit. ac. fuerit. placere. Senatui. vt. mensis. Augustus. appelletur. Exstat hoc Senatusconsultum apud Macrobius lib. j. cap. xiiij. in quo sic scriptum est: *Augustus deinde est, qui Sextilis antea vocabatur, donec honori Augusti daretur ex S. C. cuius verba subiici, &c.*

AD SENATVSCONSVLTA.

DE AQUEDUCTIBVS.



EX. Iulius Frontinus lib. ij. de Aquæ ductib. refert Senatusconsulta sex: quæ cum habeantur satis quidem emendate scripta in libello Anto. Augustini de Senatusconsultis, sunt nobis necessario prætermittenda, ne rem actam agere videamur. itaque attingemus ea tantum, quæ aliter apud nos leguntur. Atque in primo quidem Senatusconsulto, vbi scriptum est, SCRIBAS. ET. LIBRARIOS, delemus notam coniunctionis, & SCRIBAS LIBRARIOS legimus. cuius quidem lectionis confirmatio petenda est à veteribus monumentis, in quibus frequens est SCRIBA LIBRARIVS. Paulo post pro VTI QVE, sensus postulat vt particula VTI QVE, in VTI verbum mutetur. Quæ autem sequuntur, ita legenda putamus: eos. diebus. x. proximeis. quibus. S. C. factum esset.

esset. ad. ararium. deferrent. quique. ita. delati. essent.
 ieis. Prætores. ararij. mercedem. cibaria. quanta. præ-
 fectis. frumento. dare. deferreque. solent. annua. da-
 rent. & adtribuerent. vel si PRAEFECTI magis placet, retinen-
 da erit VOX DANDA, & in DANDO mutanda. nam Praefectus,

frumento. dando. adtribuendo, reperitur in veteribus, si re-
 cte memini, in inscriptionibus. In fine Senatusconsulti scribendum vide-
 tur. quei. arario. præfunt. præbenda. locent. Verba quæ in
 principio secundi S. C. habentur, ita ordinanda existimamus: quod

Q. Aelius. Tubero. P. Fabius. Maximus. Cos. v. F. de.
 numero, & c. In tertio Senatusconsulto, ubi legitur. ne. qui. eo-
 rum. quibus. aqua. daretur. publica. ius. esset, putamus
 legendum: NEI. QVOI. EORVM. & c. In tertio Senatusconsulto hæc verba
 sic legimus: Q. F. P. D. E. R. I. C. ad. reficiendos. riuos. spe-
 cusq. per. que. & opera. publica. corrumpuntur. pla-
 cere. circa. fontes. & fornices. & muros. vtraque. ex.
 parte. vacuos. quinos. denos. pedes. patere. & c. deletis
 CVM, & CENTENOS verbis.

AD. SENATVS CONSVLTVM.

AMEICITIA.



O S. A. A. S. E. V. Donatus in Adolph. Terent. ad illud: *Fac sis
 Sostrata. Deductum est, inquit, à Senatusconsulti formula: v-
 bi enim aliquid Senatus Consultibus iniungit, addit: Si eis vi-
 deatur, & c.* Huius autem formulæ ignoratio, Ciceronem
 in libris Philippicarum duobus locis maculavit. quas qui-
 dem maculas nos sustulimus auxilio vetustissimi libri, & huius æneæ ta-
 bellæ. munusq. eis. ex. formula. locum. lautiaque. Q.

Vrb. eis. locare. mittereque. Festus in Dacrymæ: *Dautia, in-
 quit, quæ lautia dicimus, & dantur legatis hospitij gratia.* Polybius in frag-
 mentis: *Ἐτὶ ἡ μεγαλομυριστρον ἢ σύγκλητος ἀπὸ τῆς ἑξατῆ πύλας παρὸς τὴν αὐτῆς. Ἐ
 γὰρ ἐξίνα πρὸς παροχὰς τῶν μεγαίστας ἐξίθηνον αὐτοῖς.* Liuius lib. xxviii. *Locus
 inde, Lautiaque præberi iussa, & c. L. CORNELIVS. SISENNA, qui Prætor
 inter ciues & peregrinos in hoc Senatusconsulto descriptus est, desi-
 gnatur, vt opinor, is qui libros historiar. xxxii. & hoc ipsum Italicum
 bellum conscripsit. de quo fit mentio in hoc Senatusconsulto.*

GVM in hoc Senatusconsulto vsitata formulæ expressæ non sint, existimamus responsum esse potius ex S.C. à Prætorè redditum Tiburtibus, quam Senatusconsultum appellandum. Simile responsum exstat apud Lium lib. viij. in quo sic scriptum est: *Cum de postulatis Samnitium T. Aemilius Prætor Senatum consulisset, reddendumque his fœdus patres censuissent, Prætor Samnitibus respondit: Nec quominus perpetua amicitia esset per populum Romanum stetit: nec contradici, quin, quoniam ipsos belli culpa sui contracti adium ceperit, amicitia de integro concilietur. Quod ad Sidicinos attinet, nihil intercedi, quominus Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium sit.* &c. Placet autem hoc loco subiungere vetus simile Senatusconsultum, quod Græcè scriptum sine die, & sine Consulum nominibus refertur à Iosepho lib. xiiij. Antiq. cap. xvj. est autem hoc: *Λούκιος βασιλεὺς Αιουκίης υἱος στρατηγὸς σωκευλιού (αὐτὸ τῆ συζκλητῆρ ἀπὸ τοῖς δεκαμῆρας ἐν τῷ τῆς ἀπονοίας τοῦ Γραφομήτορ παρῆσαν Λούκιος Κοπώνιος Αιουκίης υἱός, καὶ Παπίσιος Κουεῖνα. Πιερί ἂν Ἀλέξανδρος Ιαθνος, καὶ Νυμῆσιος Ἀντιόχην, καὶ Ἀλέξανδρος Δωροθύ Γυδαῖον ἀριστεύεται, ἀπὸ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ σύμμαχοι διελίχθησαν, ἀνατιθέμενοι τὰς προὔπηρ μῆρας πρὸς Ρωμαίους χεῖρας, καὶ πῶ φιάλλω, καὶ ἀσπίδα χρυσίου σύμβολο τῆς συμμαχίας ἡρμομήνω ἀνέλωσαν διὰ τοῦ χρυσοῦ μιν εἰσάδου πέντε, καὶ χράματα ἑαυτοῖς ἤξιον δαδελῶν πρὸς τοῖς αὐτονομῆρας πόλεις καὶ πρὸς βασιλῆς, ὑπὲρ τῶ πῶ τε χεῖρας αὐτῶν καὶ τοῖς λμῆρας, ἀδ εἰς τυτῆ χάνει, καὶ μὴ ἐνα ἀδικῶσαι, ἰδοῦς ἡ σωβίση φιλίαν καὶ χεῖρας πρὸς αὐτοῖς, καὶ ὅσαν ἰδὲ ἴσθησαν τυχόν τσῶν αὐτῶν αὐτοῖς ποθε γένει, καὶ πῶ κομῆσ ἴσαν ἀσπίδα ἀποδοῖσάσαι, &c. Κουεῖνα nomen tribus esse existimamus: & cum hoc, tum alia ita protulimus, vt legi debere putauimus.*

AD SENATVSCONSVLTVM.
DE. LVDEIS. SÆCVLARIBVS.

Festus, &c. In principio huius Senatusconsulti erant, vt opinor, descripta nomina Quindecimuirorum, qui in Senatu de ludis Sæcularibus verba fecerunt. *NEQVE. VLTTRA QVAM. SEMEL. VLLI. MO. . .* putamus integrum esse *MORTALIVM. Ouidius lib. ij. de Tristibus.*

*Iussit & Phæbo dici. quo tempore ludos
Facit, quos et as aspicit vna semel.*

QVI. LEGE. DE. MARITA. . . existimamus significari legem *DE. MARI-TANDIS. ORDINIBVS.* reliqua plana sunt. *DE. LVCARI. LVDOR. SÆCVLARIVM,* meminuit Festus, cum inquit: *Lucar appellatur as, quod ex lucis captatur.* Plutarchus in Problematicis. *Διὰ τὸ πολλὰ εἶναι ἄλλα καὶ πῶ πόλιν ἀνομήσια θείας, καὶ καρκυλῶσιν. ἥ οἱ πολλὰ εἶναι ἄλλα καὶ πῶ πόλιν ἀνομήσια θείας, ἀνάλωσιν λῦκος καὶ πῶ διὰ τῶτων πρὸς τὸν εἶς τῶς θείας ἀνάλογον. Hæc scriptum ad Leges & Senatusconsulta, quæ cum in antiquis lapidum, ærisque tum Scriptorum monumentis reperiuntur, selecta potissimum: ex iis quæ erant à nobis in id genus antiquitatis vberius notata.*

RERVM QVARVNDAM ET VOCVM
CEV VERBORVM QVAE IN ANTON.

Augustini libro passim leguntur & expli-
cantur Index.



AGERE cum populo
quid sit & quibus
licuit 92. 11.
Arrogationis formu-
la 17. & 163
Asspiciorum observatio, qua fue-
runt & quo pacto haberentur 22
Aequatio sortium 25
Athenienses generaliter iurabant se
leges omnes servaturos 56
Aediles legum custodes & adium
27
Abrogare legem quid & an utile sit
27. & 28
Amplius pronunciare 32
Adseffores sive consiliarii 35
Atilianus tutor 40
Adoptio olim lege lata fiebat 43
Asconij lapsus 46
Auspicia maxima 48
Adoptio testamento facta 71
Augusti leges cur Iulia non Octa-
viana dicantur 71
Augustus provincias dimisit 80
Anulus equitis insigne 85
Argaei scirpae effigies 108
Argentens nummus primum signa-
tus 118
Ambitus unde 120
Aliuta pro aliter 130
Aetas militaris 136
Ampliationis & Comperendinatio-
nis differentia 139
Alterna consilia 142
Acutitas pro etas 153
Acutiternum pro atcrnum
ead. 154
Aelio recepticia 154
Aspidius qui dicatur 161. & 169.
Ambitus circuitus est 173
Asses libriles 183

Arcera quid 188
Adorea lans 190
Aqua arcebat eam tantum que no-
cebat 192
Arbores sublucare & conlucare,
ead. 195
Acerra quid 195
Astu dolum significat unde astutus
196
Accensus quis 197
Aruales fratres 201
Auricula ima memoria sacra 202
Antestati quid & antestatus ead. &
seq. 203
Auctoritates Senatus quid & quo-
modo differret a Senatus consul-
tis 225

C

Centuria & Centuriones 160
Consulares leges 3. & 68
Capita legum 9. & 10
Consulum potestas 12
Comitiorum modus & unde 13.
& 14.
Calata comitia & unde dicta 65. &
66.
Centuriata item ibid. & 100
Curiata & de curijs 14
& de Comitijs 159
Curiones qui & curia 160
Curiatae leges 17
Comitiales dies 19
Comitiorum impedimenta & inter-
cessiones 21
Comitiorum vitium solum est fulmen
22
Comitialis morbus ibid.
Charondae in legis observatione con-
stantia 28

I N D E X.

Comperendinare quid & comperendinatio	32. & 139	ceteras leges.	3
Centumviri, <i>Hæstæ Cētumviralis</i> , & <i>Centumviralia Iudicia</i>	33	<i>Decuria & Decuriones</i>	14. & 160
<i>Consilium quid significabat & qui consiliarii seu adfessores.</i>	35	<i>Differentia inter Tribus centurias & curias.</i>	19
<i>Censura initium & circa qua versabatur.</i>	36	<i>Dierum apud Romanos divisio.</i>	19. & 68. & 186
<i>Cassiani iudices.</i>	46	<i>Discedere quid sit in lege ferenda.</i>	22
<i>Consulis collega erat Prætor.</i>	49	<i>Derogare legi quid sit.</i>	27
<i>Consules olim prætores nuncupati & indices.</i>	68. & 182	<i>Dedititia libertas qua & qui dedititij dicebantur.</i>	34
<i>Consules regia insignia habuerunt.</i>	78	<i>Dedititionis formula.</i>	ibid.
<i>Consules alternis mensibus fascibus utebantur. & consularia insignia. ead. & 197</i>		<i>Detestarij qui sint.</i>	57
<i>Cardo quid.</i>	83	<i>Decumanus limes.</i>	82
<i>Consules pupillis tutores extra ordinem dabant.</i>	90	<i>Diple quid.</i>	89
<i>Consul è plebe primus creatus.</i>	102	<i>Deicere de ponte.</i>	108
<i>Centenaria cænæ.</i>	103	<i>Dionysij historia quo tempore scripta.</i>	147
<i>Caducæ res quid.</i>	115	<i>Dos receptitia.</i>	154
<i>Centenarij liberti.</i>	116	<i>Duodecim Tab. quo tempore scriptæ.</i>	158
<i>Cicero in quo annatus est. ead. & 204.</i>		<i>de Divortijs & eorum formula.</i>	164.
<i>Consilia alterna.</i>	149	<i>Duellum & perduelles.</i>	44. & 168
<i>Consules qua ætate fiebant.</i>	153	<i>Diem Romani qui incipiebant.</i>	169
<i>Carmen quid significet.</i>	158	<i>Dividi res qua sint.</i>	179
<i>Census æstimatio.</i>	160	<i>Diffusus dies.</i>	188
<i>Curatores dandi formula.</i>	165	<i>Detestatio, Detestatum & Detestarij.</i>	205
<i>Coemptio & confarreatio in matrimonijs.</i>	169	<i>Dionis etas.</i>	222
<i>Cohors prætoriana.</i>	182	E	
<i>Conceptum furtum.</i>	183	E quites qui.	12. & 171
<i>Creditorum ius acerbum in debitoribus.</i>	189	E quites iudicia exercuerunt.	41. & 85
<i>Conlucare arbores.</i>	192	<i>Equitum & Senatorum distinctio.</i>	85
<i>Coronarum honos.</i>	196	<i>Equitio insignæ anulus.</i>	ead.
<i>Calumniæ & cavillatio.</i>	203	<i>de Emancipatione.</i>	188. & seq.
<i>de Collegijs.</i>	206	<i>de Emptione & venditione.</i>	177
<i>Censere quid significet.</i>	218	F	
<i>Consules plures olim creati.</i>	222	F astus dies & <i>Fastorum tabula.</i>	19. & 69. & 186. & seq.
D		<i>Fulmen est solum comitiarum vitium.</i>	22
D ecemviri xii. tab. ediderunt.	2	<i>Femina in perpetua tutelâ.</i>	47. & 48
<i>Differentia inter plebiscita &</i>		<i>Fenus à fetu & de vnciariorum fenore.</i>	200.

D

Decemviri xii. tab. ediderunt. 2
Differentia inter plebiscita &

I N D E X.

200.60
Feriarum genera quattuor 69
de Fascibus quadam 78
Fundus populus factus quid 84
de Furtis 181
Furtum per lancem & licium 183
Filius familias domini appellatione
continetur 216
Fistula quinaria 224

G

Glandem legere & glandifera
arationes 193

H

HAsia centumviralis 33
Honorarium ius 56
Hybrida quid 149
Heredum differentia 174
Hypotheca & pignoris differentia
206.

I

Interrex legem ferre potuit 11
Intercessionem & impedimenta comi-
tiorum 21. & 22
Indicum tabella triplex 24
Iurare in legem, & Iuramenti for-
mula 25
Ius singulare est rogatio seu privile-
gium 30
In Iudicio perduellionis voce non ta-
bella suffragium ferebatur 44.
& 46
Insignia regia ad Cōsules translata 78
Iuriconsultorum libri ad leges scripti
referendi ad Iuliam & Papiam
79
Ius liberorum quinam impetrabant
113
Indicum numerus 525. 121
Iussio est lex lata 159
Iuniorum aetas in centurijs 160
Iter quid & unde 167
Imaginaria venditio 178. & seq.

de Iniurijs 184
Iumentum nomine quid continetur 188
Iusli dies dati ad indicatum facien-
dum 189
Improbi & intestabiles 200
Iudicare quid 216

L

Legis nomine quid contineatur.
Lex à legendo id est deligendo.
ead.
Legati item. ead.
Leges quare constituta. ead.
Lex diuinum donum & inuentum.
2
Legis definitio ex Demosthene, Chry-
sippo, Cicerone, Celio, & Vlpiano.
2. & 3
Legum Romanarum definitio. 3
Legum & plebiscitorum eadem po-
testas. ead.
Lex qualis esse debeat eiusque vir-
tus. 4.5. & 6
Legum multitudo & frequentia &
mutatio vitanda. 6
Legum varia denominationes & di-
uisiones. 6.7. & 8
Legum tria capita apud Romanos.
9
Legem ferre qui potuerint. 11. & 12
12
Locum comitorum. 13. & 14
Lex promulganda & scribenda. 20
Lex suadebatur & dissuadebatur.
ead.
Legis roganda forma. 23
Leges tabellaris quattuor. 24
Leges scribebantur & in eis incide-
bantur. 25. & 26
Legis XII. tabul. appellatio unde.
26
Legum custodia quibus concessa.
ead.
Leges mutare & abrogare an sit vi-
tile vel non. 28.29. & 30

INDEX.

<i>Legibus soluti qui dicebantur.</i>	30	<i>tus.</i>	113
<i>Liberti dediticij.</i>	34	<i>Nexus quid.</i>	179
<i>Lex tribus nundinis proponebatur.</i>	43	<i>Nox pronofit.</i>	181
<i>Liftores duodecim primus Romulus habuit & unde & qui.</i>	78. 183. & 192	<i>Noxales actiones noxia noxa & noxius.</i>	191. & feq.
O			
<i>Lati clauinum feu-Latus clauus erat tunica latior.</i>	85	O Brogare quid fit.	27
<i>Libertatis modi multi</i>	93	<i>Obnuntiare & obnuntiatio.</i>	33.
<i>Libertus Orcinus.</i>	94	<i>& qui fieret.</i>	49. & 63
<i>Liberti Latini quid à cinibus differrent.</i>	91	<i>Oculos parentibus liberi claudēbās.</i>	109
<i>Liberti centenarij.</i>	116	<i>O letare quid.</i>	126
<i>Lustrum quid significet.</i>	134	<i>Oncs olim arietes.</i>	142
<i>Legitima tutela.</i>	165	P	
<i>Licia quid.</i>	183	P Leuiscita legis nomen habent. 3.	
<i>Legis actiones & de actionibus ex xii. tab.</i>	185	<i>& 69</i>	
M			
M Orbis comitialia.	22	<i>Prinilegia item.</i>	ibid. & 107
<i>Minores & maiores magistratus.</i>	49. & 98	<i>Plebis appellatione quid veniat.</i>	ibid.
<i>Maxima auspicia.</i>	ibid.	<i>Plebiscitorum & legum eadem potestas.</i>	ibid.
<i>Miscella lex id est Satyra.</i>	92	<i>Prinilegia leges de singulis lata, & prima singula.</i>	ibid. & 159
<i>Magistratus quib. comitijs & quomodo creabantur.</i>	101	<i>Populus legum potestatem habebat.</i>	12
<i>Militaris ætas.</i>	136	<i>Plebis diuifio & appellatio.</i>	ead.
<i>Manus pro potestate.</i>	170	<i>Prærogatina tribus.</i>	18
<i>Matrone matrisfam. differentia.</i>	ead.	<i>Promulganda legis forma.</i>	20
<i>Mancipij & nec mancipi.</i>	177. & feq.	<i>Pontes in suffragijs.</i>	24. & 108
<i>Moses & Inachus eadem tempeftate vixerunt.</i>	181	<i>Princeps quomodo legibus solutus dicebatur.</i>	30. & 31
<i>Morbis fonticus.</i>	188	<i>Prætor Tutelaris.</i>	39. & 90
<i>Murrata murrina & murriola potio.</i>	195	<i>Prætorum numerus & creatio.</i>	42
<i>Mortui olim laudabantur.</i>	198	<i>Perduelles erant hostes.</i>	44
N			
N Oµoc δει τῶν νέμεσιν.	19. & 186	<i>Patricij qui dicebantur.</i>	47
<i>Nefasti dies.</i>	19. & 186	<i>Prætor consulis erat collega.</i>	49
<i>Nundine quid.</i>	43	<i>Prætoris editum lex erat annua.</i>	56
<i>Nundina faste facta.</i>	69	<i>Prouinciarum ab Augusto diuifio.</i>	80
<i>Nummus argentens primum signatus.</i>		<i>Populus fundus factus quid.</i>	84
		<i>Peregrini nomen quid significet.</i>	96.
		<i>& 168</i>	
		<i>Parentibus liberi & è contra oculos claudēbant.</i>	109
		<i>Patrē qui primus occidit Romæ.</i>	122
		<i>Pellex quid.</i>	130
			Papi-

INDEX.

Papirianum Ius.	ead.	Regia insignia.	78
Proletarij.	171	Repotia quid.	81
de Patria potestate & filij vendi- tione & emancipatione.	162	Receptitius seruus & recipere & Receptitia dos.	154
Primus qui fabulam Romæ docuit.	158	Receptitia astitio.	ead.
Perduelles qui.	168	Res diuidi.	179
Partus tempus decimo mense.	175	Ricinium & Rica.	194
Patroni libertis nullo suo hærede re- licto succedebant.	177	Rems dicitur uterque litigans.	206
Primus Seruius rex as signauit.	ead.	S	
Prætoria porta & Prætores olim qui postea consules.	182	S Tatus regius optimus, & mix- tus melior.	6
Prodigia vnde dicta.	199	Sanctio legis quid sit & eius exem- plum.	10, 118. & 129
Parricida vocabatur quicumque ci- uem interfecerat.	ead.	in Sanctione tria scribebantur.	11
Portus pro domo.	ead.	Senatum habere qui potuerunt.	11. & 225.
Præs quid & vnde.		Senatus cura.	12
Pignus à pugno & differentia inter pignus & hypothecam.	206	Senatores qui.	ibid.

Q

Virites à Curibus.	14	Suffragiorum tria genera & quid in ijs continebatur	24
Quæstura primordium ho- norum.	55	Sortium æquatio & sortitio	ead.
Quinque pedum usucapio.	172	Sitella vna	ibid.
Quæstores parricidij & vnde dicti		Sicarij à Sica & quid	53
Quæstores.	199	Sacri homines & sacrum animal	68

R

Reges quare consilienti.	1	Sacrata leges.	132
Romulus primus leges Roma- nis tulit.	2	Sponsaliorum contractus	83
Rogatio quid.	4	Senatores latus clauus ab equitibus distinguebat	85
Respub. præmio & pœna continetur.	5	Senes depontani	108
Respub. sex genera.	6	Suffecti qui dicebantur	112
Rogare populum qui poterant & qui non.	11. & 12	Satyra quid & vnde	133
Romanorum status ex tribus mixtis generibus constabat.	12	Seruius receptitius	154
Romanorum tres ordines & eorum distinctio.	ibid.	Sestertius quatuor assibus æstima- batur & vnde dictus ead.	173
Rogatio legis quomodo fiebat.	23. & 159	Seniorum in centurijs atas	160
Rogatio aut priuilegium ius est sin- gulare.	30	Sui hæredes	174
		Succestionum ratio	173
		Sublucare arbores	192
		de Sepulchris & Solemnitatibus fu- nerum & sumptibus	193
		Sanates qui dicti	202
		Subuades	ibid.
		Sodalitates	205
		Senatorum nomius adscribebantur in Senatufconsultiis	230

INDEX.

T		de Testamentis	173
T ribunitia leges	3. & 41. & 68	T estari & detestari	206
Tributa comitia	11. & 159	V	
Tribus vnde Tribuni de earum origine nomine. & vi	14. 15. & 160	V ictoria vnde & Victoriatus	
Tribus prerogatiua	18	nummus	50. 118
Tabella iudicum triplex	24	Vnciaria vsura	60
Tabellaria leges quattuor	ibid. & 43. & 64	Venationes publica & priuata	87
Tribunis plebis Senatam habere ius fuit & Senatores sunt facti	40	Vis armata, id est publica vis cotidiana id est priuata	83
Tribuni ararij vnde dicti	41. & 83	Vindicta liber qui fiebat quid vindicta vindicta & qui primus ea liber factus. & vindex	161. 92. 93
Triumuii monetales	52	Versus a quo tempore in pretio Roma fuerunt	158
Teli appellatio lata	53	Via multiplices	166
Tribuni auxilium ferebant & prehensionem non vocationem habebant	54. & 99	de Vscapionibus	167
Tribuni plebis nullum diem abesse Roma poterant	59	Vxorem habendi tres modi & vxorum differentia	168
Templum quid	63. & 235	Vsurpata vxor trinostio	169
Testamenti facta adoptio	71	Venitio imaginaria	178
Togam Graeci τήνωρ appellant	73. & 197	de Vocatione in ius	187
de Tutelis	165	Viuendi verbo qua contineantur	190
de Tigno iuncto & tigni appellatio quid contineat	166	Vnciarum saenus	200
Trinostij vsucapio	169	Vas est sponsor in re criminali & pro prede accipitur aliquando.	202

F I N I S.

A V T O R V M Q V I A B A N T O N .
A V G V S T I N O C I T A N T V R N O M I N A .



Risloseles.
Aphthonius.
Ausonius.
Appianus.
Asconius Pedianus.

Isocrates.
Iuuenalis.
Iurisconsulti fere omnes, & Imperatores.
Linus.

D. Augustinus.
Aelianus.
Auctor ad Herenn.
Arnobius.
Ammianus Marcell.
Athenaeus.
Alicianus.
Alexander Aphrodis.
Accursius.
Boetius.
Budaus.
Baifius.
Cicero.
Catullus.
Crinitus.
Censorinus.
Cassiodorus.
Demosthenes.
Diodorus Siculus.
Dionys. Halicarnassans.
Diogenes.
Donatus.
Dion.
Diomedes.
Eutropius.
Eusebius.
Fortunatianus.
Fabius maior.
Florus.
Frontinus.
Gellius.
Horatius.
Hermogenes.
Harmenopulus.
Herodotus.
Hippocrates.
Haloander.
Iosephus.
Isidorus:

Lysius.
Laelius Tancellus.
Laetancius.
Lampridius.
Macrobius.
Martialis.
Nanius Marcellus.
Ovidius.
Polybius.
Plinius vterque.
Plutarchus.
Plato.
Plautus.
Paterculus.
Placentinus.
Persius.
Priscianus.
Quintilianus.
Stobaeus.
Suetonius.
Sex. Pompeius.
Strabo.
Sernius.
Suidas.
Seneca.
Salustius.
Tacitus.
Terentius.
Thucydides.
Tertullianus.
Varro.
Virgilius.
Valer. Maxi.
Vopiscus.
Vrbicus.
Valerius Probus.
Vines.
Xenophon.

THE HISTORY OF THE
CITY OF BOSTON

From its first settlement in 1630 to the present time
including a description of the city and its environs
and a history of the various churches and societies
which have been established in it
By SAMUEL JOHNSON
Author of the Dictionary of the English Language
LONDON: Printed and Sold by J. BARNES, in Pall-mall, 1790.